part. pro adi. **auctus**, -a, -um. *ad* augeo *A I—IV*. Pavl. Fest. 125 mactus magis auctus. Gloss. IV 23, 25 auctum ampliatum, V 269, 17 auctam ampliatam. V 270, 2 aucta subposita (*i.* superposita, *cf. sic* IV 209, 42) commolata (*i.* cumulata *v.* IV 23, 44 aucta cumulata impleta). IV 23, 35 auctius amplius vel uberius (203, 2). Non. 58 adolere: votis vel supplicationibus auctius facere. *cf.* Schol. Stat. Theb. 1, 514. Non. 58 adultum, quod est auctum. **1** *de rebus*: Plavt. Capt. 782 quanto in pectore hanc rem meo magis voluto, tanto mi aegritudo auctior est in animo (Sol. 1, 64 fit ... pleniluniis auctior aegritudo). Lvcr. 3, 450 ubi robustis adolevit viribus aetas, consilium quoque maius et auct⟨i⟩or est animi vis. Hor. sat. 2, 6, 3 auctius atque di melius fecere. Liv. 4, 19, 1 generis, quod amplissimum acceptum maius auctiusque reliquit posteris *Cossus*. 25, 16, 11 res ... Romana ... in dies melior atque auctior fieret. Val. Max. 3, 2 ext. 5 melius et auctius (*recc.*, athius *trad.*) initium *vitae*. Flor. 2, 13, 10 ⟨ut⟩ vellet tamen auctioris opes *Crassus*. Pomp. dig. 1, 2, 2, 22 auctius ... aerarium. Tryph. (*ad* Scaev.) dig. 36, 1, 80 (78), 9 auctior hereditas. Apvl. apol. 16 in cavis *speculis* auctiora *omnia videntur*. Plat. 1, 14 hominum sollertia ... divino beneficio instructior auctiorque. Gell. 4, 9, 14 ingenium, officium, forma *eqs.* ..., quanto maiora auctioraque sunt, ... tanto laudatiora sunt. Ter. Mavr. 94 vocalibus atque est minor auctiorque mutis. Ivl. Val. 1, 45 longe auctiore numero contracto. 2, 21. 1, 7 aliud auctius (*sc.* est *vel* duco), quam ut sit. Opt. Porf. 7, 23 auctior alma dei per te praesentia mundum respexit. Chalc. comm. 166 par atque eadem habetur sententia ... cum aetatis fuerint auctioris. Avien. orb. terr. 1277 imbribus et caelo fusis furit auctior amnis. Cod. Theod. 1, 16, 6 ut honoris eius auctiores proferamus processus. Symm. epist. 8, 66 (65) spes auctioris beneficii. Clavd. 5, 3 auctior adiecto fulgebat sidere mundus. Boeth. mus. 1, 34 p. 224, 1 multo est maius auctiusque scire. 2, 30 p. 263, 25 maior pars eademque auctior. Iord. Get. 54, 278 auctioris potestatis insignia sumens. Inscr. numm. Cohen VI² p. 464, 437 aucta Kart. (*ibid.* 438 Felix Kart.). **2** *de hominibus* (*cf.* augeo *A III et IV*): Caes. Gall. 1, 43, 8 socios ... non modo sui nihil deperdere, sed gratia dignitate honore auctiores ... esse. Liv. 3, 68, 4 re; fortunā domum auctior rediit. 4, 2, 4 auctiorem amplioremque ⟨se⟩ (*i. plebem*) esse. Apvl. met. 4, 8 octo pedibus auctiores remeavimus. Cypr. zel. 6 alium in honoribus auctiorem. Paneg. 7, 22 p. 178, 14 auctior tuis facta beneficiis. Ivl. Val. 2, 15 auctiores esse instructioresque poterimus. 3, 35 staturā auctior *regina*. Zeno 1, 9, 1 p. 326, 11 quantum fuerit auctior, fit tanto miserior. *synonyma*: locupletatus, praeditus.

inde adv. (**auctē**): Cypr. Gall. gen. 487 ter centum famulos, novies bis auctius addens. lev. 90 sin auctius urget unda nocens *seminis*. Ivl. Val. 1, 5 longe auctius metitus locorum amplitudinem. Amm. 28, 1, 51 haec, ut gesta sunt, auctius (*?*, maugitus *V*¹, mugitus *V*² *G A*) ad principem Simplicius rettulit. *Bögel.*

auger, augerātus *v.* augur, auguratus.

Augerīna *v.* Augurina.

augēsco, -ere [*cf. c. got.* aukan 'increscere', *lituan.* augti 'crescere' *et c.* augere augmen. *Th.*]. Gloss. II 251, 11 αὔξεται augescit. *inde a* Naevio.

de rebus corporeis et naturalibus: *semina, terra, flumina, corpora, al.*: Cic. nat. 2, 26 *semina* temperatione caloris et oriri et augescere. 2, 28 a quo (*calido, igneo*) et animantia omnia et ea, quorum stirpes terra continentur, et nasci sit necesse et augescere. 2, 50 quibus ... animantes alantur augescantque et pubescant maturitatemque adsequantur. 2, 58 ut ceterae naturae suis seminibus quaeque gignuntur, augescunt, continentur, sic *eqs.* Cato 53 quae (*uva*) et suco terrae et calore solis augescens primo est peracerba gustatu, deinde maturata dulcescit (*cf.* Ambr. hex. 3, 12, 52 de quibus oriens uva formatur paulatimque augescens immaturi partus retinet acerbitatem). Lvcr. 2, 878 nostro de corpore saepe ferarum augescunt vires et corpora pennipotentum (*cf.* Sol. 1, 75). 5, 250 quod terram atque ignem mortalia sumpsi esse neque umorem dubitavi aurasque perire atque eadem gigni rursusque augescere dixi (Schol. Germ. Sang. p. 222, 12 *luna crescente umor* etiam et spiritus omnis augescit, tumescit oceanus). 2, 1109 unde mare et terrae possent augescere (6, 615, *cf.* 614 adaugmen). Mela 2, 104 (*de Nilo*) dum limum subinde et praecipue cum exundaret litori adnectens auget terras spatiumque augescentium in vicina vada promovet. 2, 62 *Padus* parvis se primum e fontibus colligit et aliquatenus exilis ac macer mox aliis amnibus adeo augescit atque alitur, ut se per septem ... ostia effundat. Plin. nat. 5, 44 Nigri fluvio eadem natura quae Nilo ... iisdem temporibus augescit (Tac. hist. 2, 34 augescente flumine. ann. 1, 79 flumina et lacus, per quos augescit *Tiberis*. Amm. 22, 15, 12 *Nilus* augescens adusque transitum *solis* in Libram). nat. 2, 219 putei crescente aestu minuuntur, augescunt decedente. 11, 283 augescunt corpora dulcibus atque pinguibus *cibis* et potu, minuuntur siccis et aridis ... ac siti (Tac. Agr. 3 corpora nostra lente augescunt, cito extinguuntur. Ps. Apvl. Ascl. 6 corpora ex aqua et terra inferioris mundi alimentis augescunt, *syn.* ali). 9, 18 lunaeque effectu concharum quoque corpora augescentia. 12, 7 nec potuisse in amplitudinem augescere *platanos*. Stat. Theb. 6, 71 parvique augescunt funere manes. Ach. 1, 11 *tu Phoebe* fronde secunda necte comas: neque enim ... mea nunc primis augescunt tempora vittis. Cassiod. var. 11, 38, 6 (*de pecunia*) quod defectum inter mortalia nesciens annua cumulatione semper augescit, nova iugiter accipiens et vetusta custodiens. Naev. carm. frg. 54 fames acer augescit hostibus. Plin. nat. 36, 72 singulis diebus decresceret ac rursus augesceret umbra. Iren. 2, 18, 5 et sic si fuisset luminis emissio, non pateretur nec periclitaretur in simili lumine, sed magis effulgesceret et augesceret, quemadmodum dies a sole (*cf.* 2, 19, 4). Cens. 19, 7 semenstres annos ..., quibus alternis dies augescerent aut senescerent. Epit. Alex. 25 ubi frigus augescit ac vis tempestatium non intermittitur. Boeth. arithm. 1, 27 (*de numeris*) hique se numeri superabunt ... primus enim primum duobus superat ... ad eundem ceteri modum progressionis augescunt. 2, 25 qui est ex quattuor, si quater augescat, LXIIII cybus pari laterum demensione crassabitur (*syn.* concrescere, crescere, provehi).

gentes, populi, sim.: Enn. ann. 478 procedere recte qui rem Romanam Latiumque augescere vultis (*inde* Varro Men. 542 Mart. Cap. 3, 272). Lvcr. 2, 77 augescunt aliae gentes, aliae minuuntur. Liv. 27, 17, 4 cum hostium res tantis augescere incrementis cerneret, suas imminui. Pomp. dig. 1, 2, 2, 7 augescente civitate (*cf.* § 18 populo ... aucto). Amm. 31, 5, 7 populus ad vindictam detentorum regum paulatim augescens. *incorporea varia*: Ter. Haut. 423

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

mihi . . . cottidie augescit magis de filio aegritudo et quanto diutius abest, magis cupio tanto et magis desidero. CATO orig. 95 (Gell. 6, 3, 14) scio solere plerisque hominibus rebus . . . prosperis animum excellere atque superbiam atque ferociam augescere atque crescere. LVCR. 5, 333 quare etiam quaedam nunc artes expoliuntur, nunc etiam augescunt. SALL. Iug. 34, 2 Iugurthae . . . et ceteris, quos illa quaestio exagitabat, animi augescunt (TAC. hist. 5, 14). SEN. Med. 671 immane quantum augescit et semet dolor accendit ipse (CARM. epigr. 562, 11 ne dolor augescat seu maeror tristis abundet. CYPR. hab. virg. 3 gaudium). SIL. 9, 374 postquam frangi res atque augescere vidit exitium. TAC. hist. 4, 1 augescente licentia. 4, 61 superstitione. PLIN. epist. 9, 37, 3 occurrendum ergo augescentibus vitiis. paneg. 57 non consulatus ipse, qui sibi tuis umeris attolli et augescere videtur. HIL. in psalm. 66, 9 ut per benedictionem dei augescente doctrina deum omnes terrae fines timeant. dedic. eccl. p. 879 semper in nobis flamma divinae pietatis et fraternae caritatis augescat. RVFIN. apol. 2, 5 quantum in consequentibus augescat invectio. SYMM. epist. 1, 42, 1 in dies tui cultus augescit. CLAVD. carm. min. 48, 11 augescit brevitas doni pietate Serenae. 24, 99 hoc quoque maiestas augescit plena Quirini. 7, 4 dives Hydaspeis augescat purpura gemmis.

transitive i. q. augeo: CORIPP. Ioh. 1, 332 uritur alma seges cultos matura per agros, omnis et augescit crescentem frondibus ignem arbor, et in cineres sese consumpta resolvit.

synonyma et iuxta posita: ali, crescere, tumescere, effulgescere, concrescere, provehi, procedere, augeri, se accendere, abundare, attolli. *opposita*: minui, extingui, decrescere, senescere, imminui, frangi.

Augēus *v.* Augeas. **Augīa** *v.* Augeas.

Augiānus *v.* Auge.

augifico, -āre [*cf. c.* augere augescere *et c.* facere. *Th.*]. NON. 76 augificat: auget (GLOSS. V 638, 28). ENN. trag. 68 quid fit? seditio tabetne, an numeros augificat suos? *Ihm.*

Augilae, -ārum, *incolae Oasis quae appellatur* Augila (*quam memoratam puto* RAVENN. p. 136, 13 *lacus* Augita *et* p. 6, 13 lacus qui dicitur Augitta), *de quibus cf. Pietschmann, PW. II 2312.* MELA 1, 23 primos ab oriente Garamantas, post Augilas et Trogodytas et ultimos ad occasum Atlantas audimus. 1, 46 Augilae manes tantum deos putant (*cf. l. 40*). PLIN. nat. 5, 26 Garamantes ab Augilis dierum XII itinere distantes. 5, 27. 5, 43 usque ad Garamantas Augilasque et Trogodytas. 5, 45 inferos tantum colunt (SOL. 31, 4. MART. CAP. 6, 674 Autgilae *codd.*). SERV. auct. Aen. 11, 265 *Locros* ad Ammonem pervenisse et oppidum Aucela (Aurela *Daniel. alii cogitaverunt de* Vzalin *vel* Tauchira) inter Nasamones condidisse. *iidem fort. memorantur* CHRON. Alex. chron. I p. 101, 105, 25 Autalei. LIB. gener. *ibid.* p. 101, 132, 25 Lygallii. *Diehl.*

Augilo *v.* Aucilo.

? **auginos** [*ab αὐγή? Th.*]. PS. APVL. herb. 5 Graecis hyoscyamos . . . alii auginon (atomon *ed. Ackerm.*) . . . appellant. *Ihm.*

mons **Auginus.** LIV. 39, 2, 2 in montem Auginum profugerunt *Friniates Ligures.*

Augis, *unus ex Amalis.* IORD. Get. 79 *nom. et acc. v. Müllenhoff in indice Mommseniano.* *Diehl.*

Augissa *v.* Aucissa. lacus **Augita** *v.* Augilae.

augītis (-ēs *?*) [*vocabulum graecum, ab αὐγή. Th.*]. *gemma*: PLIN. nat. 37, 147 augitis (*sic Ian ex indice,* augites *codd.*) non alia videtur multis quam callaina lapis. 1, 37, 54 augitis.

ad **Augmadum** *v.* ad Amadum.

augmen, -inis *n.* [*i. q. lituan.* augmů 'incrementum', *cf. c. ind.* ōjmá 'vis' *et c.* augescere augere augmentum. *Th.*]. *vox Lucretiana.* LVCR. 2, 495 formarum novitatem corporis augmen subsequitur. 3, 268 tamen ex his omnibus est unum perfectum corporis augmen. 5, 1307 inque dies belli terroribus addidit augmen. 1, 434 augmine vel grandi vel parvo denique, dum sit, corporis augebit numerum summamque sequetur. 2, 73 quia, quae decedunt corpora cuique, unde abeunt minuunt, quo venere a⟨u⟩gmine donant, illa senescere, at haec contra florescere cogunt. 2, 1133 augmine adempto. *plur.*: LVCR. 2, 188 sursus enim sursus gignuntur et augmina sumunt (*syn.* crescunt). 5, 681 crescere . . . dies licet et tabescere noctes, et minui luces, cum sumant augmina noctes. INSCR. christ. Rossi II p. 294 (*e cod. saec. VIII*) n. 4ª, 3 augmine multo monacorum Iberiam Galliasque replebit. *nota*: ARNOB. nat. 7, 24 non magmenta, non augmina (*cf.* augmentum *p. 1360, 46 sqq.*).

αὐξητικός **augmentārius** GLOSS. II 251, 14.

augmentātio, -ōnis *f. ab* augmentum. FVLG. aet. mund. p. 140, 19 *Sameramis* pueritia luxuriae lampada immoderatis augmentationibus vaporatur. FAVST. REI. serm. 20 p. 304, 3 (= PS. AVG. serm. 13, 5) Ioseph interpretatur augmentatio sive ampliatio (*cf. ibid.* augmentum habere). BOETH. top. Arist. 4, 2 p. 944 si . . . ambulatio neque augmentationem neque diminutionem neque alios motus participet. CASSIOD. in psalm. 87, 14 quantum expedit pro muneris augmentatione differri (*syn.* augmentum). BENED. reg. 2 in augmentatione boni gregis gaudeat.

augmentātor, -ōris *m. ab* augmentum. GAVDENT. serm. 17 qui (*heredes*) studii ac venerationis earum (*reliquiarum martyrum*) et successores et augmentatores existerent. CASSIOD. var. 8, 22, 4 ut nos augmentatores dignissime reperiret.

augmento, -āvī, -ātum, -āre *ab* augmentum. GLOSS. IV 312, 17 augmentatur crescit. PAVL. FEST. 126 magmen⟨ta⟩tum magis augmentatum. FVLG. aet. mund. p. 169, 6 Cremera senatoriae mortis diffusionibus augmentatur. AMBROSIAST. in Philem. 22 ad dei gloriam augmentandum. in Rom. 2, 17 Iacob, qui augmentandae fidei gratia Israel appellatus est. PS. AMBR. epist. 2 (53), 3 ad impetrandum . . . quae poscebam a domino, augmentavi ieiunium. acta Seb. 21 *dolor* augmentatur, ut excruciet. HIER. Esth. praef. ut possitis agnoscere me nihil etiam augmentasse addendo, sed . . . simpliciter *historiam tradidisse.* adv. Rufin. 3, 39 augmentanda (*v. l.* augenda) praecepta. PS. AVG. serm. 51, 1 vidisti augmentari fluctus. AVELL. p. 709, 18 credidit nobis . . . dominus talentum, quod augmentatum possit restitui boni operis fructu. NOVELL. Valent. 1, 3, 3 (*a. 450*) amittit sine dubio fiscus, quod commodo suo exactor augmentat. COD. Iust. 1, 27, 2, 5 ut eam (*ordinationem*) augmentemus. VEREC. in cant. 2, 6 fructus fructibus augmentantes. BOETH. anal. post. 1, 11. PS. BOETH. geom. p. 405, 17 si unum per se augmentatum excreverit. 407, 23 augmentata per se summula. 409, 5 cuius medietate in se augmentata VIII proveniunt, *et saepius.* ENNOD. dict. 27, 3 p. 504, 20 augmentandi roboris causam feliciter pro inimico perfuncta res suggeret. CASSIOD. var. 9, 10, 2 subtrahimus pecuniae quod augmentetur gloriae, et avari ad laudes profuse nitimur sublevare cultores. GREG. TVR. Franc. 9, 20 p. 376, 12 (*ex pactione Andel.*). ORIBAS. syn. 4, 24 vinus . . . tumores viscerum augmentat. 4, 38 cholera . . . ex ea amplius augmentantur. 2 add. p. 844 *si* passio augmentata in peius decedat. p. 841 *nitri* quantitas est aumentanda (*sic saepius trad.*). GREG. M. epist. 9, 16 dilectionis modum . . . nostris credidit apicibus augmentandum.

augmentum, -ī *n.* [*cf. c.* augmen. *Th.*]. GLOSS. V 442, 8 augmentum incrementum ab augendo. II 251, 12 *αὔξησις* auctio, augmentum, auctus, hoc incrementum (*cf.* V 528, 51. 546, 52). II 421, 40 *προσθήκη* hoc incrementum, auctus, auctio, accessio, adiectio, hoc augmentum, hoc additamentum, hoc crementum (*cf.* 502, 50). II 26, 20 augmentum *προσθήκη, ἐπιθεματισμός, πρόσοδος.* *nota formas*: GLOSS. V 590, 35 augumentum profectus. *apud* FVLG. aet. mund. p. 157, 25 augmentus *codd. plerique* (*cf.* p. 168, 2). *traditur* aucmentum *hic illic in codd., velut* APIC. 7, 264 aucmento (*sic optimi*); aumentum: COMPVT. Carth. 2, 9 *et* SACR. Leon. *cod. Veron. saec. VII semper* (*sed* DIOSC. 3, 1 *lectio* tumentu *verior videtur, item* GALEN. alfab. 237 tutamentum, *non* aumentum). *ante saec. II rarissimum est* (VARRO *et* SEN. rhet. *singulis locis habent; apud* PLIN. nat. 37, 81 *vulgata lectio* augmento *falsa*), *tum frequens usque in infimam latinitatem et singulari et plurali numero.*

t. t. in sacrificando (*cf. Lübbert, comm. pontif. p. 128; Wissowa, Relig. d. Römer p. 352*): VARRO ling. 5, 112 augmentum quod ex immolata hostia desectum in iecore in porriciendo (imporiendo *cod.*) a⟨u⟩gendi causa. magmentum a magis quod ad religionem magis pertinet. ARNOB. nat. 7, 25 quae causa, quae ratio est, ut caro strebula separatim, ruma, ca⟨u⟩da et plasea separatim, ⟨h⟩irae solae [n]omenqu[a]e solum augmentorum adiciantur in causam? (*cf.* augmen 7, 24). *fortasse huc spectat*: APIC. 3, 112 sfondilos elixatos conteres et nervos eorum eximes . . . ova conteres, liquamen, piper. esicia ex his facies cum nucleis et pipere in augmento: assabis. oenogaro contінges et pro esiciis inferes. 7, 264 bacas lauri . . . involves in augmento (aucm- *codd. opt.*) et in craticula assas et inferes *ficatum* (*utroque loco* omento *legit Hummelb.*, magmento *mavult Schuchius*).

de rebus naturalibus, igne, flumine, luna, sim. (*opp.* damnum, defectus): SEN. suas. 1, 4 de oceano . . . dubitant, utrumne terras velut vinculum pluat an in suum colligatur orbem et in hos, per quos navigatur, sinus . . . exaestuet; ignem post se, cuius augmentum ipse sit, habeat an spiritum (MACR. somn. 2, 10, 12 ignis usque ad maximum enutritus augmentum). ZENO 2, 17, 1 inter marinos aestus fluminum augmenta. AMM. 16, 12, 57 spumans cruore barbarico decolor alveus insueta stupebat augmenta. CASSIOD. var. 3, 52, 4 propter augmenta Nilotica, quae singulis annis votiva inundatione patiuntur *Aegyptii.* GELL. 20, 8, 7 quia *cepe* contra lunae augmenta atque damna vices minuendi et augendi habeat contrarias. FIRM. math. 1 praef. 5 assidua luminis vel augmenta vel damna. 4, 1, 5 crescentis lunae augmenta (*opp.* deficientis . . . damna). 6 p. 82ʳ col. 2 luna . . . augmenta splendoris accipiens. 1, 4, 5 augmenta ortus occasusque *planetarum.* PALLAD. 13, 6 ubi lunae iuvarit augmentum. PS. AMBR. vit. virt. 25 in augmento lunae atque defectu. VICT. pasch. chron. I p. 679, 11 augmentum lunare. COMPVT. Carth. 2, 9 quod procul dubio in ipsa reparatione annali eadem luna aumentis (*sic*) augere (*sed* 2, 11 augmento). *cf.* MACR. sat. 1, 21, 15 tanquam enascens in augmenta porrigitur sol. PS. APVL. Ascl. 3 *infra p. 1362, 14.*

de tempore et numeris (*syn.* incrementum, *opp.* diminutio): HIL. in psalm. 118 beth 2 p. 371, 7 rarus iste est, cum quo perfectio timoris dei per annorum augmenta concrescat (AVG. serm. ed. Mai 82, 2). ZENO 2, 51 p. 507, 11 (*de pascha*) perpetis anni pernicem cursum in bis senae mutationis augmentum. MACR. sat. 1, 14, 10 ex augmento additorum dierum (1, 14, 11 *cf.* CASS. FEL. 22 p. 38. 51

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 131, 9). 1, 16, 40 ut ... ab augmento in diminutionem computatio resoluta desineret. 1, 18, 10 procedentibus augmentis aequinoctio vernali. ORIBAS. syn. 6, 14 in augmento temporis (*cf.* CASSIOD. var. 9, 10, 6). COMPVT. Carth. 2, 11 ipsum assem ... exclusum fuisse de septenario numero, innatum ex unciarum augmento. BOETH. arithm. 2, 11 p. 95, 16 laterum augmenta succrescunt (2, 15 p. 98, 20). mus. 2, 9 p. 240, 7 maiorem esse proportionem ante aequae pluralitatis augmentum. *de morbis* (*opp.* declinatio): FIRM. err. 16, 5 capta mens languoris vitio morborum semper augmenta desiderat (ENNOD. dict. 1, 16 p. 427, 21). THEOD. PRISC. eup. faen. 22 si ... cum graviore augmento minaces emerserint *parotides*. log. 3 imminente declinatione transactis augmentis. 18 si necdum aegritudinis augmenta recesserint. 11 *si* passio augmenta perceperit, *sic saepe*. VINDIC. epist. ad Pentad. p. 490 quotiens quis eorum (*quattuor umorum*) augmentum acceperit. CAEL. AVR. chron. 1, 1, 48 antequam passionis implicent augmenta. acut. 1, 11, 83 augmento vel impetu passionis transacto. 1, 6, 51. 3, 8, 94. 2, 4, 21. 2, 29, 159 augmenti ... atque accessionis tempore. 2, 32, 169. 3, 4, 38. chron. 2, 13, 162 si corpus viderimus non attestante fortitudine augmenta carnis accepisse, *et saepius*. CASS. FEL. 29 p. 48 in ipsis initiis abstinentiam cibi ... oportet imperare, in augmento vero tertia vel quarta die flebotomia ... operari. ORIBAS. syn. 7, 24 in initio ... passionis ... in augmento vero ... in declinatione vero. 6, 1 in initio aegritudinis neque in augmentum, sed in statu iam declinante.

apud grammaticos et rhetores (*opp.* deminutio. *cf.* auctio *in fine*): PROB. inst. gramm. IV 56, 33 comparatio nominum ... appellativorum est, qua per gradus conlationis nomina augmenta aut deminutiones accipiunt. CHAR. gramm. I 192, 28 (*ex Romano*). POMP. gramm. V 156, 10 *sqq.* 156, 23 *sqq.* ut puta si dicas satis doctus, augmentum habet; plus doctus, augmentum habet; abundanter doctus, augmentum habet. 157, 6 per augmentum significat, 'lucidior' comparativus gradus est, et tamen dixit 'perlucidior'. EXPLAN. in Don. gramm. IV 491, 7 comparatio est res, quae augmentum facit. 491, 11 dicimus pauper pauperior pauperrimus. sed non potest fieri: nam ista deminutio infelicitatis augmentum est. ideo non potest fieri, ut minuat comparatio. MAR. VICTORIN. rhet. p. 262, 1 in ratiocinatione ... his (*sc. locis accusator utitur*), quos nunc dicam: demonstratione, quid petierit, quid fugerit, augmento (-ti *codd., an* -tis*?*), quanta res sit, quam adpetierit aut fugerit. DON. Ter. Ad. 540 per totam fabulam ... 'disperii' dicit ... aut aliquid tale semper, quo queratur, ita tamen, ut cum augmento sit miseria, quotiescumque processerit. SERV. Aen. 1, 178 epitheta nunquam vacant, sed aut ad augmentum aut ad diminutionem aut ad discretionem poni solent. 1, 387 quisquis es: pleraque per concessionem sic tradit poeta, ut augmentum faciat (2, 299. 4, 367. 5, 810). 2, 275 celavit mortem Patrocli ad laudis augmentum. 2, 642 ad augmentum 'superque' addidit. 7, 269 per augmentum dixit (7, 432). 8, 84 ut ex iteratione crescat augmentum. 11, 124 augmentum recipit. ecl. 8, 3 paulatim ad augmenta procedit. *et saepius*. SCHOL. Hor. carm. 3, 5, 41 ad augmentum virtutis pertinet quod ... Regulus contempsit uxorem. *et saepius*. SCHOL. Stat. Theb. 1, 217 addidit augmentum, ut dicat deesse fulmina. SCHOL. Cic. Bob. p. 296, 17 *βιαίως* hanc *αὔξησιν* determinavit gradatim procedentibus augmentis (argum- *v*). 352, 12 notemus gradatim fieri augmenta (argum- *v*), quae praegravent suspicionem. MACR. exc. gramm. V 621, 7 *ἠβῶμι* ... apud Graecos legimus, quia propter necessarium augmentum syllabae *ἀπὸ τοῦ ἠβῶ* fit *ἠβῶμι*. 633, 17 *λέλυκα*: *λε* prima syllaba declinationis est, quae induxit magnum augmentum.

apud Ictos (*syn.* accessio, *opp.* deminutio, decessio): PAVL. dig. 5, 3, 26 quod si oves natae sunt deinde ex his aliae, hae quoque quasi augmentum (*cf.* 5, 3, 40, 1 quasi augmenta hereditatis) restitui debent. PAPIN. dig. 33, 7, 3 augmenta fetuum et partuum. VLP. dig. 5, 3, 20, 3 si qua postea augmenta hereditati accesserunt ... nam hereditas et augmentum recipit et deminutionem (*cf.* MARCELL. 36, 1, 46, 1 PAVL. 42, 6, 5 POMP. 38, 1, 34). MARCIAN. dig. 36, 1, 34 cum augmentum heres sensit. VLP dig. 26, 7, 9, 9 si quid postea augmenti accesserit, periculo tenetur, quamvis soleat ad augmentum dari curator: quae res non facit, ut ipsa augmenta non pertineant ad curam priorum *tutorum*. 26, 7, 9, 8 qui (*curator vel tutor*) ad augmentum datur, ut puta ad bona materna, quae postea accesserunt vel ad quid aliud augmentum. IVLIAN. dig. 24, 3, 31, 4 hoc ... ad dotis augmentum pertinet (*cf.* SCAEV. 24, 3, 50 *opp.* deminutio). VLP. dig. 2, 13, 8, 1 actio non habebit neque augmentum neque deminutionem (MAECIAN. 35, 2, 32, 1 honorariae actiones augmentum rei decessionemve ... praestabunt). POMP. dig. 30, 8 pr. quia etiam si adiecisset aliquid ei fundo, augmentum legatario cederet. IAVOL. dig. 40, 7, 28, 1 videamus, ne, cum peculium et accessionem et decessionem habeat, augmentum quoque eius peculii ... legato cessurum sit (VLP. 33, 8, 8, 8 MARCIAN. 36, 1, 34 *bis*). VLP. dig. 15, 1, 32, 1 et augmenti et decessionis rationem haberi oportet (*cf.* SCAEV. 24, 3, 50 *opp.* deminutio). [POMP. dig. 34, 2, 34, 2 *trad.* argumentum]. COD. Iust. 5, 51, 10 (*a. 294*) augmentum patrimonii (*cf.* FIRM. math. 3, 2, 6. 3, 2, 16 *opp.* eversio. 3, 3, 15. 3, 8, 2. 3, 9, 8 AMBR. hex. 5, 5, 14 PAVL. NOL. epist. 1, 1 AVG. civ. 4, 3). 11, 71, 5, 3 nec locabitur alteri, licet ingenti superare videatur augmento, possessio. 11, 71, 5, 7 si ... pro tali praedio ab ... conductore offeratur augmentum. INST. Iust. 3, 27, 7 huiusmodi augmentum in omnibus legatis ... extendi voluit. *de tributis*: AMM. 30, 5, 6 tributorum onera vectigaliumque augmenta multiplicata (31, 14, 2 *cf.* CLAVD. 8, 496). *speciatim*: COD. Theod. 11, 19, 4 (*a. 398*) augmenti et superindicticii et onerum Raeticorum dicuntur mediam nolle solvere pensionem. AMM. 17, 3, 5 indictionale augmentum. CASSIOD. var. 9, 9, 3 per quartam indictionem quod a vobis augmenti nomine quaerebatur, illustrem virum comitem patrimonii nostri nunc iussimus removere. 9, 10, 3 quicquid a vobis supra consuetudinariam functionem augmenti nomine vel petebatur vel constat exactum.

varia (*syn. sollemne* incrementum, *opp.* detrimentum, damnum, minutio, imminutio, diminutio): APVL. Plat. 1, 9 substantiam mentis huius numeris et modis confici congeminatis ac multiplicatis augmentis incrementisque. Ps. APVL. Ascl. 3 *caelum* administrator est omnium corporum, quorum augmenta detrimentaque sol et luna sortiti sunt. 27 mundus tributor est ... omnium, quae mortalibus videntur bona, id est ... augmentorum et maturitatis et horum similium. IREN. 2, 13, 2 quemadmodum et corpus hominis secundum augmentum et perseverantiam accepit appellationes (*ibid. saepius*). CENS. 10, 12 p. 19, 1 tibiae incremento longitudinis fiunt graviores, chordae autem augmento additi ponderis acutiores. CYPR. epist. 69, 16 in augmentum caelestis gratiae (VVLG. prov. 4, 9 dabit capiti tuo augmenta gratiarum, *στέφανον χαρίτων*. FAVST. REI. grat. 1, 12 p. 43, 23 *syn.* incrementa. ENNOD. epist. 5, 25, 3 p. 146, 2 CASSIOD. var. 12, 19, 4). Ps. CYPR. laud. mart. 3 sibi in augmentum virtutis adsumere (LVCIF. moriend. 2 *et* 8. VITA Nicet. 2 virtutis aucmentum). EDICT. Diocl. S. 1, 5 *avaritia quae* non annis modo vel mensibus aut diebus, set paene horis ipsisque momentis ad incrementa sui et augmenta festinat. PANEG. 11, 15 p. 256, 22 nihil speranti mihi de honoris augmento (FIRM. math. 3, 6, 23. 3, 9, 8 MACR. sat. 1, 7, 24 ENNOD. epist. 5, 3, 1 p. 126, 5 CASSIOD. var. 11, 24). FIRM. err. 7, 7 additur ... ad huius profani erroris augmentum (GREG. M. epist. 5, 58. 62. 63. 6, 7). 29, 3 *deus* praemia pollicetur et amplificationis maximae augmenta decernit. math. 1, 7, 3 quem famosi sceleris maculavit infamia, felicibus sublevatur augmentis et maximis honorum cumulatur insignibus (2, 20, 9). 3, 3, 8 magna felicitatum augmenta (2, 20, 12. 3, 5, 33. 38. 3, 6, 33 *cf.* PALLAD. 3, 25, 30). 1, 10, 13 Romanum orbem ad perennis felicitatis augmentum salubri gubernationis moderatione sustentat. 2, 13, 6 cum augmento malitiae. 3, 6, 10 vitae. 3, 7, 25 doctrinarum. *et saepissime*. CHALC. comm. 336 quantitas *est*, cum corporum est augmentis imminutionibusque variata *silva*. MAR. VICTORIN. adv. Arrium 1, 43 (*opp.* minutio). HIL. in psalm. 126, 10 aedificanda ... per dominum haec civitas est, ut in augmentum consummationis suae crescat (*cf.* 126, 8). op. hist. frg. 1, 1. ZENO 1, 13, 8 non in damnum hominis ... sed in augmentum hominis. 1, 13, 11 crescere nos augmentis caelestibus invenimus. 2, 50 piis mercedem sacerdotibus praestat, consequentibus ministris promotionis augmentum. LVCIF. Athan. 1, 43 quae sanitas tibi oborta est, cum sis positus in omni vulnere mortis, cum cotidie augmenta parias vulneribus tuis? 2, 27 quomodo fructus noster augmenta crementorum facere poterit? SYMM. epist. 1, 67 amoris rudimenta ... augmenta. Ps. ATHAN. ad mon. p. 73^{D} nunc morum augmenta cumulemus. AMM. 17, 12, 20 dignitatis (20, 8, 8. 21, 2, 3 *syn.* incrementa. PASS. Rogat. 4 *cf.* FIRM. math. 3, 5, 38). 21, 16, 1 nihil circa administrationum augmenta praeter pauca novari perpessus. 23, 5, 6 alimentorum augmentum exhibere. 28, 1, 54 perire potius luce quam pati formidinis augmenta nocturnae. 22, 15, 13 sementes ... cum augmento fere septuagesimo renascuntur. VEG. mulom. 2, 38, 34 quae res licet praestare credatur augmentum *cirrorum*. ANON. de mach. bell. 5 in augmentum provincialium habet veteranos *imperatoria provisio*. FVLG. aet. mund. p. 157, 25 divini ordinis augmentus (-um *v. l.*) aut praemium (CASSIOD. var. 3, 33, 1 sacri ordinis). p. 168, 2 ne a facinore coeptum primordium facinorosum caruisset augmentum (-to *v. l.*). AMBR. hex. 5, 5, 14 tu ... duo patrimonia tuis facultatibus addidisti et adhuc tanto non satiaris augmento (*cf.* AVG. civ. 4, 3). AMBROSIAST. in Rom. 5, 3 tribulatio augmentum facit praemii. Phil. 2, 27 meritorum (3, 12). II Thess. 2, 12 augmentum fidei faciunt, non detrimentum. Phil. 2, 26 huic non ad detrimentum contigit aegritudo, sed ad augmentum. HIER. tract. in psalm. 133 p. 253, 22 videtur hucusque stetisse: sed videte augmentum. non sufficit *eqs.* VVLG. II Macc. 9, 11 doloribus suis augmenta capientibus. Eph. 4, 16 augmentum (*αὔξησιν*) corporis facit in aedificationem sui (HIER. epist. 121, 10 *cf.* 120, 12). Col. 2, 19 crescit in augmentum dei (*αὔξει τὴν αὔξησιν*. HIER. epist. 121, 10). PAVL. NOL. epist. 5, 14 caritatis. 25, 5 divitiarum. CLAVD. carm. min. app. 2, 27 gravibusque odiis *Iunonis* augmenta ministrat, quod vinci coepisse pudet. AVG. civ. 4, 14 augmenta regnorum Iovi incongruenter ascribi. serm. ed. Mai 50, 1 per eos usque in finem saeculi capiamus regni caelestis augmentum (SACR. Leon. p. 332). 182, 2 nec augmentum nec detrimentum pati *possit deus* (Ps. ARNOB. confl. 2, 9 CLAVD. MAM. anim. 1, 3 p. 28, 4). gen. ad litt. 4, 5 p. 102, 4 *omnia* ita disposita, ut habeant proprias mensuras suas augmentis et diminutionibus, multitudine et paucitate. SVLP. SEV. chron. 2, 18, 2 Iason ... Antiochum regem ... adiit augmentum stipendii pollicens, si sibi summum sacerdotium tra-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

deretur. MACR. sat. 5, 13, 32 neque enim aequa sunt augmenta contentionis (ἔριδος) et famae. OROS. hist. 1, 5, 7 ubertatis. 3, 23, 53 Demetrius augmento Graeciae ... elatus. 7, 38, 7 post ... tanta augmenta blasphemiarum. EVCHER. instr. 1 p. 129, 10 reparatur angelorum portio per augmentum societatemque sanctorum. LEO M. epist. 12, 5 priusquam ad hoc meritum per legitima augmenta perveniat. PS. LEO M. humil. 16 probitatis. SACR. Leon. p. 340 tuitionis. p. 358 crescamus ... religionis augmento (aumentum *cod.*). p. 360 sempiternae redemptionis. p. 400 salvationis tuae sentiamus augmentum (*ibid. iter.*). p. 323 securitatis. p. 430 ut ... de nostrae gaudeamus provectionis augmento. p. 423 in augmentum templi tui crescere dilatarique largiris *diaconos*. p. 455 ut cum temporalibus incrementis prosperitatis aeternae capiamus augmentum. p. 427. SALV. gub. 6, 76 adsiduitas illic calamitatum augmentum illic criminum fuit. 7, 22 sceleris. SIDON. epist. 8, 1, 2 propalati augmenta voluminis (*cf.* 9, 1, 2). FAVST. REI. spir. 2, 4 p. 143, 4 vere deus est, qui post dei donum plenitudini inponit augmentum (ENNOD. carm. 1, 13, 29 augmenta plenitudinis opes ministrant diviti). SEDVL. carm. pasch. 4, 29 substantia ... damnis augmenta capit (op. pasch. 4, 2 detrimentis augetur). epist. 2 p. 172, 15 inde laudis consequantur augmenta. BOETH. herm. sec. 6, 14 p. 498, 1 *definitae propositiones* cum augmento determinationis sunt. ENNOD. epist. 1, 5, 6 p. 11, 6 ago gratias intentioni in commune augmentum profuturae (8, 1, 5 p. 200, 11). 2, 22, 1 p. 65, 8 nec ulla requirit commendationis augmenta, quem ad amicitiarum cumulum merita pertulerunt. 2, 28, 4 p. 70, 20 honorum tuorum apices haec sola respiciunt augmenta, quae de humilitate nascuntur (*cf.* opusc. 3, 94 p. 355, 8). 3, 12, 2 p. 80, 12. opusc. 7, 4 p. 412, 4 gloriae. dict. 11, 7 p. 460, 17 ex talium profectu meritorum tuorum plenitudo non refutat augmenta. 12, 10 p. 463, 24 gaudiis augmenta tribuentes *litterae*. 26, 2 p. 503, 2 abductae mulieris occasio nostri extitit mater augmenti. CASSIOD. in psalm. 87, 14 differuntur ... ad augmentum suum, procrastinantur ad gloriam (*syn.* augmentatio). or. frg. p. 475, 20. var. 1, 12, 3 honorem geminat, augmenta procurat. 3, 25, 2 crescendi. 4, 1, 1 generis. 4, 23, 1 augmenta sumas nostri iudicii. 9, 12, 1 suspicionis. *et passim*. GREG. M. epist. 4, 9 quia caritatem tuam pro suae firmitatis augmento nostrae quoque pagina auctoritatis indigere comperimus. *et saepe*. EVGIPP. vita Sev. 4, 11 iustificationis. VITA Caes. Arel. 1, 5.

Augmonia *v.* Acmonia *sub* Acmon.

Augnatium *v.* Gnathia. **Augofleda** *v.* Audefleda.

Augulīna *v.* Augurina. **augumentum** *v.* augmentum.

augur, -uris *m.* [*utrum c.* avis auspex *an c.* augere auctor *conferendum sit, inde usque ab antiquitate in controversia est. vetus nomen* *augus *neutri generis subesse, unde pluralis* augura (*v. infra l. 58 sqq.*) *et adiectivum* augustus *ducta sint, censet Bücheler, Neue Jahrbb. 87 (1863) p. 785. Th.*]. PAVL. FEST. p. 2 augur ab avibus gerendoque dictus, quia per eum avium gestus edicitur; sive ab avium garritu, unde et augurium (*v.* augurium. *cf.* GLOSS. V 546, 20 ISID. orig. 8, 9, 18. 12, 7, 75). PRISC. gramm. II 27, 17 antiqui 'auger' et 'augeratus' pro 'augur' et 'auguratus' dicebant. *de declinatione*: PLIN. frg. Char. gramm. I 137, 6 (*ex Romano*) pro murium ..., quoniam non ut fures furum et augurum et celerum dicimus, ita quoque murum censere debemus. MART. CAP. 3, 288 augur auguris. *dativ.* augurei: CORP. I 1158 = X 6528. *apud Graecos*: αὔγουρ MON. Ancyr. gr. 4, 5. αὔγουρος, αὔγουρα, αὐγούρων, αὔγουρας PLVT. αὐγόρας DION. HAL. 2, 64. PRISC. gramm. II 12, 15 *dicimus* 'anguis' sicuti 'quis' et 'augur' sicuti 'cur'. *de genere*: PROB. cath. gramm. IV 14, 25 hic et haec et hoc augur. *nota*: ACC. trag. 624 pro certo arbitrabar sortis oracla adytus augura (*ubi* NON. 488 augura pro auguria. *v. supra l. 44*). *fem.*: HOR. carm. 3, 17, 12 aquae nisi fallit augur annosa cornix (ὀρτόμαντις *Euphorion*. PORPH. augurem ... pro praesaga id est divina posuit. *cf.* HOR. carm. 3, 27, 10 imbrium divina avis imminentum). STAT. Theb. 9, 629 simque augur cassa futuri. TERT. anim. 19 plus est, quod de prospectu lacrimabilis vitae quidam augurem incommodorum vocem illam flebilem (*i. vagitum infantis*) interpretantur (*cf.* 24 test. anim. 5). GLOSS. οἰωνοσκόπος, ὀρνεοσκόπος, οἰωνιστής, οἰωνόμαντις. *cf.* DION. HAL. 2, 64 Ῥωμαῖοι καλοῦσιν αὐγόρας, ἡμεῖς δ' ἂν εἴποιμεν οἰωνοπόλους. PLVT. Ant. 5 τῶν ἐπ' οἰωνοῖς ἱερέων, οὓς αὔγουρας καλοῦσιν. aet. Rom. 72 οὓς αὔσπικας πρότερον, αὔγουρας δὲ νῦν καλοῦσιν (*cf.* 99 Aem. 3 Cic. 36). GLOSS. IV 22, 55 qui aves colligit (*sic saepius*, 312, 18 qui aves colit). V 269, 36 augur qui aves colit, qui per auspi⟨cia divinabat⟩ avium voces (*cf.* IV 485, 52). 442, 7 augur, per quem in publicis privatisque rebus deorum mentem homin⟨es cognoscunt omin⟩ibus enuntiatis per auspicia, quomodo quidque sit gerendum. IV 22, 53 augures, qui auguria intendunt. *et saepius*. *legitur inde a* CATONE. *trad.* auxguribus FEST. p. 333, augus *et* augor *saepius in* GLOSS. *lectio incerta* VARRO ling. 6, 64.

I *augures publici populi Romani* (*cf. Wissowa, PW. II 2313 sqq., Relig. u. Kult. p. 450 sqq.*): VARRO ling. 5, 33 nostri augures publici. rust. 3, 3, 5 augures Romani. CIC. div. 1, 25 *auspicia* nunc a Romanis auguribus ignorantur (*cf.* 2, 70 FEST. p. 189 PLIN. nat. 10, 20). leg. 2, 20 interpretes ... Iovis optumi maximi, publici augures (3, 11 epist. 6, 6, 7 PAVL. FEST. p. 260 *cf.* 18). Phil. 13, 12 utrum igitur augurem Iovis optimi maximi ... populus Romanus libentius sanciet, Pompeium an Antonium? (leg. 3, 43 est ... boni auguris meminisse se maximis rei publicae temporibus praesto esse debere Iovique optimo maximo se consiliarium atque administrum datum. *cf.* carm. frg. 19, 10 Marius divini numinis augur. ARNOB. nat. 4, 35 sedent in spectaculis publicis ... interpretes augures divinae mentis et voluntatis). CIC. Phil. 1, 31 oblitus auspiciorum a te ipso augure populi Romani nuntiatorum (FLOR. 1, 2, 2 GELL. 13, 14, 1). *nota appellationem sollemnem* augur publicus populi Romani Quiritium *in titulis saec. II—IV*: CORP. VI 503 (*a. 390*) augur publicus p. R. Q. 504 (*a. 376*) augur pub. p. R. Q. 1449 (*aet. Anton.*) aug. p. R. Quiritium. X 211 auguri publ. p. R. Quir. 1700 (*a. 343*) auguri publico p. R. Quiritium (4752). 1695 (*a. 355, sine compendiis scr., ut* 1696). *passim* augur (*i. q.* augur publicus) *in titulis maxime honorariis* (*v. Spinazzola apud Ruggiero, diz. I p. 790 sqq.*), *ex. gr.*: CORP. V 6456 *imp. Augusto* pontifici maximo, patri patriae, aug(uri), XV vir(o) s(acris) f(aciundis) ... tribunic. potest. XXX. 6416, 4 *imp. Tiberio* pont(ifici) augurique. XI 1420 *L. Caesaris* auguris, consulis designati (*iter. ibid.* 1421). 1826 (= I² p. 189 n. V). 1828 (= I² p. 193 n. XIII). 1829 (= I² p. 194 n. XV). 1831 (= I² p. 195 n. XVIII) C. Marius C. f. cos. VII, pr., tr. pl., q., aug(ur), tr. militum. 1832 (= I² p. 196 n. XXI). VI 32412 (*saec. III init.*). 32040. INSCR. Not. d. scavi 1894 p. 389 *Sextus Pompeius*. *item in nummis, ex. gr. Babelon* I p. 172 n. 40 *M. Antonius*. n. 41 pont(ifex) aug(ur). *notabiliores apud scriptores praeter alios nominantur hi*: VARRO rust. 3, 2, 2 ibi Appium Claudium augurem sedentem invenimus (3, 7, 1. CIC. div. 1, 29 bonus augur. 1, 105. leg. 2, 32 Marcellum et Appium optimos augures). CIC. Brut. 212 Q. Scaevola augure (Balb. 45 Phil. 8, 31 VAL. MAX. 3, 8, 5). div. 1, 36 Ti. Gracchus ... summus augur (1, 33. ad Q. fr. 2, 2, 1 ille Gracchus augur). 2, 77 *M. Marcellus* augur optumus. fin. 5, 82 *Q. Metellus*. nat. deor. 3, 5 *habeo* C. Laelium augurem eundemque sapientem, quem ... audiam de religione (Phil. 2, 83). leg. 2, 31 Philippi consulis et auguris. Lael. 7 D. Bruti auguris. 1 Q. Mucius (Brut. 102 PLIN. nat. 10, 20). Cato 11 *Q. Fabius Maximus* (LIV. 30, 26, 7 augurem duos et sexaginta annos fuisse. PLIN. nat. 7, 156 Q. Fabius Maximus LXIII annis augur fuit. *cf.* VAL. MAX. 8, 13, 3). HOR. carm. 3, 19, 10 auguris Murenae (*cf.* AVSON. 335, 4). LIV. 3, 7, 6 mortui ... M. Valerius T. Verginius Rutilus augures. 22, 35, 2 C. Atilio Serrano et Q. Aelio Paeto, quorum alter pontifex, alter augur erat. 23, 30, 15 M. Aemilio Lepido, qui consul augurque fuerat (VELL. 2, 10, 1). FEST. p. 161 Messala ... augur in explanatione auguriorum (351 GELL. 13, 15, 3). 351 P. Servili. PLIN. epist. 4, 8, 4 te ... ob hoc maxime delectat auguratus meus, quod M. Tullius augur fuit (*cf.* CIC. epist. 6, 6, 7 *aliosque apud eundem locos, praeterea* SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 4, 5. AVG. civ. 4, 30 Cicero augur). SPART. Did. 6, 6 Plautius Quintillus consularis augur contradixit. *de institutione sacerdotii*: CIC. div. 2, 80 Romulus et Remus, ambo augures. 1, 107 Romulus augur, ut apud Ennium est, cum fratre item augure (rep. 2, 16). 1, 3 principio huius urbis parens Romulus ipse ... optumus augur fuisse traditur. deinde auguribus ... reliqui reges usi (*cf.* 1, 89). Vatin. 20 id quod augures omnes usque ab Romulo decreverunt. PROP. 4, 6, 43 murorum Romulus augur. LIV. 4, 4, 2 pontifices, augures Romulo regnante nulli erant: ab Numa Pompilio creati sunt (FLOR. 1, 1, 2 LACT. inst. 1, 22, 4. *sed* LIV. 1, 18, 6 *Romulus* ab augure, cui deinde honoris ergo publicum id perpetuumque sacerdotium fuit, deductus in arcem). *collegium augurum* (*σύστημα Dion. Hal. 3, 70*): CIC. Brut. 101 cooptatus in augurum collegium (*cf.* 1 interitu talis auguris dignitatem nostri collegii deminutam dolebam. Cato 64 Vatin. 14 Phil. 2, 4). LIVI perioch. 89 *Sulla dictator* pontificum augurumque collegium ampliavit, ut essent quindecim. FEST. p. 161 VAL. MAX. 1, 1, 3. 8, 2, 1 ASCON. Scaur. p. 21 QVINT. inst. 7, 9, 12. CORP. VI 1233 = 31539 (*a. 121*) collegium augurum ... terminos pomerii restituendos curavit. *cf.* LEX Vrs. 1, 4, 35. 1, 5, 12. 20. *de numero*: CIC. rep. 2, 16 *Romulus* ex singulis tribubus singulos cooptavit augures (*cf.* LEX Vrs. 1, 5, 21 tribus auguribus). 2, 26 *Pompilius* ad pristinum numerum duo augures addidit. leg. agr. 2, 96 decem augures *Capuam deducuntur*. LIV. 10, 6, 6 ut, cum quattuor augures, quattuor pontifices ea tempestate essent placeretque augeri sacerdotum numerum, quattuor pontifices, quinque augures, de plebe omnes, adlegerentur (10, 8, 3). 10, 6, 7 quemadmodum ad quattuor augurum numerum, nisi morte duorum, id redigi collegium potuerit, non invenio, cum inter augures constet imparem numerum debere esse, ut tres antiquae tribus ... suum quaeque augurem habeant. 10, 9, 2 *creantur* quinque augures item de plebe ... ita octo pontificum, novem augurum numerus factus. perioch. 89 *supra l. 58*. *de cooptatione, inauguratione, sim.*: *cf. fragmenta fastorum augurum* CORP. VI 1976. 32318. CATO orig. 109 (Gell. 1, 12, 17) si volo augurium optime tenere, ecquis me ob meam ⟨...⟩ augurem capiat? (GELL. 1, 12, 15 pontifices et augures 'capi' dicebantur). RHET. Her. 1, 11, 20 altera lex iubet augurem, in demortui locum qui petat, in contione nominare. augur quidam damnatus de pecuniis repetundis in demortui locum nominavit (CIC. Phil. 2, 4 quo enim tempore me augurem a toto collegio expetitum Cn. Pompeius et Q. Hortensius nominaverunt. *cf.* ad Brut. 1, 7, 1 PLIN. epist. 2, 1, 8. 4, 8, 3). CIC. Brut. 101 cooptatus in augurum conlegium non erat (LIV. 40, 42, 13 in locum

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

eius P. Scipionem ... augures cooptarunt. ASCON. Scaur. p. 21 QVINT. inst. 7, 9, 12. *cf.* LEX Vrs. 1, 5, 11 quique augur ... in conlegium pontific. augurumq. in demortui damnative loco ... lectus cooptatusve erit. 1, 5, 20). CIC. Vatin. 19 augur fieri in Q. Metelli locum (20. ad Brut. 1, 5, 3 *Marius* lege Domitia factus est augur. epist. 15, 4, 13 HIRT. Gall. 8, 50, 3. LIV. 27, 6, 15 *Sempronius Longus* augur factus in locum ... Crassi). LIV. 29, 38, 7 in M. Pomponi Mathonis auguris et decemviri locum creati decemvir M. Aurelius Cotta, augur Ti. Sempronius Gracchus (6, 41, 9. 10, 9, 2. 25, 2, 2. TAC. ann. 2, 83 neve quis flamen aut augur in locum Germanici nisi gentis Iuliae crearetur). 27, 36, 5 in locum *Marcelli* P. Aelius Paetus augur creatus inauguratusque (30, 26, 10. 33, 44, 3 lectus inauguratusque. SVET. Cal. 12 augur in locum fratris ... destinatus, priusquam inauguraretur. *cf.* CIC. Brut. 1). LIV. 45, 44, 3 in eius locum augures legerunt *Flamininum* (3, 32, 3. 33, 44, 3). 39, 45, 8 comitia habita erant in demortui *Lentuli* locum auguris sufficiendi (creandi *M. cf.* 26, 23, 7. 33, 42, 6. 41, 21, 9). *disciplina, ius, libri, responsa, decreta augurum* (*cf.* auguralis, augurius): CIC. nat. deor. 2, 10 et nostrorum augurum et Etruscorum haruspicum disciplinam ... res ipsa probavit. div. 2, 74 quis negat augurum disciplinam esse? divinationem nego. 1, 33. leg. 2, 33 dubium non est, quin haec disciplina et ars augurum evanuerit iam et vetustate et neglegentia. *cf.* 2, 20. PLIN. nat. 38, 17 in augurum ... disciplina constat neque diras neque ulla auspicia pertinere ad eos *eqs.* GELL. 7, 6, 4 nihil ad augurum disciplinam pertinente. SERV. auct. Aen. 2, 693 hoc ... auspicium cum de caelo sit verbo augurum maximum appellatum ... augurum disciplina consentit (*cf.* 1, 92. 2, 692. 699). CIC. dom. 39 non sum in exquirendo iure augurum curiosus. div. 2, 75 existimo ... ius augurum ... postea rei publicae causa conservatum ac retentum. leg. 2, 31 praestantissimum in re publica ius est augurum cum auctoritate coniunctum (*cf.* augurius). FEST. p. 253. VARRO ling. 5, 21 'tera' in augurum libris scripta cum r uno. 5, 58. 7, 51 (*cf.* 5, 33 ut nostri augures publici disserunt). CIC. dom. 39 venio ad augures, quorum ego libros, si qui sunt reconditi, non scrutor. GELL. 13, 14, 1 augures populi Romani, qui libros de auspiciis scripserunt. SERV. auct. Aen. 4, 45 in libris augurum. 3, 537. 8, 95. *cf.* PAVL. FEST. p. 16 arcani sermonis significatio trahitur ... a genere sacrificii, quod in arce fit ab auguribus, adeo remotum a notitia vulgari, ut ne litteris quidem mandetur, sed per memoriam successorum celebretur.
CIC. Vatin. 14 tuis actionibus augurum responsa atque eius conlegii adrogantiam impedimento non futura. dom. 40 tu augures produxisti: a te interrogati augures (har. resp. 48) responderunt, cum de caelo servatum sit, cum populo agi non posse. LIV. 41, 18, 8. VAL. MAX. 1, 6 ext. 2. *cf.* CIC. Balb. 45 *Q. Scaevola* augur, cum de iure praediatorio consuleretur, ... consultores suos non numquam ad ... praediatores reiciebat. LIV. 4, 31, 4 augures consulti eam religionem exemere (8, 23, 14. 22, 31, 13 *cf.* CAPITOL. Alb. 9, 2). CIC. Att. 9, 15, 2 volet enim, credo, S. C. facere, volet augurum decretum (*cf.* leg. 2, 31 div. 2, 73). Vatin. 20 quaero ... utrum decreturus fueris, id quod augures omnes usque ab Romulo decreverunt. LIV. 4, 7, 3 augurum decreto (*cf.* 45, 12, 10). FEST. p. 161. 289 sine ullo decreto augurum. CIC. nat. deor. 2, 12 magna augurum auctoritas. leg. 2, 31. FEST. p. 351 auctoritatem secutus P. Servili auguris. *de attributis et ministris augurum*: HYG. frg. Gell. 5, 8, 2 lituus ... virga brevis ... qua augures utuntur. LIV. 1, 18, 7 GELL. 5, 8, 8 APVL. apol. 22. SERV. Aen. 7, 190 lituum dedit, quod est augurum proprium (7, 187 ecl. 9, 15). *cf.* CIC. div. 1, 30. CORP. XII 1114 *ubi lituus insculptus est.* SERV. Aen. 7, 188 trabea toga est augurum de cocco et purpura (*cf.* 7, 190. 612. 9, 4). CORP. VI 33227 Menander Caecilianus p(ublicus) augur(um) (2315—2317). 1847 viator augurum (INSCR. Dessau 4977). 2187 calator augur(um).

varia (*alia testimonia v. s.* augurium, auspicium, auguro, inauguro): VARRO ling. 6, 53 hinc effata dicuntur, qui (quom *L. Speng.*) augures finem auspiciorum caelestum extra urbem agri⟨s⟩ sunt effati ut (ubi *O. Müller*) esset; hinc effari templa dicuntur; ab auguribus effantur qui in his fines sunt (CIC. Att. 13, 42, 3 leg. 2, 20. 21 FEST. p. 157 GELL. 14, 7, 7 SERV. Aen. 1, 446. 3, 463. 6, 197 *cf.* 2, 692). VARRO ling. 6, 76 hinc oscines dicuntur apud augures, quae ore faciunt auspicium (*cf.* 6, 82. CIC. nat. deor. 2, 160 avis quasdam, et alites et oscines, ut nostri augures appellant. div. 1, 85 quid *habet* augur, cur a dextra corvus, a sinistra cornix faciat ratum? OV. fast. 1, 180 LIV. 4, 18, 6 PAVL. FEST. p. 21. 304. 371. LVCAN. 1, 601 doctus volucres augur servare sinistras. GELL. 7, 6, 3 SERV. Aen. 3, 246. 361 qui es augur oscinum). VARRO ling. 5, 47 per quam (*viam Sacram*) augures ex arce profecti solent inaugurare (*cf.* PAVL. FEST. p. 16). 6, 42 augures augurium agere dicuntur, quom in eo plura dicant quam faciant (CIC. off. 3, 66). 6, 95 hoc nunc aliter fit atque olim, quod augur consuli adest tum cum exercitus imperatur ac praeit quid eum dicere oporteat, consul augur⟨i⟩ imperare solet, ut inlicium vocet, non accenso aut praeconi. 7, 9 contempla et conspicare id⟨em⟩ esse apparet, ideo dicere, cum conte⟨m⟩plum facit, augurem conspicione, qua oculorum conspectum finiat. 7, 31 ambiegna bos apud augures, quam circum aliae hostiae constituuntur. CIC. nat. deor. 1, 122 auspiciis augures praesunt. leg. 3, 11 qui agent, auspicia servanto, auguri publico parento (3, 43). nat. deor. 2, 11. 163 div. 2, 73. 77. Phil. 2, 6 cum auspicia augur, intercessionem consul sustulisset. 5, 8 quam legem igitur se augur dicit tulisse non modo tonante Iove (*cf.* nat. deor. 2, 65 LVCAN. 5, 395), sed prope caelesti clamore prohibente, hanc dubitavit contra auspicia latam confiteri. div. 2, 74 cum augures iudicassent eos (*consules*) vitio creatos esse (*cf.* nat. deor. 2, 11 Phil. 2, 80 LIV. 8, 15, 6. 8, 23, 16. 22, 34, 10). Phil. 2, 83 confecto negotio bonus augur ... 'alio die' inquit (2, 84 leg. 2, 31). 5, 7 quid? per auspicia ferri potuit *lex*? sed (silet *Madvig*) augur verecundus sine conlegis de auspiciis. 3, 9 servabant auspicia reges, quae hic consul augurque neglexit. 2, 83 ementitus es auspicia; obstrinxisti religione populum Romanum; augur auguri, consul consuli obnuntiasti (div. 1, 29. *cf.* DON. Ter. Ad. 4, 2, 8 proprie obnuntiare dicuntur augures, qui aliquid mali ominis saevumque viderint). nat. deor. 3, 52 in augurum precatione Tiberinum, Spinonem, Almonem, Nodinum, alia propinquorum fluminum nomina videmus. Brut. 117 vacationem augures, quominus iudiciis operam darent, non habere (*cf.* LIV. 33, 42, 4 LEX Vrs. 1, 4, 38). Att. 8, 3, 3 ille in adoptando P. Clodio augur. *et saepius.* LIV. 1, 36, 6 auguriis ... sacerdotioque augurum tantus honos accessit, ut nihil belli domique postea nisi auspicato gereretur. 3, 20, 6. 22, 34, 3 criminando ... augures, quod dictatorem prohibuissent comitia perficere. PAVL. FEST. p. 260 quinque genera signorum observant augures ⟨publici⟩, ex caelo, ex avibus, ex tripudis, ex quadripedibus, ex diris. FEST. p. 344 augures eam (*aedem*) demoliri cogerent (*cf.* CIC. off. 3, 66). 157 Manalis fons appellatur ab auguribus puteus perennis. *ibid.* Manes di ab auguribus invocantur. VAL. MAX. 1, 1, 1 maiores ... caerimonias pontificum scientia, bene gerendarum rerum auctoritates augurum observatione ... explicari voluerunt. STAT. silv. 5, 3, 182 arma probatis monstrasti Saliis praesagumque aethera certis auguribus. TAC. ann. 3, 64 quos (*ludos*) pontifices et augures et quindecimviri septemviris simul et sodalibus Augustalibus ederent. MIN. FEL. 25, 12 LAMPR. Alex. 22, 5. SERV. Aen. 1, 92 extemplo ... est augurum verbum (2, 693. 699). 3, 246. 9, 4. 24 *et saepius.* OROS. hist. 3, 22, 3 a pullariis auguribus. 5, 18, 27 loca publica, quae in circuitu Capitolii pontificibus auguribus decemviris et flaminibus in possessionem tradita sunt (*cf.* FEST. p. 189).

consecratum. 7, 412 *Ardeam* ab augurio avis ardeae dictam. 9, 628 sonat una fatifer arcus: simul atque cognovit augurium. 11, 19 cum captatis auguriis ad bellum exire coeperimus. 11, 235 tectum augustum, id est augurio conditum. 12, 246 ubicumque firmum introducit augurium, dat ei firmissimam sedem. 12, 259 quasi inpetrativum hoc augurium vult videri. 12, 261 interpretatur augurium. 12, 869 *ad* 'ut Dirae stridorem adgnovit et alas' utrumque tangit augurium et oscinum et praepetum. 12, 874 monstro: augurio ex Iovis voluntate venienti. HYG. fab. 136 p. 115, 22 vidit noctuam ...: augurio accepto puerum exanimem de dolio eduxit. VVLG. num. 24, 1 abiit..., ut augurium quaereret. IV reg. 17, 17 divinationibus serviebant et auguriis (*οἰωνίζοντο*). 21, 6 observavit auguria et fecit pythones. II par. 33, 6 observabat somnia, sectabatur auguria. CLAVD. 8, 203 laetior augurio genitor. 15, 29 mansuris meruerunt moenia *Romae* nasci auguriis. 15, 472 auguriis alacres. 20, 289 hoc mihi iam pridem Lachesis grandaeva canebat augurium. 24, 166 *Roma* auguriis firmata Sibyllae. 26, 263 metus omne trahebat augurium peiore via. 28, 275 terra sinistris auguriis calcata mihi. rapt. Pros. 2, 141 seseque ... coronat *Proserpina* augurium fatale tori. 3, 126 nullusque dies non triste minatur augurium. carm. min. 30, 103 dedit augurium regnis infantia linguae. AVG. civ. 2, 24 haec illi dii...non extis, non auguriis, non cuiusquam somnio vel vaticinio praenuntiabant. 3, 21 pulli ... Mancino consuli ... augurium malum fecerant; quasi per tot annos ... alii *Romani* contra eam (*Numantiam*) alio augurio processerunt. 3, 22 num et isti *a Mithridate trucidati* omnes auguria contempserant? 4, 23 per augurium quaesivit *deos*, utrum concedere locum vellent Iovi. 4, 29 vano ... augurio deus Terminus non cessit Iovi. SIDON. carm. 7, 166 totam patris aulam implevi augurio. CASSIOD. var. 5, 10 clamaverunt omnes: Constanti Auguste, tu vincas. hoc augurium Magnentius traxit ad semetipsum. NEPOTIAN. 1, 4, 5 neglecto augurio ire contendit.

2 *augurandi scientia*: GLOSS. IV 431, 14. V 169, 34 augurium auguriandi peritiam. *cf. l. 35.* CATO orig. 109 si volo augurium optime tenere, ecquis me ...? VERG. Aen. 9, 326 non augurio (SERV. auct. 'augurio' hic pro scientia augurii) potuit depellere pestem. 12, 394 *cui* Apollo augurium ... dabat (SERV. auct. augurium ... munus est: non enim sola arte, verum etiam indulta divinitate colligitur). OV. met. 13, 650. STAT. Theb. 8, 88 extincto ... in ore augurii perdurat honos. FLOR. 1, 5, 2 *Attius Nevius* vir summus augurio (CENS. 17, 15 p. 36, 11). HYG. fab. 14 p. 45, 10 *Mopsus* augurio doctus ab Apolline. p. 46, 11. 19 p. 51, 19. PROB. Verg. ecl. 6, 31 nisi quod poeta Ennius Anchisen augurii ac per hoc divini quiddam habuisse praesumit. *nota de interpretatione oraculi*: OV. met. 1, 395 coniugis augurio quamquam Titania mota est.

3 *divinatio, vaticinium*: CIC. Tusc. 1, 33 nescio quo modo inhaeret in mentibus quasi saeclorum quoddam augurium futurorum. div. 1, 111 rarum est quoddam genus eorum, qui se a corpore avocent et ad divinarum rerum cognitionem...rapiantur. horum sunt auguria non divini impetus, sed rationis humanae. Phil. 2, 89 o mea frustra semper verissima auguria rerum futurarum. Att. 10, 8, 6 auguria ... me incitant quadam spe non dubia, non haec collegii nostri ab Atto, sed illa Platonis de tyrannis. 10, 8, 7. epist. 6, 6, 7 quoniam, ut augures ... solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus praedictis constitui apud te auctoritatem augurii et divinationis meae, debebit habere fidem nostra praedictio. non igitur ex alitis involatu *eqs.* 6, 6, 12. [VERG. Aen. 5, 7 duri magno ... amore dolores polluto notumque, furens quid femina possit, triste per augurium Teucrorum pectora ducunt, *ubi* SERV. auct. quidam 'augurium' pro coniectura accipiunt. *ibid. sed* ostendit scisse eum (*Aeneam*) etiam haec signa inter diras referri.] OV. epist. 16, 234 fallitur augurio spes bona saepe suo. trist. 1, 9, 51 haec mihi non ovium fibrae tonitrusve sinistri linguave servatae pennave dixit avis: augurium ratio est et coniectura futuri. 3, 1, 36 augurium menti querna corona dabat. LIV. 45, 1, 5 cum victoria ipsa, tum augurio animorum suorum laetabantur. VAL. MAX. 8, 9 ext. 2 nec hominem aut aestimatio eloqui aut morum augurium fefellit. 8, 15, 7 *exultavit Marius quod Scipio interrogatus* quemnam res publica aeque magnum habitura esset imperatorem, respiciens se ... 'vel hunc' dixerit. quo augurio perfectissima virtus maximam orientem virtutem videritne certius an efficacius accenderit perpendi vix potest. SIL. 11, 571 falsa ut praesagia nostra sint ... mensque augurio ludatur inani. 13, 819 *Tanaquil* augurio valuit mentis venturaque dixit regna viro. STAT. Theb. 5, 546 *Hypsipyle* certa malorum mentis ab augurio. 12, 204 illo (*Thebas*) impetus ingens auguriumque animi (SCHOL. animi praedivinationem). silv. 5, 2, 173 vatum non irrita currunt auguria. Ach. 1, 26 heu numquam vana parentum auguria! TAC. Agr. 44 sicut ei (*Agricolae*) non licuit (*sic Dahl*) durare in hanc beatissimi saeculi lucem ac principem Traianum videre, quod augurio votisque apud nostras auris ominabatur, ita .... PLIN. epist. 7, 33, 1 auguror, nec me fallit augurium, historias tuas immortales futuras. CAPITOL. Alb. 9, 4 unde confirmatum est augurium, quod fuerat ante praedictum.

4 *subest notio fortunae, auctoritatis*: ANON. Vales. 12, 73 hoc per totam Italiam augurium habebat *Theodericus*, ut nulli civitati portas fecerit. AVG. loc. hept. p. 523, 25 o si auguratus essem! id est ad bonum augurium te in domo mea haberem! *Bannier.*

augurius, -a, -um *ab* augur. CIC. div. 2, 70 retinetur ... ad magnas utilitates rei publicae mos, religio, disciplina, ius augurium (-rum *codd. det.*). 2, 75 (augurum *codd.*). Cato 12 quanta notitia antiquitatis, scientia iuris augurii. 38 ius augurium (augurum *pars codd.*), pontificium, civile tracto. epist. 3, 9, 3 ipsam cognitionem iuris augurii consequi cupio. GELL. praef. 13 super augurio iure et pontificio. 7, 6, 12 cum de iure augurio quaereretur. *cf.* augur *p. 1365, 27 sqq. Ihm.*

Augurius, -a *v. p. 1370, 47 sqq.*

auguro(r), -āvī (-ātus sum), -ātum, -āre (-ārī) *ab* augur. PRISC. gramm. II 379, 5 multa antiqui tam activa quam passiva significatione protulisse inveniuntur ... auguror. 392, 11 plurima inveniuntur apud vetustissimos, quae ... activam pro passiva ... habent terminationem ... auguro pro auguror. DON. gramm. IV 383, 19 sunt verba incertae significationis, ut ... auguro (CLEDON. gramm. V 59, 9 CONSENT. gramm. V 369, 14). NON. p. 469 auguro (*sc. pro auguror*). *distinguit nimis argute* PLIN. frg. Serv. Aen. 7, 273 'auguro' dicimus secundum Plinium, cum praesagio mentis futura colligimus (GLOSS. V 549, 45), 'auguror' vero tunc, cum futura veris captamus auguriis (GLOSS. V 549, 46), auguror *enim ante* CIC. *omnino desideratur, inde vero in sermone pedestri in maiore usu est quam* auguro, *ut* CIC. *dicit* coniectura auguror, *tragici veteres* coniectura auguro. *poetae dactylici formas* augurat (-et) *et* auguror, *quippe quae solae versui facile aptarentur, solas, sed nulla distinctione sensus facta usurpaverunt, illud maxime quinto pede hexametri, hoc primo hexametri et pentametri, raro quinto hexametri.* augurior: ITALA IV reg. 21, 6 (didasc. apost. 22, 2) ISID. orig. 8, 9, 22 GLOSS. II 569, 16. V 169, 34. augerans: GLOSS. V 316, 17, *cf.* augur *p. 1363, 49.* GLOSS. *οἰωνοσκοπῶ* (*v. infra l. 40*), *ὀρνεοσκοπῶ*; augurans ominans. PLIN. frg. Serv. Aen. 7, 273 *v. supra.* [*val.* agurare, *it. sept.* agurar, *prov.* aurar, *hisp.* agorar. *M.-L.*] *invenitur absolute, c. acc., acc. c. inf., orat. indir. al.*

1 a PLAVT. Cist. 694 Halisca, hoc age, ad terram aspice et despice, oculis investiges, astute augura (*sc. ut augur*). **b** *futura captare, vaticinare auguriis; saepius technice de auguribus*: ACC. praetext. 38 quod ad dexteram cepit cursum ab laeva signum praepotens (*i. sol*), pulcherrume auguratum est rem Romanam publicam summam fore. L. CAES. anal. frg. Prisc. gramm. II 380, 4 certaeque res augurantur *οἰωνοσκοποῦνται*. CIC. Verr. 3, 18 (*iocose*) cum ex nomine istius quid iste in provincia facturus esset perridicule homines augurabantur. leg. 2, 21 publici augures ... disciplinam tenento ... et salutem populi auguranto. nat. deor. 2, 160 avis quasdam ... rerum augurandarum causa esse natas. div. 1, 27 *Deiotarus* mihi videtur ... vere augurari. 1, 72 *Calchas* ex passerum numero belli Troiani annos auguratus est (2, 63). 1, 90 in Persis augurantur et divinant magi. 2, 70 credo Romulum ... habuisse opinionem esse in providendis rebus augurandi scientiam. epist. 6, 6, 7 nec ex tripudiis solistimis aut soniviis tibi auguror, sed. CVRT. 3, 3, 5 *de somnium interpretantibus*: quidam contra (non *libri; corr. Acidalius*) augurabantar. 4, 4, 5 Macedones iter iaciendo operi monstrasse eam (*beluam*) augurabantur. 4, 13, 25 vultu eius (*regis*) interrito certam spem victoriae augurabantur. PLIN. nat. 6, 192 motu eius (*canis*) imperium augurantes. 10, 154 nec falso *ex ovo* augurata proditur. 15, 77 tamquam in comitium sponte transisset *ficus* Atto Navio augurante. 18, 225 ex occasu eius (*sideris Vergiliarum*) de hieme augurantur. STAT. Theb. 3, 648 *Capaneus ad Amphiaraum*: tuus o furor auguret uni ista tibi. 4, 592 maerent Argolici ... manes ... auguror hinc Thebis belli meliora. TAC. Germ. 3 futurae pugnae fortunam ipso cantu augurantur. PLIN. epist. 3, 11, 3 *cum* tot circa me iactis fulminibus quasi ambustus mihi quoque impendere idem exitium certis quibusdam notis augurarer. SVET. Otho 7 postridie ... in augurando tempestate orta. gramm. 1 cuius (*Ennii*) etiam de augurandi disciplina volumina ferantur (SOL. 1, 9. IVST. 24, 4, 3 augurandi studio. VVLG. gen. 44, 15 in augurandi scientia *cf. l. 47*). MIN. FEL. 18, 6 Persas de equorum hinnitu augurantes principium. ITALA deut. 18, 10 (Cypr. testim. 3, 82) non ominemi neque auguremini (*κληδονιζόμενος καὶ οἰωνιζόμενος*. VVLG. qui ... observet somnia atque auguria). *ibid.* (Lugd.) non invenietur in te ... divinans divinationem, auspicans et augurans. IV reg. 21, 6 (didasc. apost. 22, 2) auguriabatur et maleficia faciebat (*ἐκληδονίζετο καὶ οἰωνίζετο*. VVLG. hariolatus est et observavit auguria). PORPH. Hor. sat. 2, 3, 272 solent amantes semina ex mālis ... mittere in cameram, velut augurantes, si cameram contigerint, posse sperari ad effectum duci, quod animo conceperunt. CYPR. testim. 3, 82 non augurandum. in deuteronomio *v. supra.* SPART. Geta 3, 5 *cum Antoninus quidam audisset* ab haruspice post Severum Antoninum imperaturum ac de se ille auguraretur. VOPISC. Tac. 6, 2 omnia seria ... gravia et quasi ipsa res publica iubeat auguranda sunt. SERV. Aen. 9, 4 'sedebat' aut erat aut consilia capiebat aut augurabatur. HYG. fab. 136 p. 115, 20 quod (*ut filium Minois restituat*) Polydus dum auguratur, vidit noctuam. VVLG. gen. 44, 5 in quo (*scypho*) augurari (*οἰωνισμῷ οἰωνίζεται*) solet *Ioseph.* lev. 19, 26 non augurabimini (*οὐκ οἰωνιεῖσθε*) nec observabitis somnia. ISID. orig. 8, 9, 22 astrologi dicti eo quod in astris auguriantur. CORP. III 4243 Silvano Aug(usto) sac(rum). Tib. Iul(ius)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Quintilianus ... auguratus (*i. augurio facto, auspicatus*) at pristinam speciem restitu(it).

2 *praesagio mentis futura colligere.* Enn. trag. 246 hoc ego tibi dico et coniectura auguro. Pacvv. trag. 77 animus coniectura de errore eius augurat. Acc. trag. 497. 87 si satis recte aut vera ratione augurem. Cic. Mur. 65 quantum ego opinione auguror. de orat. 1, 95 quantum auguror coniectura (Att. 2, 9, 1). Lael. 41 de C. Gracchi ... tribunatu quid exspectem, non lubet augurari. div. 1, 64 id ... facilius evenit adpropinquante morte, ut animi futura augurentur. Tusc. 1, 96 *Theramenes* ei ... mortem eam est auguratus, quae brevi consecuta est. rep. 4, 8 cui quidem utinam vere fideliter abundiente (*corrupt.*) auguraverim. orat. 41 quid de illo augurer, lubet dicere. 42 haec de adulescente Socrates auguratur. epist. frg. 10, 3 praesentit animus et augurat quodam modo, quae futura sit suavitas. Caes. Cic. Att. 9, 16, 2 recte auguraris de me ... nihil a me abesse longius crudelitate. Verg. Aen. 7, 273 siquid veri mens augurat. Tib. 2, 2, 11 auguror, uxoris fidos optabis amores. Prop. 3, 1, 36 meque inter seros laudabit Roma nepotes: illum post cineres auguror ipse diem. Ov. met. 3, 519 namque dies aderit, quam non procul auguror esse, qua. 10, 27 et hic *Amorem* ... auguror esse. epist. 2, 126 quaecumque procul venientia lintea vidi, protinus illa meos auguror esse deos. fast. 4, 62 Veneris mensem Graio sermone notatum auguror. trist. 2, 570 non ... nostris *malis* ullum gaudere Quiritem auguror. 4, 6, 40 nostroque a corpore quantum auguror, accedunt tempora parva malis. Pont. 3, 1, 133 cum status Vrbis erit, qualem nunc auguror esse. 3, 4, 80 hac (*voluntate*) ego contentos auguror esse deos. 4, 9, 133 auguror his ... flecti tua numina. Cvrt. 9, 9, 2 quantum inde abesset mare ... anceps et caeca aestimatio augurabatur. 10, 5, 13 bella ... civilia, quae secuta sunt, mentibus augurabantur. Colvm. 1 praef. 9 *salutatoris* somnum ... regis sui rumoribus augurantis. Val. Fl. 3, 356 quis ... longos ... sibi non auguret annos? Tac. hist. 1, 50 erant qui Vespasianum et arma orientis augurarentur. Plin. epist. 4, 2, 8 unde hoc augurer quaeris: non quia adfirmat ipse ..., sed quia certum est .... 4, 15, 5 ita nos virtutes tuae, ita iudicia principis augurari volunt. 5, 4, 3 quantum auguror, longius res procedit. 7, 27, 3 futura praeteritis, adversa secundis auguratus. 7, 33, 1 auguror nec me fallit augurium historias tuas immortales futuras. Fronto p. 22, 10 N. sic ... auguror: quidquid egregie umquam in eloquentia factum sit, te id perfecturum. 97, 5 qua (*epistula*) id, quod res est, augurabar magni ingeni signum esse ad eiusmodi sententiarum pericula audaciter adgredi. Paneg. 6, 8 p. 154, 29 ut videretur *Roma* augurari iam et timere quod factum est. 10, 2 p. 213, 27 quintum decimum maximus princeps salutaris imperii annum degit, sed auguramur iam vicennalia. Capitol. Aur. 18, 7 nec defuerunt homines, qui somnis eum multa praedixisse augurantes (-tem *Baehrens vix recte*) futura et vera concinuerunt. Spart. Sept. Sev. 15, 5 qui sibi augurabantur imperium. Amm. 21, 13, 15 ut ... mea mens iam (mensam *Vat.*) augurat. Serv. Aen. 7, 273 (*ex Plinio*). Dar. Aug. epist. 230, 3 epistolae tuae auguror benedictionem tam largam, ut. Mart. Cap. 2, 131 quadam fiducia compertorum ipsa eidem scandendum caelum fuerat augurata. Sidon. epist. 8, 6, 16 sinistra quaeque metus augurat. carm. 5, 467 auguror isdem regnis fortunam similem. Ven. Fort. carm. 6, 5, 206 quid, *mater*, sequeris lacrimis? augurat altus amor?

3 *inusitata quaedam:* Stat. silv. 1, 4, 119 dum ... assiduus nunc aure vigil nunc lumine cuncta auguror (*i. observo, contemplor.* aucupor *Heinsius*). 3, 5, 13 quod Euboicos ... remeare penates auguror (*i. in animo habeo*). Diom. gramm. I 477, 20 melum hunc iambicum gradalem quidam nuncupant Gradivoque Marti augurant (*i. addicunt*). Tert. orat. 5 quicquid nobis optamus in illum (*deum*) auguramur et illi deputamus quod ab illo expectamus. Avg. loc. hept. 523, 23 ita ... dixit 'auguratus essem' tamquam diceret, o si auguratus essem! id est ad bonum augurium te in domo mea haberem.

part. perf. pass. **augurātus**, -a, -um *sumas hic illic pro adiectivo, ut* Cic. Vatin. 24 in illo ... augurato templo ac loco (Liv. 8, 5, 8 Serv. Aen. 7, 174). Mart. Cap. 2, 124 vocibus auguratis. 2, 151 auguratis ominibus.

adv. **augurātō**. Prisc. gramm. III 68, 26 multa ... ipsa terminatione dativi pro adverbiis accipiuntur, ut ... augurato. Liv. 1, 18, 6 sicut Romulus augurato urbe condenda regnum adeptus est. 5, 54, 7 cum augurato liberaretur Capitolium. Svet. Aug. 7 *loca*, in quibus augurato quid consecratur. Serv. Aen. 11, 235 augurato condita loca. *ibid.* domum Latini augurato conditam. *ibid. atrium* augurato conditum. *Bannier.*

(**augurum**) *v.* augur *p. 1363, 58*, augurium *p. 1371, 8.*

Augusius, -a *nom. gent. cognatum sine dubio cum* augustus, *fortasse etiam cum* augur. Corp. X 3351 (*Puteolis*) Q. Augusio Varo. Q. Augusio Iuliano. Q. Augusio Varo nauarcho class. praet. Misen. *v. etiam* Aucusi. *Otto.*

Augusta *v. p. 1418, 51 sqq.* **Augustae** *v. p. 1418, 70 sqq.*

Augustālis *sim. v.* Augustus *p. 1403 sqq. 1411.*

Augustamnica, -ae *provincia Aegypti, de qua cf. Pietschmann, PW. II 2362.* Amm. 22, 16, 1 tres provincias Aegyptus fertur habuisse temporibus priscis, Aegyptum ipsam et Thebaidem et Libyam, quibus duas adiecit posteritas, ab Aegypto Augustamnicam et Pentapolim a Libya sicciore disparatam. Not. dign. or. 28, 37 provinciae Augustamnicae (*unus liber* -annice). 1, 126 *sqq.* correctores duo: Augustamnicae Paflagoniae. *cf.* 23, 7 *et* 14. Cod. Theod. 1, 7, 2 (*a. 393*) corrector ... provinciae Augustamnicae. 1, 14, 1 (*a. 386*) per Thebaicam atque Augustamnicam provincias. 12, 1, 34 praesidem Augustamnicae. Iust. 4, 61, 9 per Aegyptum atque Augustamnicam (Cod. Theod. 4, 12, 9). Novell. Iust. 8, 21 a iudice Augustanicae ⟨primae?⟩ (*Αὐγουσταμνικῆς πρώτης*). 8, 25 ⟨Augusta⟩nicae secundae (*Αὐγουσταμνικῆς δευτέρας*). Papyr. Wessely, Wiener Stud. 24 (1902) p. 124 (*a. 342*) *ἡγεμόνος Αὐγουσταμνεικῆς. cf.* Papyr. Amherst II 142, 3. Pol. Silv. prov. 10, 2 chron. I p. 542 Augustamnis. *cf.* Provinc. laterc. Veron. 1, 7 Aegyptus Herculea.

Augustānus (*cf. p. 1402, 82*), **-stēus, -stēnsis** *v.* Augustus *p. 1409.*

augustē *v. p. 1380, 33 et 70. 1381, 77.*

Augustiānus, -stīnus, -stio *sim. v.* Augustus *p. 1409. 1410 et 1412.*

augusto, -āre *v. p. 1380, 34.*

Augustobona, -ae *opp. Galliae Lugudunensis.* Ptol. 2, 8, 10 *Αὐγουστόβονα.* Itin. Anton. 381 Augustobonam (augusta bonam *Paris. A*). 383 Augustobona (augustabona *Paris. B*). Tab. Peut. 2, 4 Aūg. Bona. *cf.* Tricasses *et Hirschfeld Corp. XIII p. 463.*

Augustobrīga, -ae. **1** *opp. Hispaniae Tarraconensis:* Ptol. 2, 6, 53 *Αὐγουστόβριγα.* Itin. Anton. 442 Augustobriga (augustabrica *pars codd., etiam plures* -ca). Ravenn. p. 311, 2 Augustabrica. *in miliariis:* Corp. II 4892 (*a. 131*) ab Augustobriga (4896 *sqq.*). 4901 Augustobrigam. 4900 Augustob. 4891 (*a. 104—111*) Au⟨g.⟩. *cf.* 6237 *a. 305/6 et* Nova Augusta *p. 1418, 5.* **2** *opp. Lusitaniae:* Ptol. 2, 5, 7 *Αὐγουστόβριγα.* Itin. Anton. 438 Augustobriga (augustobria *Florent. Q*, -ca *plur. codd.*). Ravenn. p. 312, 12 Augustabria.

adi. **Augustobrīgēnsis,** -e, *incolae* **Augustobrīgēnsēs.** Corp. II 5346 senatuí popu⟨loque⟩ Augustobrí⟨gensi⟩ hospes. 941 (*Caesarobrigae*) Flavia Rufina Augustobrig. Plin. nat. 4, 118 Augustobricenses.

Augustodūnum, -ī *Haeduorum civitas, nunc* Autun. Ptol. 2, 8, 12 *Αὐγουστόδουνον* (8, 5, 5). *praeter scripturam rectam* (Mela 3, 20 Tac. ann. 3, 43. 45. 46 Itin. Anton. 458. Corp. XIII 2678 Au⟨gus⟩todu⟨ni⟩. Hier. chron. a. Abr. 2366 [Prosp. chron. I 454, 1078] Conc. Aurel. a. 639/641 p. 207, 18. Corp. VIII 16550 *Thevestae* Aug. du(no). Tab. Peut. 2, 5 Aūg. Dunum) *traditur* Augustud-: Amm. 15, 11, 11. 16, 2, 1. 16, 2, 2; Augustid-: Chron. Gall. chron. I p. 663, 616 Greg. Tvr. Franc. 3, 11 Ps. Asper gramm. suppl. p. 61, 12 *sq.* Ven. Fort. vita Germ. 83. 163 Conc. Paris. a. 614 p. 191, 9; Austedono: Greg. M. epist. 6, 52 tit.; Austituno: Conc. Clippiac. a. 626/7 p. 201, 27. *variant libri inter* -tod- *et* -tud-: Itin. Anton. 360. 366. 460 Greg. M. epist. 9, 222 Not. Tir. 86, 81, *inter* -tod- *et* -tud- *et* -tid-: Oros. hist. 7, 29, 8 Greg. M. epist. 9, 222. 223; *inter* -tod- *et* -tud- *et* -tid- *et* -ted-: Not. Gall. 1, 2 chron. I p. 584; *inter* -tid- *et* -tud-: Ven. Fort. vita Germ. 170; *inter* -tod- *et* -tad-: Ivl. Hon. cosmogr. A 19 (Cosmogr. 1, 19, 27 -tad-). *interdum libri exhibent* -don-, *veluti* Greg. Tvr. Franc. 3, 11 Greg. M. epist. 9, 222 Ven. Fort. carm. 8, 3, 160 *singuli codices. scripturae* ag- *exempla proferre longum est. notanda restant pauca:* Conc. Epaon. a. 517 p. 29, 13 *memoratur in optimis codd.* episcopus civitatis Agustae. Ravenn. p. 241, 14 Augunon. *propter prosodiam:* Ven. Fort. carm. 8, 3, 160 Aúgustídunó.

adi. **Augustodūnēnsis,** -e, *incolae* **Augustodūnēnsēs,** -ium. Paneg. 4, 14 Hier. vir. ill. 82. *apud* Greg. Tvr. *praevalet forma* ag- *aliorum quoque auctorum libris accepta. traditur* -tid-: Greg. Tvr. Franc. 9, 40 glor. mart. 51 Ven. Fort. carm. 5, 6 *et* 5, 6ᵃ tit. vita Germ. 1. 26 Conc. Rem. a. 627/30 p. 203, 9, -tud-: Hydat. chron. II p. 26, 151. *codd. variant inter* -tid- *et* -tud-: Greg. Tvr. glor. conf. 72 (ind. capit. 72). 96 vit. patr. 7, 1. 8, 12, *inter* -tod- *et* -tid-: Greg. M. epist. 13, 7 p. 372. 13, 11 p. 377. 13, 12 p. 379. 13, 13 p. 380. 381. *traditur* -don-: Not. dign. occ. 9, 33. 34 Ven. Fort. carm. 5, 6 tit. *v. l. 57* Greg. M. *ll. cc.*; -din-: Conc. Cabilon. a. 639/54 p. 213, 11. *nota haec:* Ven. Fort. carm. 5, 6 tit. autidunensem *cod. C* Conc. Epaon. a. 517 p. 29, 13 austudenensis, auustunęnis *singuli ll. sim.* Aurel. a. 549 p. 110, 2 *legitur* austidunensis, austudunensis, austodonensis *al. cf. Hirschfeld, Corp. XIII, 1 p. 402 sqq.*

Augustodurum, -ī *opp. Galliae Lugudunensis.* Tab. Peut. 2, 2 Augustoduro. *cf. Ihm, PW. II 2368.*

Augustoeuphratēnsis, -is *nom. provinciae Commagenes.* Not. dign. or. 33, 24 in Augustoeufratensi. Cod. Iust. 12, 59 (60), 10, 5 (2) Syriae et Augustae Euphratensis. Provinc. laterc. Veron. 1, 13 Augusta Eup⟨hr⟩atensis. Itin. Silv. 18, 1 provinciae Augustofratensis *bis.* Ps. Avr. Vict. epit. 9, 13 Commagene quam hodie Augustophratensem nominamus. Conc. Chalc. a. 451 (Mansi 7, 27ᴮ *et* 120ᶜ) Augustae Euphratesiae. *cf.* Procop. bell. Pers. 1, 17. 2, 20.

castra Augustoflāviēnsia *v.* mun. Aur. Aug. Mar(gum) *et* Constantia.

Augustomagus, -ī *opp. Galliae Belgicae.* Itin. Anton. 380 Augustomago. Tab. Peut. 2, 4 Aūg. Magus. *cf. Corp. XIII p. 543.*

Auguston *v.* Augustum *1 sub* Augustus, -a, -um *p. 1418, 83.*

Augustonemetum, -ī *Arvernorum caput; cf.* Arverni *p. 727, 55.* Ptol. 2, 7, 12 *Αὐγουστονέμετον.* Ivl. Hon. cosmogr. B 4 p. 35 Augusta Nemetrum (Cosmogr. 1, 19 p. 79). Tab. Peut. 2, 3/4 Aūg.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Nemeto. NOT. Tir. 87, 7 *et* 8 Arvennus. Agustonemetū. CORP. XIII 5209 (*Vindonissae*) ⟨M.? I⟩ulio M. f. ⟨Qui⟩r. Maxim. ⟨A⟩ugusto-⟨ne⟩meto. VIII 16549 (*Thevestae*) M. Iulius M. f. Qui(rina) Maternus Aug. N. III 15002 (*in Dalmatia*) A⟨u⟩g. Ne⟨meto⟩. *in miliariis* Aug. Arvern(orum). *cf. Hirschfeld, Corp. XIII p. 194 et Strabonis* (4, 2, 3) *Νεμωσσός*.

Augustopolis, -eos, *Αὐγουστόπολις, oppidorum nomen*: **1** *Ciliciae v.* Augusta *5 p. 1418, 58.* **2** *Phrygiae*: MAR. MERC. Nest. Eph. synod. p. 895[B] Ioannes episcopus Augustopoleos subscripsi (p. 867[B]). *cf.* EPIPHAN. haeres. 3, 73, 26 (p. 453 Migne) *Αὐγουστάδων et* SVID. *sub voce Εὐγένιος.* **3** *Palaestinae tertiae*: CONC. Const. a. 536 (Mansi 8, 1021[A]) in Augustopoli tertiae Palaestinae. *incola* **Augustopolitānus,** -ī. **1** *Phrygiae*: CONC. Ephes. a. 431 (Mansi 4, 1366[D]) Ioannes episcopus Augustopolitanus. **2** *Palaestinae*: CONC. Const. (Mansi 9, 177[C]) episcopo Augustopolitano.

Augustoritum, -ī *Lemovicum civitas.* PTOL. 2, 7, 9 *Αὐγουστόριτον* (*v. l.* -*ριον*). ITIN. Anton. 462 Augustoritum (*v. l.* -icum, *unus liber* -etum, *tres* ag-). NOT. Tir. 87, 16 Agustoretum. TAB. Peut. 2, 2 Ausrito (*i.* Aūg. rito). *in nummis aevi Merovingici* Agustoredo. *cf. Hirschfeld, Corp. XIII p. 181; Holder, Altcelt. Sprachsch. 1, 291. Diehl.*

Augustulus *v. p. 1410, 41.* **Augustum** *v. p. 1418, 81 sqq.*

augustus, -a, -um [augustus *eandem controversiam movet quam* augur *vocabulum q. v. fortasse a vetusto nomine* *augus (*ind.* ŏjaḥ 'vis') *ductum est, cf. c.* augere augescere. *Th.*]. GLOSS. (*in quibus saepissime* agustus) *σεβαστός, σεβάσμιος, ἱερός.* pulcra vel sancta. aucta. venerabilem. religiosum. *cum augendi verbo ipsi composuere veteres, v. p. 1380, 3. 18. de orthographia: apex nonnunquam priori* u *impositus est*: CORP. VI 31371. X 712 Órieńs Aúg. verna. 4871 leg. II Aúg. XI 720 dívus Aúg. parens dedit, ⟨C. Caesar?⟩ Aúgustus Germanicus ⟨p. p.⟩ refécit .... 6308 deorum Aúgus⟨torum⟩ ... VI virí Aúgustáles. *super* a: CORP. XI 3090 T. Flávius Aug. líb. Asiáticus. Agustus *in titulis iam inde ab aetate Neronis invenitur*: CORP. IV 2124 Nero⟨ni⟩ Caesarí Agusto. XIV 4008 Agustorum nostrorum (*titulus neglegenter scriptus*). V 3259 Laribus Agustorum domnorum nostrorum et Casarum (*sic*). XI 6644 d. n. Fl. Valerio Constant⟨in⟩o Pio Felici invicto Augu⟨sto⟩ Fl. Valer(i) Constanti divi Agusti Pii filio. IX 5958 ddd. nnn. Fla. Valentinia(no) Valente et Gra⟨t(iano)⟩ ... Ac. V 8032 dd. nn. Magno Maximo et Fl. Vic(to)ri invictis perpetuis Agustis. 3259. XII 4355 (*litteris saec. IV*) Aguste remuneratio⟨nis causa⟩. INSCR. christ. Rossi I 535 (*a. 404*) Onorio Agusto. 556 (*a. 406*) Arcadio Agusto. 871 (*a. 458—479*) Acusto. *sed errore scriptum* CORP. II 4510 leg. Aug. pr. pr. ... ⟨divi⟩ Hadriani Ag. *Ἄγουστος in titulis Graecis, cf. Eckinger, Die Orthogr. latein. Wörter in griech. Inschr. (Dissert. Turic. a. 1893) p. 12*: CORP. III † 14315[1] *εὐμένει Ἀγουστα οὐδὶς ἀθάνατος. ex codicibus pauca infra suis locis afferentur. in eisdem titulis nonnunquam* Aug. *imp.*, Ag. *mensis, v.* mensis Aug. *Ὄγουστος*: CORP. IV 2993 y *Ὀ⟨γ⟩ούστω Νήρ(ωνι) φηλικιτ⟨ερ⟩. multa collegit Schuchardt, Vokalism. d. Vulgärlat. II p. 308 sqq. III p. 265. ceterum v.* Augustus *mensis et* duo Augusti, tres Augusti *et nom. propr. de forma* Austus *v. p. 1399, 6 et* Augustus *mensis*, Augustus *al. nom. propr.*, PAPYR. Wessely, Wiener Stud. 24, 1902, p. 101 (*a. 143/4*) *κλάσσης Αὐστης Ἀλεξανδρε⟨ιν⟩ῆς.* Augst. *v. infra p. 1385, 65 et* Augustinus *nom. propr. v. etiam Corssen, Ausspr. u. Vokalism. I p. 94.* Augusst- *v. nom. propr. conspectum totius tractatus v. p. 1413, 56.*

I *quod religionem sanctitatemque aut natura possidet aut consecratione accepit* (*cf. σέβας μ' ἔχει εἰσορόωντα*): PRISC. gramm. II 140, 4 in stus a nominibus vel a verbis nascuntur ... 'augur augustus'. 26, 14. **1** *templa, tecta, loca, al.*: PAVL. FEST. p. 1 augustus locus sanctus ab avium gestu, id est, quia ab avibus significatus est, sic dictus; sive ab avium gustatu, quia aves pastae id ratum fecerunt. MACR. sat. 3, 11, 5 in Papiriano enim iure evidenter relatum est.... ut in templo, inquit, Iunonis Populoniae augusta mensa est. *cf.* CORP. VI 30975 (*a. u. c. 754*) Mercurio, Aeterno Io⟨vi⟩ .... ⟨quod bo⟩num ⟨faustum fe⟩lixque ⟨siet⟩ imp. Caesari Augus⟨to imperio⟩ eius senati populi⟨que Romani⟩ et gentibus nono ⟨anno⟩ introeunte felic⟨iter⟩ C. Caesare L. Pau⟨llo cos.⟩ L. Lucretius L. l. Zethus iussu Iovis aram augustam posuit. TRAG. inc. 217 Liber, qui augusta haec loca Cithaeronis colis. CIC. Verr. 6, 186 augustissimo et religiosissimo in templo. dom. 137 in loco augusto consecratam iam aram. nat. deor. 1, 119 Eleusinem sanctam illam et augustam. 2, 79 *deorum* augusta et sancta simulacra. Tusc. 37 ex hoc ... quasi quodam sancto augustoque fonte. phil. frg. IX 11 M. augustissima delubra. VERG. Aen. 7, 153 augusta ad moenia regis (SERV. augurio consecrata. ... et nisi in augusto loco consilium senatus habere non poterat; unde templum Vestae non fuit augurio consecratum, ne illuc conveniret senatus, ubi erant virgines. *cf.* GLOSS. V 549, 43). Aen. 7, 170 tectum augustum, ingens, centum sublime columnis urbe fuit summa, Laurentis regia Pici, horrendum silvis et religione parentum (*hinc* STAT. silv. 4, 2, 18 *de domo Domitiana*: tectum augustum, ingens, non centum insigne columnis, sed quantae superos caelumque ... sustentare queant). georg. 4, 228 si quando sedem augustam (*apium, lepide ut infra p. 1380, 14*) servataque mella thensauri relines (angustam *R*) (SERV. sedem augustam, id est alvearia. et proprie augustum est tectum augurio consecratum, abusive nobile, quasi maiestatis plenum). OV. fast. 1, 609 sancta vocant augusta patres; augusta vocantur templa sacerdotum rite dicata manu; huius et augurium dependet origine verbi et quodcumque sua Iuppiter auget ope. trist. 1, 1, 71 ignoscant augusta mihi loca dique locorum! 2, 277 quis locus est templis augustior? LIV. 1, 29, 5 templa augusta. 3, 17, 5 augustissimam illam domum Iovis optimi maximi. 38, 13, 1 fanum ibi augustum Apollinis. 42, 3, 6 templum augustissimum regionis eius. 42, 12, 6 ad Delum, augustissumo et celeberrumo in templo. 45, 5, 3 sacram hanc insulam (*Samothracam*) et augusti totam atque inviolati soli esse. MELA 1, 75 totus autem ⟨specus⟩ augustus et vere sacer habitarique a diis et dignus et creditus. LVCAN. 8, 861 augustius aris victoris Libyco pulsatur in aequore saxum. PLIN. nat. 6, 135 Dianae templum, augustissimum illis gentibus. STAT. silv. 2, 4, 14 vacat ille beatus carcer *psittaci* et augusti nusquam convicia tecti (*cf. supra p. 1379, 81*). PLIN. paneg. 52 augustioribusque aris et grandioribus victimis invocaretur. SVET. Aug. 7 (*cf. supra p. 1379, 58*) quod loca quoque religiosa et in quibus augurato quid consecratur augusta dicantur ab auctu (*cf. infra p. 1385, 47 et 1390, 18 et 1391, 26*) vel ab avium gestu gustuve. Galba 18 id (*monile*) repente quasi augustiore dignius loco Capitolinae Veneri dedicant. MIN. FEL. 7, 5 magis sunt augusta numinibus incolis, praesentibus, inquilinis (*templa ac delubra*), quam cultu ... opulenta. HIER. epist. 46, 5 quantum ad locum (*Hierosolyma*) pertinet, multo nunc augustior est quam ante fuit. 54, 13. 58, 3 Bethleem ... augustissimum orbis locum. 96, 2 caelestibus misceamur choris, ut iam nunc illuc mente translati et augustiora videntes loca simus quod futuri sumus. in Matth. 21, 12 p. 163 augustissimo in toto orbe templo domini (*Hierosolymitano*; GLOSS. V 416, 19 augustissimo: famosissimo, *male*). CLAVD. 33, 202 hic sedes augusta deae. AVG. civ. 2, 19 in illa angelorum quadam sanctissima atque augustissima curia caelestique re publica. CARM. epigr. † 303 (*Sedunorum in curia, a. 377*) devotione vigens augustas Pontius aedis restituit praetor. MAR. VICTOR aleth. 2, 196 augustis pulsus sedibus Adam. *adv.* **augustē.** HIER. in Matth. 23, 38 templum illud (*Hierosol.*) quod fulgebat augustius. **augusto,** āre. ARNOB. nat. 6, 16 quos (*deos, scil. statuas eorum*) exterior levitas lenocinio fulgoris augustat. **2** *sacra et quae in eis observantur*: ENN. ann. 502 V. augusto augurio postquam inclita condita Romast. ACC. trag. 510 cives om⟨i⟩nibus faustis augustam (ag- *codd.* NON. p. 206) adhibeant faventiam, ore obscena dict⟨a⟩ segregent. CIC. Mil. 43 illa augusta centuriarum auspicia. har. resp. 12 de sacris publicis, de ludis maximis, de deorum penatium ... caerimoniis ... quod tres pontifices statuissent, id semper populo Romano, semper senatui, semper ipsis dis immortalibus satis sanctum, satis augustum, satis religiosum esse visum est. leg. 2, 35 Iacchus Eumolpidaeque ⟨v⟩ostri et augusta illa mysteria. SIL. 11, 299 augusto libat carchesia ritu. HIER. epist. 98, 1 sollemnitatis augustae (*paschae*). MACR. sat. 1, 20, 7 sacratissima et augustissima Aegyptii ⟨e⟩um (*Herculem*) religione venerantur. **3** *res in quibus numen vel aliquid divini inest quaeque in caerimoniis adhibentur* (*cf.* DIO 53, 16, 8 *πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα καὶ τὰ ἱερώτατα ἄγουστα προσαγορεύεται*): OV. trist. 3, 1, 39 cur tamen opposita velatur ianua lauro, cingit et augustas arbor opaca comas? *querneam coronam intellege* (*cf. v. 35 sq.*). MANIL. 5, 509 hinc augusta nitent sacratis munera templis. LIV. 1 praef. 7 datur haec venia antiquitati, ut miscendo humana divinis primordia urbium augustiora faciat; et si cui populo licere oportet consecrare origines suas et ad deos referre auctores, *populo Romano licere oportet.* MACR. somn. 1, 2, 3 Epicureorum tota factio ... sacrum volumen et augustissima irrisit naturae seria. LIV. 5, 41, 2 quae augustissima vestis est tensas ducentibus triumphantibusve. 5, 41, 8 ornatum habitumque humano augustiorem (*eundem dicit quem* 5, 41, 2). QVINT. inst. 11, 1, 4 habitus triumphalis, quo nihil excogitari potest augustius. TERT. spect. 13 quanto magis augustiora nostra, et aures et oculos, ab idolothytis ... voluptatibus abstinemus, quae ... in ipso spiritu et anima digeruntur, quorum munditia magis ad deum pertinet quam intestinorum. *augusta mens vatis*: OV. met. 15, 145 et quoniam deus ora movet, sequar ora moventem rite deum Delphosque meos ipsumque recludam aethera et augustae reserabo oracula mentis. CARM. de Iona 13 *deus* praesagos agitans augusta mente prophetas. MAR. VICTOR aleth. 1, 401 augustos homini fas carpere fructus noluit esse deus. *adv.* **augustē.** CIC. nat. deor. 2, 62 quem nostri maiores auguste sancteque Liberum ... consecraverunt. 3, 53 *deos* quos auguste omnes sancteque veneramur. **4** *de dis ipsis*: OV. met. 6, 72 bis sex caelestes medio Iove sedibus altis augusta gravitate sedent. 9, 268 ubi mortales Tirynthius exuit artus, parte sua meliore viget maiorque videri coepit et augusta fieri gravitate verendus. LIV. 1, 7, 9 habitum formamque viri (*Herculis*) aliquantum ampliorem augustioremque humana intuens. 8, 6, 9 in quiete ... visa species viri maioris quam pro humano habitu augustiorisque. 8, 9, 10 aliquanto augustior humano visus (*Decius*), sicut caelo missus piaculum omnis deorum irae. VAL. MAX. 1, 8, 8 quem (*Caesarem*) C. Cassius ... vidit humano habitu augustiorem, purpureo paludamento amictum. 8, 11 ext. 5 *Euphranor* Neptuni imaginem quam poterat excellentissimis maiestatis coloribus conplexus est, perinde ac Iovis aliquanto augustiorem re-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

praesentaturus. STAT. Theb. 10, 756 pius . . . Menoecus iam sacer aspectu solitoque augustior ore, ceu subito in terras supero demissus ab axe. SVET. Nero 1 *L. Domitio* . . . iuvenes gemini augustiore forma ex occursu imperasse traduntur . . ., atque in fidem maiestatis adeo permulsisse malas, ut . . . . FLOR. epit. 1, 1, 18 visum a se Romulum adfirmans *Iulius Proculus* augustiore forma quam fuisset. APVL. met. 2, 28 incrementa solis augusti tacitus imprecatus (*cf.* SISEB. [poet. min. V] 58 augusti solis rutilum iubar). 6, 4 sese Iuno cum totius sui numinis augusta dignitate praesentat. 11, 1 augustum specimen deae praesentis statui deprecari. 11, 16 omnipotentis . . . deae numen augustum. 11, 22 numen augustum. mund. 31 quem (*deum*) videat esse viribus exsuperantissimis, augustissima specie . . . . Socr. 16 p. 154 daemonum . . . qui quondam in corpore [numero] fuere. sunt autem . . . praestantiore longe dignitate superius aliud augustius genus daemonum, qui semper a corporis compedibus et nexibus liberi . . . . TERT. nat. 1, 2 victorias ut numina, et quidem augustiora, quanto laetiora, veneramini. SOL. 11, 9 Gortynii et Adymnum colunt Europae fratrem. . . . videtur hic et occurrit, sed die iam vesperato augustiore se facie visendum offerens. ARNOB. nat. 5, 42 *al.* IVL. VAL. 1, 31 (*de divo Alexandro*) numine augustissimo. 3, 43 augustissimum numen (*Serapis*). HIER. in Is. 44, 6—20 fit enim lignea statua humanam exprimens speciem, et quanto pulchrior fuerit, tanto deus putatur augustior (*cf.* GLOSS. IV 204, 39 augusta: pulcra vel sancta). PRVD. c. Symm. 1, 172 Venus augusto de sanguine femina. MAR. VICTOR aleth. 3, 645 tres subito adstiterunt *Abrahae* augusta luce micantes. Apollo augustus, Iuppiter augustus *al. vide infra p. 1393 sqq.* **5** *homines* (*quae ad imp. Augustum ceterosque imperatores pertinent videbis infra p. 1381, 80*): LIV. 1, 8, 2 quae ita sancta generi hominum agresti fore ratus *Romulus*, si se ipse venerabilem insignibus imperii fecisset, cum cetero habitu se augustiorem, tum maxime lictoribus duodecim sumptis fecit. APVL. flor. 15 p. 59 *Pythagoras* vir . . . profecto super captum hominis animi augustior. *v. etiam p. 1390, 28.*

II *magnificus, admirabilis* (*cf. supra p. 1379, 84*): GLOSS. honoratus. super omnes clarus atque amplificatus. amplificum. augustior: felicior, praeclarior. *res, verba, al.*: CIC. Brut. 295 cuius tu oratione negas fieri quicquam posse dulcius, addis etiam nescio quid augustius. SIL. 1, 609 con⟨c⟩ilium vocat augustum castaque beatos paupertate patres. STAT. Theb. 12, 281 regina (*Argia*) votum immane procis spesque augustissima gentis. silv. 5, 2, 19 non . . . augustam sedem et Latii penetrale senatus advena pulsasti. QVINT. inst. 12, 10, 5 Zeuxis plus membris corporis dedit, id amplius atque augustius ratus. TAC. dial. 4 sanctiorem illam et augustiorem eloquentiam (*poeticam*) colam. 12 nec ullis aut gloria m⟨aior⟩ aut augustior honor (*quam poetis*). PLIN. epist. 2, 11, 10 cuius (*senatus*) ipse conspectus augustissimus fuit. princeps praesidebat; erat enim consul; ad hoc Ianuarius mensis cum cetera tum praecipue senatorum frequentia celeberrimus. paneg. 60 vis illud augustissimum consulum aliquando tribunal maiestati suae reddere? 92 nos (*consules, quibus spectaculo celebrare continget diem illum*) sub oculis tuis (*imperator*) augustior solito currus accipiet. SVET. frg. p. 4 R. *homines* modicum cultum ac sermonem necessarium commenti sibi, utriusque magnificentiam ad deorum religionem [suorum] excogitaverunt. igitur ut templa illis domibus pulchriora et simulacra corporibus ampliora faciebant, ita eloquio etiam quasi augustiore honorandos putaverunt laudesque eorum et verbis inlustrioribus et iocundioribus numeris extulerunt. APVL. Plat. 1, 3 eas (*sententias*) hic (*Plato*) cum ratione limando tum ad orationis augustae honestissimam speciem induendo perfectas atque etiam admirabiles fecit. SOL. 9, 20 forma supra hominem augustiore (*Alexander fuit*). 40, 5 quod (*templum*) cum . . . ad cultum augustiorem Ephesii reformarent. PANEG. 2, 13 p. 100, 13 o quanto nunc, imperator, illa civitas esset augustior, . . . si vos stipatos vestro senatu in illa Capitolini Iovis arce conspiceret! 10, 1 p. 213, 5 dicturus Constantini augustissimas laudes. AMM. 15, 5, 17 Silvanum . . . ad augustum *dignitatis* culmen evectum. 16, 10, 20 augustissima omnium sede (*Romae*). AMBR. hex. 1, 8, 30 cum augustae (ag- *cod. Cantabr. saec. VIII*) huius decorem figurae mundus indueret. PRVD. ham. 161 qui (*angelus postea degener*) prius augustum radiabat sidus. CLAVD. 8, 519 augusti maiestas grata pudoris. MACR. somn. 1, 6, 4 augustissima Timaei ratio naturae ipsae conscia. MART. CAP. 1, 13 Solis augustum caput. 1, 30 augusto . . . caelo. 1, 40 augustius . . . fieri Ioviale decretum, cum coetu deorum adtestante depromitur. 2, 134 ante hanc quaedam augustioris vultus femina . . . praeminebat. 9, 996 quae cum Harmonia . . . augusta (angusta *b R*) quadam suavitate percurreret. OROS. hist. 7, 20, 2 ita magnificis ludis augustissimus omnium praeteritorum hic natalis *urbis Romae* annus a Christiano imperatore celebratus est. *adv.* **augustē**. CIC. Brut. 83 non . . . quo de religione dici possit augustius. FRONTO p. 148, 4 N. quanto honestius sentis, tanto augustius dicas.

Augustus *cognomen imperatorum* (Agustus *vide supra p. 1379, 32 sqq.*). *multa oppida ex cognomine Augusti cognomina et nomina invenerunt, quae videbis infra p. 1413, 81. ex cognomine Augusti et vocabulo vernaculo barbarico namina oppidis nisi in Gallia indita non sunt; vide supra p. 1377, 83. Graeci ab* Augustus *finxerunt* μελλοαύγουστος (*vita Euthym. 11, 13*), ἀειαύγουστος (*cf. infra* semper Augustus), αὐγουστιακός. Octavianus Augustus *appellatus*: MON. Ancyr. 6, 14 rem publicam ex meā potestate in senātus populique Romani arbitrium transtulí. quó pro merito meo senatu⟨s consulto Augustus appe⟩llátus sum (Σεβαστὸς προσ⟨ηγορε⟩ύθην). SVET. Aug. 7 postea . . . Augusti cognomen assumpsit . . . Munati Planci sententia, cum, quibusdam censentibus Romulum appellari oportere quasi et ipsum conditorem urbis, praevaluisset ut Augustus potius vocaretur, non ⟨tant⟩um novo sed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religiosa . . . (*cf. supra p. 1380, 16*). *cf.* DIO 53, 16, 8 *Αὔγουστος ὡς καὶ πλεῖόν τι ἢ κατὰ ἀνθρώπους ὢν ἐπεκλήθη. πάντα γὰρ τὰ ἐντιμότατα καὶ τὰ ἱερώτατα αὔγουστα προσαγορεύεται.* 53, 18, 2. PLIN. paneg. 88, 10 ut nomine Augusti admonemur eius cui primum dicatum est, ita haec Optimi appellatio . . . . FLOR. epit. 4, 12, 66 tractatum etiam in senatu an . . . Romulus vocaretur; sed sanctius et reverentius visum est nomen Augusti, ut scilicet iam tum, dum colit terras, ipso nomine et titulo consecraretur. SERV. Aen. 1, 292 populus Romanus Octaviano tria obtulit nomina, utrum vellet Quirinus an Caesar an Augustus vocari. georg. 3, 27. OROS. hist. 6, 20, 2 hoc die primum Augustus consalutatus est. 6, 20, 8 clarissimum illud Augusti nomen adsumpsit. HIER. chron. a. Abr. 1987 Caesar Augustus appellatus. nom. hebr. p. 64, 2 Augusti: sollemniter stantis aut sollemnitatem additam. APPIAN. civ. 1, 5 p. 569 *ὥστε σεβαστὸς εὐθὺς ἐπὶ τοῖς ἔργοις, ἔτι περιών, ὅδε πρῶτος ὀφθῆναί τε Ῥωμαίοις καὶ κληθῆναι πρὸς αὐτῶν.* Lib. 136 p. 323 *ὁ . . . ἐκείνου* (*divi Iuli*) *παῖς Ἰούλιος Καῖσαρ ὁ Σεβαστὸς ἐπίκλησιν.* Illyr. 13 p. 357 *τοῦ δευτέρου Καίσαρος τοῦ Σεβαστοῦ προσαγορευθέντος.* LYD. mens. 4, 111 *οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ὠνόμαζον Κυρῖνον, οἱονεὶ Ῥωμύλον, ἄλλοι Καίσαρα, ψήφῳ δὲ κοινῇ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῆς βουλῆς Αὔγουστος ἐπεκλήθη. Αὔγουστον δὲ οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ τὴν πάτριον σημασίαν καλοῦσι τὸν κατ' οἰωνὸν καὶ θεῶν μαρτυρίαν προαγόμενον εἰς βασιλείαν.* mag. 1, 23 *Αὔγουστος* (*quasi esset nomen proprium*) *ὁ καλοιώνιστος.* **1** *imp. Caesar divi f. Augustus*: FAST. cos. Cap. a. u. c. 730 ⟨imp.⟩ Caesar díví f. C. n. Augustus. 731. ACT. lud. saec. Aug. 52 ⟨imp. Caesare⟩ August(o). 103 *al.* CORP. IX 3342 (*a. u. c. 731*) imp. Caesari díví f. Augusto. X 3682 (*Cumis*) III k. Febr. eó di⟨e Caesar Augustu⟩s appellatus est. 3827 (*a. 2/3*) ímp. Caes. dívi f. Augusto. 1685 ab imp. Caes. Aug. 4868 imp. Caes. Aug. 3816 (*Capuae*) Victoriae Caesaris Aug. imperatoris. LIV. 1, 19, 3 ab imperatore Caesare Augusto. PLIN. nat. 3, 136 (*inscriptio tropaei Alpium*) imperatori Caesari divi f. Aug. FRONTIN. aq. 9 imperatore Caesare Augusto. PS. BOETH. grom. p. 404, 5 imp. Augusti Caesaris. *v. etiam* numen Augusti (*infra p. 1383, 84*). *Caesar Augustus*: CORP. VI 1527, 2, 12 (*laud.* [*Turiae*]) apsentis Caesaris Augusti. IX 2226 natale Caesaris Augusti. X 8073, 1 (*in massa plumbea*) Caesaris Aug. XI 5820 (*Iguvi*) ludos victoriae Caesaris Augustí. *al.* HOR. epist. 2, 2, 48 in arma Caesaris Augusti. FEST. p. 178 Caesar Augustus. SEN. contr. 2, 4, 12 Caesare Augusto. 10 praef. 14. VELL. 2, 90, 4. 2, 103, 2 *al.* SEN. clem. 1, 15, 3 benef. 2, 25, 1 dial. 5, 23, 6 PLIN. nat. 35, 131. MART. 11, 20, 1 Caesaris Augusti lascivos . . . versus. QVINT. inst. 3, 1, 17. 12, 6, 1. Sc. Frontin. aq. 100 (*a. u. c. 743*) a Caesare Augusto. 104 (*item*) Caesar Augustus. LIB. col. I grom. p. 232, 7 a Caesare Augusto. 232, 15. 237, 18. SVET. Aug. 58 tibi domuique tuae, Caesar Auguste. FLOR. epit. 1 praef. 1 a rege Romulo in Caesarem Augustum. *ibid* 7. 2, 17, 5 in primum Caesarem Augustum. 4, 3, 1 res sub Caesare Augusto. 4, 3, 5 gratulandum tamen . . . est, quod potissimum ad Octavium Caesarem Augustum summa rerum redit. *al.* GELL. 10, 2, 2 divo Augusto imperante . . . ancillam Caesaris Augusti . . . peperisse quinque pueros. PORPH. Hor. epod. 1, 7 Caesar Augustus. SOL. 1, 32 Caesar Augustus. LACT. inst. 2, 7, 22 Caesar Augustus. RVF. FEST. 2 ab Octaviano Caesare Augusto. 5. 7 sub Iulio Octaviano Caesare Augusto. HIER. epist. 108, 8 in honorem Caesaris Augusti. VVLG. Luc. 2, 1 a Caesare Augusto (*Καίσαρος Αὐγούστου*). AVG. civ. 3, 21 usque ad Caesarem Augustum. 4, 12. 18, 20. 46. MACR. sat. 1, 11, 32 Caesar Augustus. SERV. Aen. 5, 556 Baebius tamen Macer dicit, a Caesare Augusto pueris . . . donatas esse galeas. OROS. hist. 3, 83 Caesare Augusto imperitante. EVTR. 7, 3, 1 Caesar Octavianus Augustus. 7, 4 Caesarem Augustum Octavianum. 7, 6, 1. 7, 1 Caesari Augusto. ISID. orig. 5, 36, 4 a Caesare Augusto. *v. etiam* numen Augusti (*infra p. 1383, 84*). *Augustus Caesar* (*cf. Mommsen ad Corp. X 6305*: '*Augustus Caesar pro solito Caesare Augusto ibi ponitur, ubi numen magis intellegitur quam princeps, maxime in templis ei vivo consecratis*'): CORP. IX 2845 auctoritate Aug. Caesaris. 3158 August(i) Caesaris . . . eiusdem Caesaris August(i). 4057 líctor Augusti Caesaris. X 6305 Romae et Augusto Caesari divi ⟨f.⟩. 823 ⟨Augu⟩sto Caesari parenti patriae. 830 Augusti Caesaris sacerd(oti). XI 804 Apollini genioque Augusti Caesaris sacrum. 1420 a 6 L. Caesaris, Augusti Caesaris patris patriae . . . fili. b 11. V 18 (*a. u. c. 752/767*) Romae et Augusto Caesari divi f. patri patriae. XII 513 ⟨. . .⟩ Augusto Caesari. III 7061 divo Aug. Caesari. IX 5904 (*Anconae*) ⟨sacerdoti? Au⟩g(usti) Victoriae Caesaris (*cf. adnot. Mommseni*). VERG. Aen. 6, 792 Augustus Caesar, divi genus. 8, 678 hinc Augustus agens Italos in proelia Caesar. HOR. carm. 2, 9, 19 cantemus Augusti tropaea Caesaris. LIV. 4, 20, 7 Augustum Caesarem. 28, 12, 12 ductu auspicioque Augusti

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

II *translate de* ***rebus*: Varro** ling. 6, 83 propter ... aurium aviditatem theatra replentur (*cf. sub* aveo). Plin. nat. 6, 1 naturae ... indulgentis aviditati maris. Porph. Hor. carm. 3, 4, 58 ignis aviditatem. Sidon. epist. 1, 5, 8 febris sitisque cordis medullarumque secretum depopulabantur; quarum aviditati ... obvia fluenta ... policebamur. Plin. nat. 16, 5 litora ... optinent quercus maxima aviditate nascendi (*cf. sub* avide *2*). Min. Fel. 2, 3 cum ... aviditatem desiderii frequens adsiduitatis usus implesset. *sim.* Ps. Alex. c. Dind. coll. p. 182, 7 inexplebilis cupiditatis aviditas.

syn.: appetitus, avaritia, cupiditas, cupido, libido, rabies, studium. *opp.*: continentia, contumacia, fastidium, modus, odium, sati(-et-)as. *Hey.*

aviditer *v.* avidus *in fine*. **Avidius** *v.* Avius.

avido *v.* avideo.

Avīdo. Tab. Peut. 6, 2/3. *cf.* Abydus *in add.* *Diehl.*

Avidu *vicus in Africa; cf. Dessau, PW. II 2385.* Tab. Peut. 6, 2/3 Avidu vicus. Ptol. 4, 3, 10 *ὑπὸ δὲ Ἀδρούμητον πόλιν ... Ἀονίδου* (*coni. Müller, Ἀονίδος et Ἀούιδος codd.*). *Otto.*

avidus, -a, -um [*cf. c.* avere, avarus. *Th.*]. *formam* audus *ponit Skutsch ad Plaut. Bacch. 276, cf. l. 36.* Pavl. Fest. p. 14, 9 *v. sub* aveo. 23, 15 avidus a non videndo propter nimiam cupiditatem appellatur. Non. p. 442 *v. l. 24.* Isid. orig. 10, 9 avidus dictus ab avendo; avere enim cupere est. *vocabulum inde ab* Enn. (ann. 85) *et* Plavt. (Aul. 9 *al.*) *habetur, non ap.* Caes. *comparativus*: Ter. Eun. 131 Cic. orat. 176 Att. 14, 17ᵃ, 2 Sen. nat. 6, 27, 4 Cvrt. Colvm. Plin. nat. Tac. Amm. Avg. *al. superl.*: Cic. Marcell. 25 Att. 1, 15, 1 Sen. dial. 6, 17, 2 *al.* Cvrt. Colvm. Plin. nat. Stat. Plin. epist. Svet. Fronto Tert. Amm. Hier. *al.* (maxime avidus: Amm. 22, 6, 1). Non. p. 442 avarum ... semper in reprehensione ..., avidum autem ab avendo, quod est cupiendo et a dilectione etiam honeste intellegi potest, ac per hoc aliquando malis, aliquando bonis adiungitur causis. ut Vergilius in Georg. lib. II (*375*) ..., Sallustius in bello Catilinae (*58, 17*). Gloss. *ἄπληστος, ἀκόρεστος*, avarus, cupidus, inprobus, sollicitus, glutto. avida: insatiata. avidi: avide bibentes, cupientes. [Lvcr. 5, 201 *v. sub* avide *2.*]

I *de* ***animalibus*: 1** *de aviditate lucri: avarus, lucri appetens*: **a** *absolute*: Plavt. Aul. 9 ita avido ingenio fuit: numquam indicare id (*sc. ubi thesaurum defodisset*) filio voluit suo. 486 in paucioris avidos altercatio est, quorum animis avidis atque insatietatibus neque lex neque sutor capere est qui possit modum. Bacch. 276 quin tu audi. :: ingenium avidi haud pernoram hospitis (*de lusu verborum* audi ... avidi *cf. Skutsch, Forschungen zur lat. Gr. I 44*). Persa 266 triparcos homines, vetulos, avidos, aridos ..., qui salinum servo obsignant (Ter. Haut. 526 patrem ... avidum misere [-rum *codd.*] atque aridum). 409 pecuniae accipiter avide atque invide, procax, rapax, trahax. Poen. 461 avarae Veneri pulchre adii manum. ... pausam feci *immolandi*. ... faxo posthac di deaeque ceteri contentiores mage erunt atque avidi minus. Pseud. 1323. Trin. 825 te ... saevomque severumque atque avidis moribus commemorant. Varro Men. 499 avidus iudex reum ducebat esse *κοινὸν Ἐρμῆν*. Cic. Q. Rosc. 21 fraudasse ... callidum imperitus, liberalis avidum. de orat. 2, 182 facilitatis, liberalitatis, mansuetudinis, grati animi, non appetentis, non avidi signa proferre *in defendendo reo*. Pvblil. A 35 avidum esse oportet neminem, minime senem. Lvcr. 3, 71 homines ... divitias ... conduplicant avidi. Sall. Iug. 25, 8 vicit ... in avido *Iugurthae* ingenio pravum consilium (25, 7 animus cupidine caecus). Ps. Verg. Aen. 1, 3 ut quamvis avido parerent arva colono. Cvlex 61 bona pastoris ... incognita curis, quae lacerant avidas inimico pectore mentes. *enallage* 81 non avidas agnovit opes. Aetna 269 avidi⟨s⟩ semper quaevis (*causa lucri*; quovis *sim. codd.*) est carior ipsis. Hor. carm. 2, 2, 9 latius regnes avidum domando spiritum. Prop. 3, 13, 1 quaeritis, unde avidis nox sit pretiosa puellis. Ov. Pont. 2, 3, 16 detrahe menti spem fructus avidae. fast. 2, 536 parvā petunt manes *eqs.*; non avidos Styx habet ima deos. Liv. 22, 9, 3 *praedam* effuse avidi atque egentes rapiebant. Manil. 5, 435 *urinatores* imas avidi scrutantur harenas. 5, 526 fulvas avidus numerabit harenas. Sen. contr. 9, 3, 10. Sen. Tro. 399 spem ponant avidi, solliciti metum. Herc. O. 631 avidis, avidis natura parum est. *nota*: dial. 12, 10, 2 avidus *est*, qui non lucri loco habet, quod accepit, sed damni, quod reddidit. benef. 4, 37, 4. clem. 1, 1, 7 facit ... avidos nimia felicitas (epist. 19, 7). nat. 4, 6, 3 ne tu avidas aut crudeles existimes nubes (*sc. tamquam deos*). epist. 72, 7. Cvrt. 5, 1, 6 occuparet ... gazam avidissima gens et ... satiaret se auro. *nota* Plin. nat. 18, 274 *Democritum* restituisse mercedem anxiae et avidae dominorum poenitentiae. Sil. 13, 90 avidas mentes ac barbara corda rapina polluit. Stat. Theb. 6, 114 avidis victoribus arces dux raptare dedit. Tac. hist. 1, 45 ann. 1, 13. 1, 51 avidas legiones, quo latior populatio foret, ... dispertit. 2, 64 regum ingenia, illi mite et amoenum, huic atrox, avidum et societatis impatiens. Plin. paneg. 41 principes ... avidi et rapaces. 94 praedonis avidissimi (*Domitiani*). Gell. 12, 2, 13 hominem avarum et avidum et pecuniae sitientem. Ivst. 25, 2, 1 avidae gentis (*Gallorum*) animi ad praedam incitabantur. Amm. 22, 6, 1 Aegyptii ... genus hominum ... maxime ... avidum multiplicatum reposcere, si ... quicquam dederit. Hier. epist. 130, 7 p. 983 negotiatoribus et avidissimis mortalium Syris. Clavd. 3, 305 avidus praedo (*Rufinus*). carm. min. 43, 7 *meretrix*. Ennod. epist. 8, 1, 4 maximarum rerum possessor. **b** *addito, quod petitur*: *per* ad, in: *v. sub structuris*. *per genetivum*: Nigid. Gell. 10, 5, 1 avarus ..., qui avidus aeris est. Ov. trist. 1, 2, 75 divitias avidus ...

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

parandi. Liv. 21, 20, 8 auro, cuius avidissima gens est. 25, 25, 5 praedae (Homer. 379). 38, 27, 7 rapiendi. Cvrt. 9, 1, 3 et pecuniae et gloriae. Plin. nat. 33, 79 auri. Tac. ann. 6, 31 Armeniae. Comm. instr. 1, 32, 5 lucra avidus fortunae praesumis. Firm. math. 3, 2, 8 pecuniarum avidos, custodes auri et argenti. Amm. 30, 5, 7 lucrandi. 31, 14, 3. avidus regni *sim. v. sub 4.*

2 *de aviditate cibi, veneris, sanguinis, pugnarum*: a *edax, vorax, glutto, gulosus* (*cf.* Gloss. *p. 1424, 28*): Plavt. Rud. 1238 si quis avidus poscit escam avariter, decipitur in transenna (*tamquam avis*) avaritia sua. *transl.*: Cic. top. 25 avidum hominem ad has discendi epulas recepi. Hor. sat. 1, 4, 126 avidos (Porph. intemperantes) vicinum funus ... aegros exanimat. 1, 5, 75 convivas avidos. Ov. met. 5, 452 *puer* avidam ... vocavit *Cererem bibentem*. 6, 342. 8, 874 avido ... parenti (*Erysichthoni*). 15, 89 avidum pinguescere corpore corpus. *transl.*: trist. 3, 11, 58 ut ... sitim nostro possis explere cruore quantaque vis avido gaudia corde feras. fast. 1, 677 frugibus immensis avidos satiate colonos. Val. Max. 2, 8, 7 hauserant ... avidi civilem sanguinem. Phaedr. 3, 1, 4 *anus* avida traxit naribus *odorem amphorae*. Sen. Thy. 158 *Tantalus* quamvis avidus nec patiens morae. 272 liberos avidus pater gaudensque laceret (1040). dial. 9, 8, 8 ventres avidissimorum animalium (*i. servorum*) tuendi sunt. Petron. 115 cibus avidum strangulavit, abstinentem frugalitas. Plin. nat. 21, 78 *natura dedit in melle venenum*, ut cautiorem minusque avidum faceret hominem. Homer. 634 inplentur dapibus ... atque avidi placido tradunt sua corpora somno. Val. Fl. 3, 557 *Hylas* gratos avidus procumbit ad amnes (Apvl. met. 1, 19). Apvl. met. 11, 13 coronam ... avido ore ... cupidus promissi devoravi. Min. Fel. 22, 3 avido patri (*Saturno*). *de bestiis voracibus*: *aves rapaces*: Cic. carm. frg. 32, 17 *aquila Promethei* taetros avida se ad pastus refert (Sen. Herc. f. 1207 Ag. 18 *al.*). Catvll. 108, 4 lingua exsecta avido sit data vulturio. Ov. met. 2, 719 miluus. 5, 484 (*al.*) volucres (Lvcan. 9, 141 Stat. Theb. 9, 30 Ps. Qvint. decl. 13, 3). Sen. Herc. f. 759 terret ... mensas avida Phineas avis. Herc. O. 947 vultur. Carm. de mens. 2, 43 avidus ... anser. Colvm. 8, 10, 5 faciunt ... avidiorem *pabuli* volaturam (*i. volucres*). Plin. nat. 10, 27 *coccyx* avidus ex natura praeripit cibos reliquis pullis. Mart. 3, 58, 26 tendit avidis rete subdolum turdis. *pecus*: Verg. georg. 2, 375 pascuntur oves avidaeque iuvencae. Hor. carm. 3, 23, 4 placaris ... lares avida ... porca (Schol. edaci. Ov. fast. 1, 349 Mart. 3, 58, 20). Sen. nat. 6, 27, 4 pecora ..., quae avidiora sunt. Plin. nat. 22, 17 quadripes. Stat. Theb. 2, 520 damnatis avidum pecus abstinet herbis (Schol. quamvis avidum). *ferae, canes*: Ov. epist. 9, 37 avidos ... leones (*cf.* Manil. 4, 535 Sen. Thy. 77 Mart. 1, 14, 5. Lvcan. 6, 487 tigres). 11, 118 diripiunt avidae viscera nostra ferae. met. 7, 31 avido dabitur fera praeda draconi (Ib. 288 Stat. silv. 2, 1, 182). trist. 1, 1, 78 *lupus* (fast. 2, 86 Sen. dial. 6, 22, 7 Stat. Theb. 11, 30. Homer. 491 *lupus* fremit esuriens ... in mediosque greges avidus ruit). trist. 3, 11, 11 *ursi*. Ib. 170 canes (Homer. 993. Cael. Avr. acut. 3, 1, 3 tamquam canibus avidis saepe contingit, cum ea, quae minime transvorare possunt, ... aviditate impavida ... invadunt). Ov. hal. 35 *polypus* praedam ... avidus rapit. 8, 17, 8 *mustela marina*. Lvcan. 9, 721 ora ... distendens avidus fumantia prester. Mart. 4, 56, 5 *pisces*. 5, 18, 8. Stat. Theb. 5, 205 avidi ... implorant ubera nati *leae*. *de bestiis libidinosis v. p. 1426, 6. aliter v. p. 1427, 23.* avidus ad *al.*: *v. sub structuris.* *c. gen.*: Ter. Eun. 938 *meretrices* quam inhonestae ... sint ... atque avidae cibi. Liv. 9, 30, 8 vino, cuius avidum ... genus est. Colvm. 7, 4, 2 *ovium genus* avidissimum cibi. Sen. Phaedr. 36 genus *canum Spartanorum* est audax avidumque ferae. Plin. nat. 6, 75 crocodili humani corporis avidissimi. 8, 100. 9, 30. 90. 11, 200 *al.* 22, 106 serpentes avidissimas vini. Frontin. strat. 2, 5, 12 gentem *Afrorum* avidam esse vini. Svet. Claud. 44 *boletorum*. Fronto p. 182, 6 N. uvarum. Tert. ieiun. 16 carnis. Gallican. Avid. 3, 4 avidus vini, item abstinens, cibi adpetens et inediae patiens. Spart. Sept. Sev. 6, 6 vini avidus, cibi parcus. Carac. 9, 3 (*synon.* adpetens). Capitol. Maximin. 28, 2 Max. Balb. 6, 1 Gord. 21, 1 *al.* Ps. Avr. Vict. epit. 40, 18 Ivst. 9, 8, 15. *transl.* 38, 6, 8 *Romanos tamquam lupae alumnos* animos inexplebiles, sanguinis atque imperii divitiarumque avidos ac ieiunos (*i. appetentes*) habere. Avien. Arat. 551 alter *piscis* (*sc. sidus*) aquarum ... avidus iacet in ... nubila pronus. Amm. 15, 12, 4. Sidon. epist. 3, 13, 4 *Gnatho* bibendi avidus, avidior detrahendi. b *libidinosus, intemperans, crudelis, saevus*: *cum gen.*: Hor. carm. 1, 18, 11 fas atque nefas exiguo fine libidinum discernunt avidi. Plin. nat. 10, 172 veneris. 22, 86 mulieres libidinis avidissimas virosque in coitum pigerrimos. Tac. hist. 1, 22 *Othoni* avido talium (*sc. libidinum regni*). Capitol. Max. Balb. 7, 6 veneriae *rei*. Liv. 8, 30, 12 dictatorem avidum poenae (Stat. Theb. 1, 71 *cf.* Schol. Stat.). 9, 14, 12 avidos ... caedis milites. 10, 41, 1 sanguinis (Sen. benef. 4, 31, 2). 24, 25, 9 avidos atque intemperantes suppliciorum animos *multitudinis*. 25, 37, 14. Ov. met. 1, 161 propago *Gigantum* ... saevae ... avidissima caedis. Sen. Tro. 22 avidus irae victor. dial. 3, 1, 1 ultionis (*cf.* 3, 5, 3 *al.*). Cvrt. 7, 5, 23 explendi supplicii. Stat. Theb. 6, 174 crudelem avidamque ... sanguinis. Amm. 14, 1, 2 cruoris. 27, 6, 1 *al.* *c. gen. personae*: Sen. nat. 1, 16, 2 *Hostius* tam virorum quam feminarum avidus. *absolute*:

Ov. rem. 247 avidus sitiensque redibis *ad puellam*. Sen. Oed. 965 scrutatur avidus *Oedipus* manibus uncis lumina. *sim.* Herc. O. 1669 mater in luctum furens diduxit avidum pectus. Cvrt. 5, 7, 4 rex ... avidior (*sc. ultionis*) fuit quam patientior. Stat. Theb. 3, 352 Sauromatas avidos (rabidos *Wakefield*; Schol. genus ... ad omne paratissimum scelus). 5, 161 *Lemniades*. 11, 685. *de bestiis*: Ciris 486 aeternam squamis vestire puellam infidosque inter teneram committere pisces non statuit *dea* — nimium est avidum pecus Amphitrites. c *bellicosus, pugnax, litigiosus*: Sall. Iug. 35, 3 avidus consul belli gerundi. Verg. Aen. 9, 658 avidum pugnae ... Ascanium (12, 430 Liv. 10, 4, 4 Sil. 7, 643 *al.* Tac. hist. 4, 71). Ov. epist. 7, 153 mens avida belli (Liv. 23, 49, 12 *al.* Sen. nat. 6, 7, 1 Germanos, avidam belli gentem. Lvcan. 6, 29 Tac. hist. 1, 67). Liv. 2, 25, 3 militem avidum certaminis (3, 62, 6 *al.* Cvrt. 4, 16, 23). 21, 16, 6 armorum (Sen. Phoen. 296 *filiis Oedipodis* avidis cruoris, imperi, armorum, doli). Tac. ann. 3, 54 offensionum. 16, 22 discordiarum. Amm. 14, 7, 15 turbarum (31, 10, 11 *cf.* 15, 3, 8). 15, 12, 1 Galli sunt ... avidi iurgiorum. *c. gen. personae*: Val. Fl. 4, 297 *Amycus* avidus viri (*Pollucis*) ... irruit. *absol.*: *dub.* Sall. hist. frg. 2, 67 avidis ... atque promptis ducibus. Sil. 3, 305 Baniurae ... iuventus ... miscebant avidi trucibus fera murmura linguis. 9, 316. *cf.* 12, 457 avida ad certamina fertur. Stat. Theb. 10, 859 avidi tormenta rotant. 11, 535 avidi incurrunt. Apvl. met. 9, 9 equites ... Philebum ... involant avidi. 9, 38. Ps. Rvfin. in psalm. 58, 4 avido ... impetu. *de nave* Stat. Theb. 5, 415 (*cf. sub structuris*).

3 *de cupiditate videndi, discendi, agendi, exercendi varias artes: attentus, curiosus, studiosus*: Enn. ann. 85 omnes avidi spectant ad carceris oras, quam mox emittat pictis e faucibus currus. Cic. de orat. 1, 133 explices, quidquid est istud, quod tu ... potes — neque enim sumus nimis avidi: ista tua mediocri eloquentia contenti sumus. Verg. Aen. 3, 132 avidus muros optatae molior urbis (Serv. 'avidus urbis optatae' ..., non 'avidus molior'. *an recte?*). 6, 210 Aeneas ... avidus ... refringit cunctantem *frondem* (Serv. *vocabulum refert ad* 'avellendi cupiditatem'). Aetna 571 avidi veteris mendacia famae eruimus cunctasque libet percurrere gentes. Sen. Med. 326 iam totos avidus nimium navita flatus optat (*cf.* Avien. Arat. 760). Sil. 16, 277 concurrere avidae *spectandi* gentes. Stat. Theb. 3, 116 quisque suas avidi (Schol. avide) ad lacrimas ... currunt. 3, 554 ipsi, gens avida et parto non umquam stare quieti, eruimus *futura*. 6, 416 *curribus certantes* avidi prono iuga pectore tangunt. Ach. 1, 509. 754 Pelides avidus ... arma ... vidisse cupit. Ivst. 38, 7, 8 avida exspectat Asia *liberatores*. Itin. Silv. 10, 9 nos satis avidi optati (ortati *prop. Geyer*) sumus ire. Clavd. 22, 223 innumerae ... terrae *honores Stilichoni recusanti petiturae* ... avidae tantosque ... annos elusae ... pergunt ad limina Romae. 24, 195 exultant avidi *Romani* ... nec ... dilecto satiantur lumina vultu *Stilichonis*. *nota*: Avg. civ. 12, 9 p. 524 *creator* faciens excitando avidiorem *bonam naturam* (*ibid. supra*: in solo desiderio remansuram). Sidon. epist. 1, 10, 1 viri familiaritatem ... non solum volens, sed et avidus amplector (2, 7, 1 libens et avidus). *c. gen.*: Cic. Phil. 3, 2 mea ... festinatio non victoriae solum avida, sed etiam celeritatis. 14, 26 libertatis avida legio (Liv. 2, 1, 9 *populus*). orat. 176 *Thrasymachus* ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior; Gorgias ... avidior est generis eius et his festivitatibus ... insolentius abutitur. rep. 1, 19 omnes ... avidos sapientiae. Lvcr. 4, 594 humanum genus est avidum nimis † auricularum. Bell. Hisp. 25, 6 avidi cupidique suarum quisque partium. Sall. Iug. 19, 1 novarum rerum (46, 3 Liv. 1, 8, 6. 35, 33, 1 novandi res. Amm. 18, 5, 5). 111, 4 cuius (*pacis*) Numida defessus bello avidissimus erat. or. Cott. 4 avidissimus privatae gratiae. hist. frg. 4, 39 avidior properandi. 5, 12 male faciendi. Hor. ars 172 *senex* dilator, spe longus, iners, avidusque futuri (*i. vitae*; pavidus *cod. Regin., Bentley, al., sed cf.* Sen. epist. 32, 4. Thy. 883 vitae). Ov. met. 10, 56 avidus ... videndi *coniugem Orpheus*. Liv. 9, 42, 5 periculi et laboris. 10, 34, 6 invadendi deserta. 32, 37, 6 victoriae quam pacis avidior (*cf.* 33, 37, 8). Sen. contr. 2 praef. 4 ego ... eius alioqui processus avidus. Sen. dial. 1, 4, 4 avida est periculi virtus et ... non, quid passura sit, cogitat (nat. 3 praef. 13 *animus* nec avidus periculi nec fugax). 11, 20, 1 ad considerandam ... naturam veri avidus insurgit. nat. 6, 32, 9 fluit tempus et avidissimos sui deserit. Cvrt. 4, 8, 3 cognoscendae vetustatis avidum *Alexandrum* (5, 1, 18 *al.* Plin. nat. 35, 81). Plin. nat. 12, 11 novitatis (17, 65). 29, 11 populus Romanus ... neque ... in accipiendis artibus lentus, medicinae vero etiam avidus. 30, 2 futura ... sciendi. Sil. 1, 56 ingenio motus avidus fideique sinister is (*Hannibal*) fuit. 7, 69 leti. Stat. silv. 5, 5, 56 doloris. Theb. 6, 249 pugnas visendi. Frontin. strat. 3, 13, 8 (*de columbis*) lucis cibique. Tac. hist. 1, 4 rumorum. 2, 1 vulgus fingendi avidum. ann. 13, 6. 4, 62 *spectaculorum*. 4, 72 eruendae civitatis (*cf.* 13, 20). 5, 19 periculorum. 2, 28 famae malae. 3, 42 navandae operae avidior *Iulius Indus*. Amm. 16, 7, 5 *Eutherius* bene faciendi avidus plenusque iusti consilii. Hier. epist. 64, 7 praeteritorum obliti, futurorum avidi. Clavd. 8, 279 rumorum. Avg. civ. 5, 25 p. 238 avidior fidae societatis quam nimiae potestatis. 7, 18 p. 296 animas ... ludicrarum rerum avidas.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

4 *de cupiditate laudis, gloriae, potestatis, sim.*: *ambitiosus*: CIC. Manil. 7 semper appetentes gloriae praeter ceteras gentis atque avidi laudis fuistis (Att. 1, 15, 1. SALL. Catil. 7, 6 *maiores* laudis avidi, pecuniae liberales erant. AVR. VICT. Caes. 38, 3 gloriae inconsulte avidior *Carus*. PS. AVR. VICT. epit. 41, 13 laudis. Aug. civ. 1, 19 p. 33 *al.*). Marcell. 25 gloriae . . . te esse avidissimum (Att. 14, 17ª, 2 SEN. contr. 10, 2, 6. CVRT. 4, 7, 29 avidos gloriae magis quam capaces. QVINT. decl. 377 p. 419 TAC. hist. 3, 8 *cf.* 2, 43 VOPISC. Car. 8, 2). SALL. Iug. 6, 3 natura mortalium avida imperi et praeceps ad explendam animi cupidinem. 15, 4 avidus potentiae, honoris, divitiarum. 63, 2 lubidinis et divitiarum victor, tantummodo gloriae avidus. LIV. 9, 38, 5 avidam ulteriorum semper gentem (*Romanos*). PLIN. nat. 5, 76 *Carthago* terrarum . . . orbis. 21, 145 dignationis gloriaeque avidos. TAC. ann. 3, 33 sexum *muliebrem* . . ., si licentia adsit, saevum, ambitiosum, potestatis avidum (6, 25 dominandi. PS. AVR. VICT. epit. 1, 24 dominandi . . . avidissimus *Augustus*). GALLICAN. Avid. 1, 6 (*epist. Veri*:) Avidius Cassius avidus est . . . imperii. VOPISC. quatt. tyr. 7, 1 gente *Gallorum* . . . avida semper . . . faciendi principis. IVST. 27, 2, 7 regni (PS. AVR. VICT. epit. 19, 1 AVG. civ. 7, 18 p. 296). AVG. civ. 5, 19 p. 229 gloriae contemptor, dominationis . . . avidus. epist. 137, 4, 16 mens avida aeternitatis. 118, 1, 6 cum . . . non satiaverit avidum spiritum vanitas laudis. *absol.*: TAC. Agr. 22 nec Agricola umquam per alios gesta avidus intercepit. VEN. FORT. carm. 7, 12, 6 donec meta avidos (*sc. victoriae*) sistere cogat equos.

II *de* ***corporis partibus*** *et officiis*: *sic de manibus maxime avarorum, dentibus ore ventre voracium, oculis libidinosorum, auribus curiosorum, ambitiosorum, et sim.*: TIB. 1, 3, 4 *v. p. 1428, 51.* HOR. carm. 4, 7, 19 manus avidas . . . heredis (*cf.* sat. 2, 3, 151). OV. epist. 1, 92 avidas Antinoi *proci* . . . manus. NVX 116 me (*nucem*) . . . missa petunt avida saxa proterva manu. LIV. 5, 20, 6 VAL. MAX. 6, 4 pr. SEN. Tro. 18. *nota*: VAL. FL. 3, 562 illa (*nympha*) avidas iniecta manus . . . cientem auxilia . . . detrahit *Hylan*. SIL. 12, 351 pugnae . . . avidas accedere dextras. TAC. hist. 1, 7 servorum manus subitis (*abl.*) avidae et . . . festinantes (*cf.* ann. 1, 68). OV. met. 8, 829 ardor edendi per . . . avidas fauces regnat. 11, 123 dapes avido convellere dente. 14, 209 ossa . . . avidam condebat in alvum *Polyphemus* (15, 105). SEN. Thy. 2 *Tantalum* avido . . . ore captantem cibos. PLIN. nat. 11, 3 alvum avidam *culicis*. MART. 1, 42, 5 avido bibit ore favillas. *sim.* 10, 12, 7 avida cute combibe soles (*sc. usque dum niger fias, cf. ibid.* 12). 1, 49, 17 avidam . . . placabit sitim. SER. SAMM. 495 avidae fauces gelidum traxere liquorem. OPTAT. 1, 21 p. 24, 16 *terra* fauces . . . aperuit et contemptores . . . avido hiatu absorbuit. HIER. epist. 82, 1 ut non tam retrectantibus et fastidiosis quam avidis et plenis faucibus . . . pacis fluenta biberemus. 60, 2 *al.* PASS. Mar. Iac. 2 p. 48, 11 avidis faucibus . . . rabies diaboli . . . inhiabat. SALV. gub. 4, 16 accusantur gulae et ventris avidi (*cf.* 4, 13). *de bestiis*: OV. epist. 10, 84 avido . . . dente *luporum* (PHAEDR. 1, 13, 11 *al.*). rem. 209 quae piscis edax avido male devoret ore. met. 4, 717 *aquila* avidos figit cervicibus ungues (6, 530). 4, 727 avidos morsus *canum* (PLIN. nat. 8, 57 morsu avidiore *leonis*). 12, 17 *os draconis*. fast. 6, 145 *aves* pectora . . exsorbent avidis infantia linguis. PHAEDR. app. 23, 5 avidum . . . rictum *serpentis*. PLIN. nat. 15, 80 avidiore pastu. 9, 132 *conchae* avido hiatu reviviscentes. *enallage*: SEN. Phoen. 423 quae *me* . . . Stymphalis avidis praepetem pennis feret? LVCR. 1, 36 *Mars* pascit amore avidos inhians in te, dea, visus. PLIN. nat. 14, 141 avidi matronam oculi *ebriorum* licentur. VERG. georg. 3, 271 avidis . . . ubi subdita flamma medullis *equarum*. OV. epist. 4, 15 *Amor* nostras avido fovet igne medullas (*cf. sub IV*). 9, 161 avidum . . . pectus *Nessi*. PORC. LIC. carm. frg. 4, 2 Africani vocem divinam inhiat avidis auribus. CIC. orat. 104 Demosthenes . . . non semper implet auris meas: ita sunt avidae et capaces et saepe aliquid immensum infinitumque desiderant. carm. frg. 29, 3 variis avido satiatus pectore Musis (*i. Sirenarum cantu*; HOM. μ 188). OV. Pont. 3, 4, 19 avidam vulgo captata per aurem. PLIN. epist. 4, 19, 3 laudes . . . avidissimis auribus excipit. HIL. Macc. 351 aure avida dictis adtende. CLAVD. 22, 47 avidam rumoribus aurem pandit. SIL. 1, 420 *Hannibalem* avido clamore in proelia poscit *Murrus*. SYMPH. 224 *clepsydra*, ius avidae linguae, finis sine fine loquendi. CLAVD. 8, 498 non hasta refixas vendit opes; avida (*i. avara*) sector non voce citatur. VAL. FL. 5, 85 *ad verba Famae manes* ardent avidos attollere vultus (STAT. Theb. 9, 453). CLAVD. 5, 410 vultus avidos *Rufini*. VAL. FL. 1, 183 *Iason* gressus avidos ad litora vertit (*sc. avidus expeditionis; cf. adnot. Langen.*). *cf.* SEDVL. carm. pasch. 3, 69 moverunt avidas ventorum gaudia (*i. venti gaudentes*) pinnas (*cf. supra l. 54*). VERG. Aen. 12, 909 velut in somnis . . . nequiquam avidos extendere cursus velle videmur (*cf.* STAT. Theb. 11, 517). OV. met. 7, 143 Achivi victoremque tenent avidisque amplexibus haerent (STAT. Theb. 5, 721. *cf.* Ach. 1, 172 avidis circumligat ulnis *matrem*). *transl. de re*: LVCR. 2, 1066 congressus materiai . . ., avido complexu quem tenet aether (*sc. ut amans amantem*). 5, 470 *aether* avido complexu cetera saepsit. *cf. p. 1431, 7.*

III *de* ***actionibus*** *(cf. sub II) et de affectibus*: VARRO Men. 342 postquam avida libido rapere ac condere coepit. CIC. Cato 39 voluptatis avidae libidines temere . . . ad potiendum incitarentur. CATVLL. 68, 83 noctibus in longis avidum saturasset amorem. OV. trist. 1, 11, 31 *barbaria* avidae . . . adsueta rapinae (SIL. 14, 688 STAT. silv. 2, 3, 24). GRATT. 308 avidae . . . impendia vitae (*de cibis luxuriosis*). GERM. 115 avidissima . . . . spes procul amotas . . . petebat divitias. SEN. Tro. 762 amplexu ultimo avidos dolores satio. dial. 1, 6, 1 cogitationes inprobas et avida consilia et libidinem caecam. 10, 3, 3 vanus dolor, stulta laetitia, avida cupiditas. 12, 10, 5 spes (benef. 7, 1, 7 epist. 93, 6 CVRT. 6, 9, 11 SIL. 10, 339 STAT. Theb. 6, 79). epist. 118, 6 non est . . . avida felicitas, sed pusilla. PLIN. nat. 17, 3 *odium* ex aemulatione avidissimum est. 26, 14 avidissima hominum cupidine. SIL. 12, 457 avida (avide *Drakenb.*) ad certamina fertur. STAT. Theb. 6, 915 avidum . . . furorem sanguinis (*cf.* 7, 533). Ach. 1, 468 avida (*sc. gloriae*) virtute. PS. QVINT. decl. 8, 8 inter supplicia pereuntes avido spectamus adsensu. APVL. met. 6, 31 avida voracitate cuncta contruncant. 8, 28. NEMES. cyn. 100 quisquis damnas lites *fori* avidosque (rabidos, pavidos *coni.*) tumultus. ANTH. 466, 13 et voti reus et qui vendidit orbem, iam sibi quisque deos avido certamine fingit. AMM. 14, 6, 1 *vini* avidis usibus vulgus intentum. *nota*: 21, 12, 17 attenuatis . . . avidioribus (*i. uberioribus?*) bibendi subsidiis (*sc. flumine averso*) . . . *obsessi* contenti putealibus aquis parce vixerunt. 25, 10, 13 *Iovianus* fertur . . . perisse . . . ex colluvione ciborum avida cruditate distentus. CLAVD. 3, 243 torquebant avidae praecordia curae. rapt. Pros. 2, 137 *Proserpina* aestuat . . . avido fervore legendi *flores*. *ibid.* 3, 50 avido . . . luctu *Cereris*. AVG. trin. 11, 5, 8 voluntas . . . avida. epist. 48, 2 elatione avida (*i. ambitiosa*). PS. AVG. serm. 300, 1 attentis auribus . . ., avido corde. COD. Theod. 15, 2, 6 (*a. 395*) avidae cupiditatis . . . frena cohibere. *nota*: MAR. VICTOR aleth. 3, 459 gazas . . ., avido quae pondere victos victoresque gravant. *c. gen.*: CLAVD. 8, 242 iram . . . avidamque nocendi praecipitemque sui. *praedicative*: VAL. MAX. 4, 1, 10 avidum esse quidquam ultra adpetere.

IV *de* ***rebus corporalibus***; *praecipue translationes de edacitate (vorax)*: *sic de aqua et igni*: LVCR. 1, 1031 ut largis avidum mare fluminis undis integrent amnes. HOR. carm. 1, 28, 18 exitiost avidum mare nautis. OV. met. 14, 75 avidam . . . Charybdin (MANIL. 4, 605. SEN. dial. 6, 17, 2 avidissimum maris verticem. *sim. transl.* VAL. MAX. 9, 4 pr. avaritia, latentium indagatrix lucrorum, manifestae praedae avidissima vorago. STAT. Theb. 8, 132 avidae tristis locus ille ruinae, *qui Amphiaraum hauserat*). LVCAN. 2, 71 stagna avidi (humidi *Voss.*) . . . soli (*de paludibus Minturnensibus*; COMMENT. voracissimi). 7, 156 *aether* avidos typhonas aquarum detulit. PLIN. nat. 3, 5 oceanus . . . avido meatu terras . . . demergens. NEMES. cyn. 102 avido . . . gurgite ponti. AETNA 640 circa geminos (*fratres Aetnaeos*) avidus sibi temperat ignis. HOR. carm. 3, 4, 58 avidus . . . Volcanus (*cf.* PORPH. *ad h. l.*). OV. met. 9, 172 sorbent avidae praecordia *Herculis* flammae. 9, 234 *ignes* (12, 280). 14, 531 faces. SEN. Med. 885. PLIN. nat. 2, 213 voracitatem . . . avidissimam *ignis*. STAT. Theb. 3, 588 falces avidis . . . caminis . . . rubuere. CORP. II 2146, 5. *similiter de morbis, morte, al.*: LVCR. 6, 1236 avidi contagia morbi (*sc. pestilentiae*). VERG. georg. 3, 553 Tisiphone (*i. pestilentia sec. Servium*) . . . avidum surgens caput altius effert. TIB. 1, 3, 4 abstineas avidas, mors, . . . manus. *nota*: PROP. 4, 6, 34 *Apollo* egessit (*sc. evacuavit*) . . . avidis Dorica castra rogis (OV. am. 3, 9, 28 rem. 38 trist. 3, 3, 60 EPICED. Drusi 266). EPICED. Drusi 440 avidi tristia iura dei (*Orci*). GRATT. 347 avidissimus Orcus. 472 avidae . . . pesti. SEN. Oed. 4. 411 fatum (*cf.* 164 mors . . . avidos oris hiatus pandit). Ag. 752 avidi . . . regna Ditis. Herc. O. 1097 avidi colus Parcas. *sim.* Herc. f. 291 quidquid avida tot per annorum gradus abscondit (*sc. Orco*) aetas, redde *luci* (677 avidum chaos. Tro. 400 tempus nos avidum devorat et chaos). SIL. 14, 622 letiferos repressit Sirius aestus et minuere avidae mortis contagia pestes. STAT. silv. 2, 1, 186 avidae trux navita cumbae (*Charon*). Theb. 11, 410 avidus regnator (*Dis*). *de aliis rebus saevis, mortiferis*: STAT. Theb. 8, 50 avidis Ixiona frango verticibus. 9, 804 *equus* avidam transmisit devius hastam. 10, 658 arma. *de terrae motu*: SEN. nat. 6, 1, 7 hoc malum latissime patet, inevitabile, avidum, publice noxium. *de fenore*: LVCAN. 1, 181 usura vorax avidumque in tempora fenus (STAT. silv. 2, 2, 151 ARNOB. nat. 2, 40). PERS. 5, 150 ut nummi, quos hic quincunce modesto nutrieras, peragant avidos sudore deunces. *nota*: PLIN. nat. 2, 213 avido sideri (*lunae*) trahenti . . . secum haustu maria. 18, 85 tritici semine avidius nullum est nec quod plus alimenti trahat. *c. gen.* 19, 69 *cucurbitarum* natura sublimitatis avida. *structurae*: ARVS. gramm. VII 450, 9 avidus hoc facere: Verg. Aen. XII (*290*) . . ., avidus illius rei: idem Aen. IX (*661*), . . . Sallust. hist. IIII (*39*) . . ., avidus ad hanc ⟨rem⟩: Ter. Eun. (*131*). *c. gen.*: PRISC. gramm. III 216, 13. 218, 8. *exempla v. sub I et p. 1427, 32. 1428, 29. 72.* ad *aliquid*: TER. Eun. 131 frater aliquantum ad rem est avidior (DON. proprie avidior). CIC. top. 25 *v. p. 1425, 10.* LIV. 4, 54, 4 magnarum . . . rerum molem avidissimo ad ea (adeo *codd.*) populo ostentantes. 7, 23, 6 *Gallorum* gens ferox et ingenii avidi ad pugnam. SEN. Herc. f. 839 quantus incedit populus per urbes ad novi ludos avidus theatri (*nisi* ad *cum verbo mavis coniungere*). SIL. 10, 339 avidas ad futile votum spes iuvenis. AMM. 24, 7, 3 *Iulianus* avidae semper ad ulteriora cupiditatis. SCHOL. Iuv. 1, 119 senatores . . .

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

avidi ad sportulam. Avg. serm. dub. 382, 1, 1 forte avidus es ad mercedem et piger ad laborem. in *aliquid*: Liv. 5, 20, 6 avidas in direptiones manus otiosorum urbanorum. 22, 21, 2 Hispanorum inquieta avidaque in novas res sunt ingenia. Sen. epist. 61, 4 in instrumenta *vitae*. Lvcan. 1, 181 *v. p. 1428, 67*. Tac. hist. 2, 56 in omne fas nefasque avidi *Vitelliani* (Amm. 29, 6, 3 in omne . . . nefas. *cf.* Hor. carm. 1, 18, 10). in *aliqua re*: Cic. Phil. 5, 22 avidum in pecuniis locupletium, qui pauperum sanguinem concupisset. Val. Max. 7, 2, 6 eum . . . in dilatando regno avidiorem. Sen. nat. 2, 5, 2 quo sustineantur tot sidera tam exercita, tam avida per noctem diemque ut in opere ita . . . in pastu. Vvlg. Sirach 37, 32 noli avidus esse in omni epulatione et non te effundas super omnem escam (37, 34 *opp.* abstinens). Tac. hist. 1, 7 *v. p. 1427, 33*. *cum inf.* (*cf.* Gloss. IV 481, 42 avidi: cupientes): Verg. Aen. 1, 514 avidi coniungere dextras ardebant *socii* (Serv. 'avidi coniungere' pro 'ut coniungerent' vel 'ad coniungendum' avidi). 12, 290 Messapus regem . . . avidus confundere foedus . . . proterret (Serv. confundere pro ut confunderet). Ov. met. 5, 75 avidi committere pugnam (Sil. 8, 617). 10, 472 cognoscere amantem. Lvcan. 6, 167 mirantesque virum atque avidi spectare secuntur. 6, 696 Chaos innumeros avidum confundere mundos. 9, 1001 *Caesar* avidus . . . Iliacas pensare moras. Plin. nat. 7, 189 avidae . . . numquam desinere mortalitatis commenta. Sil. 16, 277 adiungere opes. Stat. Theb. 2, 663 Bacchum scelerare. 3, 390. 5, 415 proram navifragis avidam concurrere saxis. 6, 365. *nota*: Tac. ann. 14, 22 quibus nova et ancipitia praecolere avida et plerumque fallax ambitio est. *nota*: Anth. 476, 6 commissa verens avidus reserare minister *Midae*. Dict. 3, 20 Amm. 15, 5, 5. 26, 8, 14 Clavd. 20, 410. 21, 244. rapt. Pros. 2, 223 avidos transire . . . cornipedes. Rvt. Nam. 1, 342.

synonyma: ambitiosus, appetens, cupidus (*cf.* Diff. ed. Beck p. 40, 109 avidus habet mensurae modum; insatiabilis est, qui non potest satiari; cupidus vero in utrumque intellegitur), edax, insatiabilis (*v. l. 31*), libens, rapax, volens. *opposita*: abstinens, contentus, contemptor, fugax, lentus, liberalis, modestus, parcus, patiens, piger. *deriv.*: aviditas.

adv. **avidē**. *semel ap.* Enn. (trag. 35) *et* Varr. (rust. 3, 16, 35; *praeterea ex coni.* Men. 461); *saepius inde a* Cic.; *non ap.* Caes. Verg. *al.* avidius: Varro rust. 3, 16, 35 Sall. Iug. 60, 1 Liv. 23, 18, 11; *saepe* (*exempla v. infra*). avidissime: Cic. Phil. 14, 1 Plin. nat. 5, 4. 14, 148 Plin. epist. 2, 13, 1. 8. 3, 1, 11 Flor. Verg. p. 184 Sol. 25, 13. 52, 37 Hier. epist. 103, 1 Rvfin. Orig. princ. praef. 1 Ps. Rvfin. in Am. 8, 11 Sidon. epist. 2, 4, 1. Gloss. avidius: desiderantius. [Sen. nat. 4, 13, 6 *ubi ES e coni.* avide coxerat, *rell.* animi decoxerat, *fort. legend.* alimenti decoxerat.] **1** *de* ***animantibus*****:** **a** *de variis cupiditatibus*: *sic de aviditate videndi, audiendi, discendi* (*curiositate, attentione*): Enn. trag. 35 aures avent avide expectantes nuntium. Cic. Phil. 14, 1 res quam avidissime civitas exspectat. Att. 2, 8, 1 epistulam . . . avide exspectarem. 5, 6, 2 *al.* 16, 13^{c}, 1 tuum consilium. Stat. silv. 4, 3, 132 Aeneas avide futura quaerens. Tac. ann. 4, 11 incredibilia avide accepta. Amm. 31, 10, 4 quibus (*nuntiis*) avide acceptis. Fronto p. 106, 16 N. crastinam opportunitatem *legendi epistulam* avide prospicio. Gell. 9, 4, 2 avide pergo ad libros. Cic. Cato 26 *litteras Graecas* sic avide arripui quasi diuturnam sitim explere cupiens. Sen. epist. 108, 2 nec passim carpenda sunt nec avide invadenda universa (*sc. tibi cupiditate discendi flagranti*). Sil. 4, 808 his avide auditis ductor (*Hannibal*) sic . . . profatur. Gell. 1, 7 *tit.* de modulis . . . orationis, quos Cicero avide sectatus est. Hier. epist. 26, 5 avidius . . . audire. Rvfin. Orig. princ. praef. 1 Origenem . . . avidissime perquirendi desiderium. Avg. agon. 33, 35 tanto avidius adpetere . . . cognitionem veritatis. Plin. nat. 37, 62 herbas . . . frondesque avide spectamus, smaragdos vero tanto libentius, quoniam nihil omnino viridius . . . viret. *nota*: Cic. Att. 12, 41, 2 avide sum adfectus de fano, quod nisi . . . fieri videro . . ., incursabit in te dolor meus (*cf. adnot. Bootii*). *generaliter de cupiditate faciendi aliquid* (*studio, industria*): Cic. Tusc. 4, 36 cupiditas avide semper aliquid expetens. Cato 72 vitae reliquum nec avide adpetendum senibus nec sine causa deserendum. Sall. or. Lep. 19 ut et facta in gloria numeret et, si liceat, avidius fecerit. or. Phil. 17 quanto . . . avidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit. Liv. 3, 37, 2 avide ruendo ad libertatem (*cf.* 39, 26, 7 avide meram haurientes libertatem). 27, 12, 6 imperata non inpigre solum, sed etiam avide executi. *nota* 28, 27, 13 de me ipso taceo — temere potius quam avide (*i. ambitiose? sc. me tacere*) credideritis. Sen. Oed. 608 avide (pavide *codd.*) latebras nemoris . . . petunt animae. Lvcan. 4, 445 avide . . . petitis insula deseritur ratibus. Plin. nat. 10, 67 *glottidem* blandita peregrinatione avide profectam. 14, 148 *M. Antonius* avidissime adprehenderat hanc palmam (*sc. bibendi*). Qvint. decl. 268 p. 95 nomen sapientiae facile et avide (ut sic dixerim) dederunt. Ps. Qvint. decl. 1, 1 *noverca* nimium avide suspiciones in nostram transtulit partem. Tac. hist. 2, 24 reciperare gloriam avidius quam consultius properabat. 4, 65 *libertatem* avidius quam cautius sumpsimus. Porph. Hor. carm. 4, 11, 25 ne quid avide et supra condicionem nostram adpetere conemur. Sol. 52, 37 *simiae* avide venantium gestus adfectant (*cf.* 25, 37). Ps. Avr. Vict. epit. 28, 7 avidius periculosa . . . mortales petunt. Amm. 18, 3, 3 ancilla *proditrix* avide . . . suscepta *ab inimico*. 21, 15, 1 Constantius ad motum certaminum civilium . . . avide surrecturus. Svlp. Sev. chron. 2, 32, 4 multo avidius tum martyria . . . quaerebantur quam nunc episcopatus pravis ambitionibus appetuntur. *sic saepe de affectibus benevolis, de studio in aliquem vel aliquid prono*: Sen. epist. 63, 8 amicis avide fruamur. Cvrt. 3, 6, 17 nec avidius ipsum regem *sanatum* quam Philippum *medicum* intuebatur exercitus. *nota* Plin. nat. 5, 4 quae . . . alia Cornelius Nepos avidissime credidit. Stat. silv. 5, 1, 112 ante pedes avide domini . . . volveris (*sc. gratias agens*). Ach. 1, 149 olim . . . avide . . . audire solebat *Achilles* imperia *Chironis*. Theb. 4, 518 avide subicit . . . Manto (*sed cf.* Schol. *ad h. l.*). 12, 386 iuncto . . . amplexu miscent avide lacrimas. Ps. Qvint. decl. 16, 9 quam avide, quam fortiter vincula nostra tractavit *amicus*. 18, 10 teneat insatiabiliter, avide *mater filium*. Plin. epist. 2, 13, 1 et tu occasiones obligandi me avidissime amplecteris et ego nemini libentius debeo. 2, 13, 8 iuveni, quantum potui . . ., avidissime contuli. 3, 1, 11 vitam *otiosam* voto et cogitatione praesumo ingressurus avidissime. Flor. Verg. p. 184 manu alterutrum tenentes avidissime nascentem amicitiam foederabamus. Apvl. met. 8, 6 cadaver . . . avide circumplexus. Ivst. 32, 1, 8 nec victorem Achaei avidius vidissent quam. Avr. Vict. Caes. 34, 1 Claudii imperium milites . . . avide approbant extolluntque. Amm. 20, 8, 12 avide tua praecepta . . . suscepturus. 25, 4, 23 mendaciis avidius adquiescit. 15, 8, 21 plebs . . . avidius pompam regiam in principe legitimo cernens. Hier. epist. 103, 1 bonorum amicitias avidissime expetat. Oros. hist. 3, 1, 3 avide desideraverant (6, 12, 4 avidius). Sidon. epist. 2, 4, 1 amicitiarum tuarum, nisi respuis, avidissime sinibus infertur. 4, 10, 2 nos . . . avide . . . advolaturi, ut rebus amicitia vegetetur. **b** *specialiter*: *de aviditate edendi, bibendi* (*de herbis v. sub 2*): [Varro Men. 461 avide vino invitari *ex coni. Lipsii*; audi *codd.*]. Varro rust. 3, 16, 35 *apes* conferciunt se lingentes, eo magis, si mulso sunt asparsae, quo propter odorem avidius adplicant se atque obstupescunt potantes. Cvlex 53 avide labrusca petuntur *a capellis*. Hor. sat. 1, 6, 127 pransus non avide, quantum interpellet inani ventre diem durare. Ov. ars 3, 759 avide . . . edentem. fast. 3, 752 mella petit *Silenus*. Liv. 41, 2, 13 avidius vino ciboque corpora onerant. Manil. 1, 273 defundit Aquarius urna piscibus adsuetas avide subeuntibus undas. Carm. Suet. Tib. 59, 4 Fest. p. 193, 14. Val. Max. 3, 5, 3 avide . . . abdomine devorato. Sen. clem. 1, 12, 2 tyrannus . . . avide humanum sanguinem bibit (Amm. 27, 4, 4 avidius). *nota*: Sen. epist. 74, 15 *animalia* cibo avidius (*i. uberius. cf. l. 46*) utuntur *quam homines*. 78, 22 magis iuvat bibere sitientem, gratior est esurienti cibus. quicquid ex abstinentia contigit, avidius excipitur. 94, 22. Cvrt. 4, 16, 13 *al.* Colvm. 9, 13, 2 Lvcan. 7, 843. Petron. 60 avidius . . . manus porreximus *ad cibos*. 92 siccato . . . avide poculo. 111 Plin. nat. 8, 113. 9, 36 avide . . . saturatas *testudines*. 11, 45 *al.* 20, 98 *al.* Val. Fl. 1, 878 illi avide exceptum pateris hausere cruorem. Frontin. strat. 2, 5, 12. Svet. Cal. 18 equiti R. . . . hilarius avidiusque vescenti. Flor. epit. 2, 20, 8 Apvl. met. 1, 19 *bis cf.* 3, 24. 8, 11. Sol. 25, 13 *elephanti* a draconibus avidissime torrente captantur aestu. 26, 7. 52, 37 Capitol. Pius 12, 4 Ps. Avr. Vict. epit. 20, 9 Pelagon. 403 Avg. in epist. Ioh. 3, 1 Svlp. Sev. chron. 1, 20, 4. Macr. sat. 7, 12, 21 qui avidius vorant (*opp.* quietius ederint). Salv. gub. 4, 16. *similiter de saevitia*: Lvcan. 6, 540 *maga* omnis avide desaevit in artus. Plin. nat. 8, 229 *angues indigenas non attingunt* aliis cuiuscumque gentis infesti, avide et cum cruciatu exanimantes. Sidon. epist. 1, 11, 4 *Paeonio* satiricus . . . morsum dentis igniti avidius impresserat. *de libidine etc.*: Lvcr. 4, 1108 *amantes* adfigunt avide corpus (*cf.* 1113 cupide . . . haerent). Liv. 23, 18, 11 avidius . . . in eas (*voluptates*) se merserant. Val. Max. 4, 7, 4 dexteram Luculli avide osculatus. Sen. Med. 73 avide (-dae *cod. Etr.*) te (*Hespere*) cupiunt nurus quam primum radios spargere. benef. 7, 2, 2 voluptas . . . avidius hausta. Plin. nat. 9, 27 *delphinus* amore *pueri* . . . abeuntem . . . avide sequitur. Sil. 2, 414 *Aenean* avide regina . . . vultu spectabat amico. Ps. Apvl. Ascl. 21. *de ira et impetu pugnantium*: Sall. Iug. 60, 1 avidius alteri alteros sauciare quam semet tegere. hist. frg. 2, 87 col. A 13 avide in fossas . . . ⟨p⟩roperat *hostis*. Liv. 2, 6, 8 avide . . . se certamini offert. 9, 35, 3 proelium ineunt adeo raptim et avide, ut. 34, 15, 4 si quis extra ordinem avidius procurrit. Cvrt. 4, 16, 29 fugientes . . . prudentius quam avidius persecutus est. 6, 1, 2. 8, 14, 26. 9, 5, 17. 9, 6, 8 cum tam avide . . . periculis offeras corpus. Sil. 2, 142 arrepto . . . avide . . . saxo. 12, 715 *Diana* exertos avide pugnae nudata lacertos. 16, 635 *Scipio* descendenti avide superatis Alpibus ultro opposuit sese Hannibali. Stat. Theb. 8, 683 telum ingens avide et quanto non ante lacerto impulit. Frontin. strat. 1, 10, 3 ceteros insecuti avidius. 2, 3, 7 *al.* 2, 5, 16. 3, 17, 4. Tac. ann. 15, 4 pauci *milites* avidius progressi. Avr. Vict. Caes. 39, 11 dum victos avide premeret. Amm. 16, 12, 33 hostes sequentes avidius (*ibid.* 55). 20, 7, 5 adortus avide vallum, acriter minans. 24, 5, 6 paulo . . . avidius intra ictum telorum repertus. 30, 3, 7. 31, 12, 16. 31, 15, 4. *de avaritia, sim.*: Ov. am. 3, 8, 59 ne nostros avide (*cod. P?* -di *rel.*) liceantur amores *divites*. Sen. epist. 74, 7 *bona* dum avide rapiuntur. Colvm. 4, 24, 12 fructus avidius eliciunt. *cf.* Plin. nat. 14, 33 non naturam eius (*vitis helvennacae minoris*) repugnare Ita-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

liae, sed culturam avide palmites evocantium (*sc. agricolarum*). PETRON. 22 inter argentum avidius rixantur. FRONTIN. aq. 73 adquisitionem *quinariarum* non avide me amplecti. TAC. hist. 2,84 Mucianus ... largus privatim, quo avidius de re publica sumeret. AVR. VICT. Caes. 12, 3 imperio, cuius adeo cupidi mortales sunt, ut id vel ultima senectus avide petat. AMM. 14, 8, 15 avide magis hanc insulam (*Cyprum*) populum R. invasisse quam iuste. 2 *de rebus*: LVCR. 5, 200 quantum caeli tegit impetus ingens, inde avide (*Bernays*; -dam *codd.*; -dei *Munro*; aliquam *Lachm.*) partem montes silvaeque ferarum possedere. PLIN. nat. 3, 41 *Italia* commercio patens undique et tamquam iuvandos ad mortales ipsa avide in maria procurrens. *de herbis*: PLIN. nat. 15, 73 *fici* novos soles ... avide ... accipiunt. 16, 107 nec ulla arborum avidius se promittit *quam pinus*. 17, 12 arbores fetu exinanitas ... naturale est avide esurire. 17, 173 nihil avidius nascitur *quam viveradix* (*cf. p. 1424, 1*). PLIN. nat. 18, 196 colonis augurium, cum avidius accipiat *terra semen*: esurire creditur et comesse semen.

syn.: acriter, insatiabiliter, cupide, libenter. *opp.*: quiete.

adv. **aviditer**. APVL. met. 4, 7 merum saevienti ventri tuo soles aviditer ingurgitare. ARNOB. nat. 5, 1 cum ... offendissent fragrantia pocula, ... invasisse aviditer. GLOSS. Plac. V 7, 19 (49, 5) aviditer: avide. *Hey.*

Avidus *cogn.* CORP XIV 2587 (*Tusculi*) L. Caninius C. ⟨f.⟩ Avidus. *Otto.*

Aviēdius, Avielius *v.* Avius.

Avieniatae *v.* Auderiatae. **Aviēnus** *v.* Avius.

(**avigarrium**) *v.* augurium *p. 1371, 4.*

avigellus avarus GLOSS. V 492, 15. *cf.* abigeus.

(**avigerium**) *v.* augurium *p. 1371, 1 sqq.*

avigerus auguriator, qui aves aspicit GLOSS. V 169, 37. *v. Löwe, prodr. p. 348.*. *cf.* GLOSS. apud Osb. p. 47 avigerulus qui aves gerit ad vendendum. *Ihm.*

Avil *v.* Evilmerodach.

1. Avila *nom. mul.* CORP. VI 4753 M. Cornelius Familia et Aemilia Avila parentes. IX 3977 (*Alba Fucente*) Caesidiae Avile. *fortasse cognatum cum* agnus avillus, *nisi errore scriptum est pro* Avita. *Otto.*

2. Avila *nom. Hispanum.* CONC. Bracar. a. 572 (Mansi IX 841^{e}) Avila Tudensis ecclesiae episcopus. *Diehl.*

3. Avila *v.* Avel(ēnsis).

4. Avila, Avilath *v.* Hevila. (**avīle**) *v.* avis *p. 1432, 60.*

Avilēius, Avilēnus, Avilliēnus, Avillius *sim. v. sub* Avius.

avillus (-as *codd.*) agnus recentis partus PAVL. FEST. p. 14. GLOSS. V 492, 17 (562, 18) avillus agnus recens natus (IV 201, 11 abellum). *huc vix spectant* GLOSS. V 442, 3. 562, 17 avelli (*vel* abelli) aprum (*leg. videtur* abrumpi). [*potius ab* agnus *quam ab* ovis *ductum esse videtur; v. Fröhde, Bezzenb. Beitr. 1 p. 327. Th.*] *Ihm.*

Avim *v.* Hevaeus. Arim *supra p. 575, 19 pertinet ad Cariathiarim q. v.* *Plenkers.*

Avimius *nom. gent., fortasse corruptum.* CORP. II 433 (*in Lusitania, periit*) C. Avimius Modestinus patri *Modesto Avirati filio Cobell.*

Avinarius *v.* Aunacharius.

Avincidius *nom. gent., cognatum videtur esse cum* Avius. CORP. IX 3534 (*Furfone*) C. C. Q. Avincidií Tit. C. f. *Otto.*

Avinēnsis, -e *v.* Avitta. **Avinio** *v.* Avennio.

Avinius *v.* Avius. **Avintimilium** *v.* Album Intimilium.

Avioccalēnsis INSCR. Comptes rend. de l'Académ. des inscr. IV 26 (1898) p. 499. *Diehl.*

Aviola *cogn. vir. gentium Aciliae et Calpurniae; accedunt etiam aliae.* VAL. MAX. 1, 8, 12 aliquid admirationis civitati nostrae Acilii etiam Aviolae rogus adtulit, qui ... postquam corpus eius ignis corripuit, vivere se proclamavit. PLIN. nat. 7, 173 Aviola consularis in rogo revixit. Acilius Aviola *legatus Galliae Lugudunensis a. 21*: TAC. ann. 3, 41. M'. Acilius Aviola *cos. a. 54*: SVET. Claud. 45 Acilio Aviola. CORP. VI 353 (*a. 51*) M. Aídius Ser⅃iliaí A⅃iol(ai) lib. Amerimnus. FRONTIN. aq. 102 Acilius Aviola (*curator aquarum a. 74*). M'. Acilius Aviola *cos. a. 122*: CORP. XIV 2013 Avio(la) et P(an)s(a) cos. ACT. Arv. a. 183, 2, 18 ministrantibus pueris patrimis et matrimis senatorum filis Acilio Aviola et .... a. 186, a, 17. M'. Acilius Aviola *cos. a. 239*. C. Calpurnius Aviola *cos. suff. a. 24*. *alii*: CORP. XIV 2340 (*in agro Albano*) Claudiae Bassillae Claudiu⟨s⟩ Aviola filiu⟨s⟩ fecit. IX 482 (*Venusiae, periit*) Appius Aviol. 1147 (*Aeclani*) P. Aenoni Aviolae omnibus honorib. perfuncti. V 4920 (*a. 27*) senatus populusque Thimiligensis hospitium fecerunt cum C. Silio C. f. Fab. Aviola praef. fabr. 4919. 4921. 4922. COD. Iust. 5, 62, 1 (*a. 204*) impp. Severus et Antoninus AA. Aviolae. ...credis te propterea, quod spado sis, immunitatem a tutelis habere.

? **Aviolus**. CORP. II 153 (*in Lusitania, periit*) Cacalo Avioli lib. hic sit. *Otto.*

Aviōne *v.* Avennio.

Aviones *gens Suebica Germaniae.* TAC. Germ. 40. *cf.* Caviones *et* Chaibones. *Diehl.*

Avionius, -a *nom. gent.* INSCR. Notiz. degli scavi 1894 p. 256 (*in Sardinia*) Avionia Restituta. CORP. XII 4496$^{add.}$ *??* *Otto.*

avipēs, -pedis [*ab* avis *et* pes, *cf. c. gr. πτηνόπους. Th.*]. SEPT. SER. carm. frg. 17 perit abit avipedis animula leporis. *Ihm.*

Aviranus *nom. gent.* CORP. VIII 11823 (*in prov. procos.*) Q. Aviranus Rogatianus sacerdos. *'nomen vix recte exceptum est'.* *cf.* Aviratus? *Otto.*

Aviratus, -ī *nom. Hispanum.* CORP. II 433 (*in Lusitania*) Modestus Avirati f. *Diehl.*

Avirclus, -a *nom. gent.* CORP. VI 156 (*a. 105*) M. Avircius Hymnus. 12923 ⟨. Av⟩ircius ⟨. .⟩astus Avirciae Crene ⟨c⟩oniugi posuit et L. Avircio Crenoni f. 12924 L. Avircio Epaphrodito fecit Avircia Tyche coniugi. 12925 L. Avircio Mercurio L. Avircius Fortunatus patrono. 34598 Avirciae Soteridi. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 522 n. 306 (*in Hispan. Baet., litteris saec. II med.*) Luciae P. f. Avirciae Acilianae. EVSEB. hist. eccl. 5, 16, 3 (*ex initio libelli contra Montanistas scripti*) *ἀγαπητὲ Αὐίρκιε Μάρκελλε. Ἀβέρκιος Hierapolitanus saec. II, v. Jülicher, PW. II 2393. formae graecae ap. Zahn, Forsch. z. Gesch. d. neutest. Kan. V 94 sqq.*

Avirius, -a *nom. gent.* CORP. VI 2405, 15 (*a. 125*) M. Avirius Paternus. *Otto.*

avis, -is *f.* [*i. q. umbr.* avif avef *acc. plur.* 'aves', *ind.* vēh vih 'avis', *cf. c. armen.* hav 'avis', *fortasse c. gr. οἰωνός et c.* ovum. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 29 aves ab adventu earum dicuntur. ISID. orig. 12, 7, 3 aves dictae eo quod vias certas non habeant, sed avia quaeque discurrant. VARRO ling. 9, 76 dicimus, ut haec avis, haec ovis, sic haec frugis. *ibid.* cum transiretur ex eo, quod dicebatur hae oves, una non est dicta ovs ... sed additum i ac factum ambiguum verbum nominandi an patrici esse⟨t⟩ casus, ut ovis et avis. *nom. sing.* aves *codd. opt.* VEN. FORT. carm. 3, 9, 27. 7, 1, 8. 10. VARRO ling. 8, 66 alii dicunt in singulari hac ovi et avi, alii hac ove et ave. CIC. de auguriis Char. gramm. I 122, 29 avi. PLIN. dub. serm. Char. gramm. I 122, 25 ave ... dicimus. 29. CHAR. gramm. I 120, 24 avi, ut puppi. 126, 7 ave. PRISC. gramm. II 344, 3 PS. PALAEM. gramm. V 539, 44. *quae doctrina grammaticorum vera est habenda, nam utuntur scriptores et poetae* ave *et* avi *sine notabiliore significationis differentia.* VARRO ling. 8, 70 *gen. plur.* avium. GRAMM. suppl. 117, 17. 120, 28 feminina ... avis. avium *bisyllabum in primo pede* ENN. ann. 94. GLOSS. ὄρνις, ὄρνεος, ὄρνεον; aves ὄρνιθες, ὄρνεα. *cf.* LVCR. 6, 740 quod Averna vocantur nomine, id ab re inpositumst, quia sunt avibus contraria cunctis. NON. p. 14. SERV. Aen. 3, 442 ut exhalans inde (*ex lacu Averno*) ... odor ... aves necaret: unde et Avernus dictus est, quasi ἄορνος. GLOSS. V 649, 7 Avernus quod avis non ferat a graeco, ornea enim avis dicuntur. ISID. orig. 13, 19, 8 Avernus ... lacus vocatur, quia aves ibi supervolare non possent. *al.* HYG. astr. 2, 8 quem (*olorem*) complures ... communi genere avium ὄρνιν appellaverunt. *numerus singularis pro plurali et in sermone pedestri et apud poetas frequens est.* FEST. *et* PAVL. FEST. *saepius* genus avis. OV. am. 3, 5, 4 in ramis multa latebat avis. MART. epigr. 21, 6 supra vatem multa pependit avis. GLOSS. Plac. V 5, 33. 46, 6 ales aquila sed (vel) omnes aves possunt dici ales. ISID. diff. 1, 47 aves dicimus, quae per aera levibus volitant pinnis, volucres autem non solum aves vocamus, sed quadrupedes nimia pernicitate currentes; *cf.* VVLG. gen. 7, 14 universae aves omnesque volucres. Ezech. 39, 17 omni volucri et universis avibus cunctisque bestiis agri; *similiter* 39, 4 avibus omnique volatili. HIER. in Os. 3, 11 p. 311 cunctae aves et universa volatilia. AVG. gen. ad litt. 3, 8 aquarum animalia sic appellata reptilia, quemadmodum aves volatilia. EVCHER. inst. 2 p. 157 tit. *de derivatis*: VARRO ling. 5, 43 Aventinum aliquot de causis dicunt. Naevius ab avibus, quod eo se ab Tiberi ferrent aves. 8, 54 neque dicitur ut ab ave aviarium ⟨ab ove oviarium, neque ut⟩ ab ove ovile ab ave avile. 8, 79 minima in quibusdam non sunt ut avis avicula aucella. PRISC. gramm. II 16, 18 avis auceps auspicium augurium augustus. *usque ad* APVL. *spissa exempla attuli, inde pauciora. non legitur in orationibus* CIC. *nota lusum*: RHET. Her. 4, 29 ăvium dulcedo ducit ad āvium (*cf.* VERG. georg. 2, 328 āvia tum resonant ăvibus virgulta canoris). [*hisp.* ave. *M.-L.*]

I ***proprie: avis, animal volatile***: A ***de genere vel specie non accuratius definita***: 1 *pars universi, praecipue animalium*: PLAVT. Most. 46 tu tibi istos habeas turtures piscis avis. CIC. leg. 2, 45 aves et formae ab uno pictore uno absolutae die. nat. deor. 2, 160 quid multitudinem suavitatemque piscium dicam? quid avium? LVCR. 6, 1220 nec ... ulla comparebat avis nec ... saecla ferarum exibant silvis. VERG. georg. 4, 110 custos furum atque avium (HOR. sat. 1, 8, 3). HOR. sat. 2, 3, 73 fiet aper, modo avis, modo saxum et cum volet arbor. 2, 4, 45 piscibus atque avibus. 2, 8, 27 avis conchylia pisces. ELEG. in Maecen. 1, 98 homines, pecudes, ... aves. OV. epist. 11, 83 canibusque avibusque. LIV. 25, 12, 6 piscibus atque avibus ferisque. VITR. 1, 4, 7 avium et piscium et terrestrium animalium (*bis*). 8, 3, 17. PAVL. FEST. p. 156 serpens ..., avis ..., homo ..., iecur. SEN. contr. 10 praef. 9. VAL. MAX. 1, 6, 11 avium ferarumque. CELS. 2, 24 p. 69 omnis avis, omnis venatio. 4, 12 p. 137. 5, 26 p. 196. 5, 28, 4 p. 209. SEN. nat. 4, 13, 4 tam homini quam feris avibusque et ... animalibus. benef. 2, 29, 1 elephantos, ... cervos, ... aves, ... tauros. dial. 6, 12, 2 catulos avesque. Phoen. 256 Thy. 750. Herc. f. 572 silvas et aves saxaque. CVRT. 7, 3, 11. COLVM. 2, 8, 5 ab avibus aut formicis.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2,10,10 pecore et avibus. 2,13,4. 2,14,5 caprarum et avium. 2,20,1 avibus ... ceterisque animalibus. 11, 2, 85 MELA 3, 63 PETRON. 69. 74. PLIN. nat. 6, 205 pomorum et avium. 11,158 avibus, serpentibus, piscibus. 11,174. 11,220 aves ..., ... serpentes, testudines, lacertae. 11,249 aves, ut quadripedes. 18, 53. 37, 71 papaverum ... aut avium catulorumque vel pinnarum. STAT. Theb. 12, 153 MART. epigr. 21, 6. 13, 92. QVINT. inst. 1, 1, 1 aves ..., equi ..., ... ferae. 1, 12, 7 pratis et pecoribus et hortis et alvearibus avibusque. SVET. Nero 11. 25 Vit. 13. VLP. dig. 1, 1, 1, 3. 9, 2, 29, 7. POMP. dig. 18, 1, 8, 1 piscium vel avium vel missilium. VLP. dig. 41, 1, 44 piscis vel aper vel avis. PAVL. dig. 50, 16, 77. sent. 3, 6, 44 aves et pecora. APVL. met. 2, 1 lapides ... et aves ... et arbores ... et fontanos latices. 2, 22 aves ..., canes ... mures ... muscas. 3, 25 non avem sed asinum (9, 15). 6, 22 in serpentes, in ignes, in feras, in aves et in gregalia pecua. 11,11 non pecoris, non avis, non ferae ac ne hominis quidem. 11,25 aves ... ferae ..., serpentes ..., beluae. flor. p. 41. PORPH. Hort. sat. 1, 8, 1 MIN. FEL. 20, 4 ANTH. 373, 3 IVST. 41, 3, 5 CAPITOL. Ver. 5, 2. ARNOB. nat. 2, 20 non avis, non bestiae, non tempestatis, non hominis, non denique fragoris alicuius aut concrepantis terribiliter caeli. LACT. inst. 2, 5, 35 homo *deus est*, ergo et ... iumenta et pecudes et cetera bestiarum et avium et piscium. 6, 11. 10, 15 PS. LACT. Phoen. 72. 146. MAR. VICTORIN. rhet. p. 187 homo equus avis corvus cornix aquila. DON. Ter. Ad. 480. PLIN. med. 1 praef. avium animalium aliarumque rerum. HIL. in psalm. 123, 8 ZENO tract. 1, 9, 4 FILASTR. 100, 1. 101, 4 SERV. ecl. 6, 79 georg. 1, 387. 2, 14 Aen. 1, 387. auct. Aen. 6, 15 non tantum aves ... sed etiam locos. AMBR. hex. 3, 9, 39. VVLG. gen. 7, 14 *Noe et filii* et omne animal ... universaque iumenta ... et omne quod movetur super terram ... cunctumque volatile ... universae aves omnesque volucres. 15, 10 lev. 17, 13. 20, 25 deut. 4, 17 Iob 5, 7. prov. 26, 2 avis et passer. eccles. 9, 12. Baruch 6, 21 noctuae et hirundines et aves etiam similiter et cattae. Ezech. 39, 17. 44, 31 II Macc. 9, 15 HIER. *passim*. CLAVD. carm. 31, 17 PAVL. NOL. carm. 32, 170 homines ... sidera ... avis ... piscis. AVG. *passim*. BARNAB. 6, 18 MARCELL. med. praef. p. 14 SALV. gub. 6, 84 SIDON. epist. 1, 2, 5. DRAC. laud. dei 1, 456 hominum ... placidas aves ... cruentas ... volucres ... pecudum ... ferarum ... serpens. 2, 404. Romul. 10, 111 CASSIOD. or. frg. p. 468 ISID. orig. 12, 4, 18 *al. cf. p. 1436, 71 sqq. nota*: MART. 14, 76 si me non videas, esse negabis avem.

2 *per se ipsas spectatae*: *de avibus aliis uni oppositis*: CIC. div. 2, 144 *ista* avis insectans alias avis. nat. deor. 2, 129 gallinae avesque reliquae. FAV. or. frg. Gell. 15, 8, 2 ullam avem praeter ficedulam. OV. ars 1, 331ª hunc hostem patitur cum reliquis avibus. met. 11, 24 coeunt ut aves, si quando ... noctis avem cernunt. PHAEDR. 3, 18, 3 *pavonem* esse cunctis avibus admirabilem. COLVM. 8, 9, 1 leviore cura *turtur*, quam ceterae aves saginatur. PLIN. nat. 10, 25 sola omnium avis. 10, 26 *parit* singula ova, quod nulla alia avis. *ibid.* quod sciat se invisam cunctis avibus. 10, 27 nulla ... avium suavitate carnis comparatur illi. 10, 39 noctuarum contra aves sollers dimicatio. 10, 40 pullos in cavis educant avium soli. 10, 70. 73. 77. 85. 147. 165. 11, 140 inter aves ardiolarum ⟨in⟩ genere. 11, 195. 202. 11, 232 quae sit avium, constare non arbitror. 29, 134 anserum omniumque avium. TAC. ann. 6, 28 *id animal* (*Phoenix*) a ceteris avibus diversum. GELL. 10, 12, 2 accipitrem avium rapidissimum. *ibid.* ceterisque avibus laniandum ... obicere sese. APVL. flor. p. 44. PORPH. Hor. epist. 1, 17, 50. NEMES. auc. 2 avium est multo stultissima *tetrax*. PALLAD. 1, 29, 1. 1, 33, 1. 13, 6 HYG. astr. 2, 16 p. 55, 13 SCHOL. Germ. Bas. p. 91, 18 AMBR. hex. 5, 24, 86 HIER. in Os. 2, 7 p. 76 CARM. poet. min. V 61, 2 SERV. georg. 1, 403 ISID. orig. 12, 7, 24. 36. 50.

de natura et moribus: VITR. 1, 4, 7 animadvertat attendatque naturas avium. PLIN. nat. 10, 1 sequitur natura avium. 35, 163. AMBR. hex. 5, 12, 36 de natura avium disputatio. *de ortu et procreatione*: CIC. nat. deor. 2, 129 e quibus (*ovis*) pullos cum *aves* excuderunt. OV. met. 9, 733 sic et aves coeunt (*sc. mas cum femina*). 15, 387 genus omne avium mediis e partibus ovi ni sciret fieri, quis nasci posse putaret? fast. 1, 443 *aves quae* plumis ova fovetis. PLIN. nat. 10, 143 generatio avium simplex videtur esse. *ibid.* coitus avibus duobus modis, femina considente humi ... aut stante. 10, 147 ceterae aves fere semel *anno pariunt*. 10, 149 aves omnes in pedibus nascuntur. 10, 165 nec alia avis plures *quam XX pullos parit*. CENS. 4, 3 negant *philosophi* omnino posse reperiri avesne ante an ova generata sint, cum et ovum sine ave et avis sine ovo gigni non possit. PALLAD. 1, 29, 1 quia *fasianus* ceteras aves salacitate non aequat. HYG. astr. 2, 8 p. 45, 7 Nemesis ... ut quae avium generi esset iuncta, ... ovum procreavit. VVLG. gen. 1, 22 avesque multiplicentur super terram. AVG. civ. 5, 7 MACR. sat. 7, 16, 3. *de corporis partibus*: PLAVT. Men. 918 (*iocose*) soleamne esse avis squamossas, piscis pennatos? (HOR. epist. 1, 3, 19 si forte suas repetitum venerit olim grex avium plumas. AVR. Fronto p. 17, 6 N. *Pal.* avibus pinnae plumaeque *detrahuntur*. APVL. met. 2, 1 aves ... plumatas. 3, 21. AVIAN. fab. 2, 1 pinnatis avibus. ISID. orig. 6, 14, 3 penna *est* avis *al.*). PAVL. FEST. p. 156 monstra dicuntur naturae modum egredientia ... avis cum quattuor alis (PLIN. nat. 11, 249 aves ... alas in priora curvant, suffraginem in posteriora. GELL. 16, 4, 6 tanquam alae in avium corporibus. HIL. in psalm. 56, 3. SERV. Aen. 1, 224 cum ... alae *sint* ... avium. VVLG. Dan. 7, 6 alas habebat quasi avis. AVG. serm. ed. Mai 126, 12 alarum sarcinas si aves habuerint, sublevantur; si detractae fuerint, ...). PLIN. nat. 10, 85 *linguis lusciniarum* tenuitas illa prima non est, quae ceteris avibus (APVL. flor. p. 44 ISID. orig. 12, 7, 24). 11, 158 avibus ... foramina tantum ad olfactus sine naribus. 11, 194 *et* 195 *de felle*. 11, 203 avibus venter carnosus callosusque. 11, 220 aves nec venas nec arterias habent. PS. LACT. Phoen. 146 magnitiem *Phoenicis* ... vix aequare potest, seu fera seu sit avis. LACT. inst. 2, 5, 35 quoniam et illa (*iumenta pecudes aves* ...) eodem modo sentiunt *ac homo* (FILASTR. 100, 1 quae heresis ... aves rationabiles arbitratur esse ut homines. 100, 4). SCHOL. Iuv. 14, 5 fritinnire aves dicuntur. AMBR. hex. 5, 2, 5 quarum (*bestiarum marinarum*) ... colores in avibus videmus expressos (AVG. serm. ed. Mai 71, 3. PRISC. perieg. 559 aves ... multas candore nivali). 5, 14, 46 nullum avium genus pedum officio caret (6, 9, 74 bini *pedes* avibus *sunt*. ISID. orig. 12, 7, 36 *vespertilio* quadrupes, quod in aliis avibus reperiri non solet). PHYSIOGN. 60 *de unguibus inflexis et curvis*: refertur ad aves. *de volatu*: PLAVT. Bacch. 290 neque aves neque venti citius. LVCR. 6, 831 aera, qui inter avis cumquest terramque locatus. VERG. georg. 3, 546 ipsis est aer avibus non aequus. HOR. carm. 4, 4, 2 aves vagas (HIER. epist. 54, 4). OV. met. 8, 195 ut veras imitetur aves *Daedalus* (SEN. Oed. 895). 15, 99 aves tutae movere per aera pennas. ars 1, 26 aeriae ... avis (IVVENC. 1, 634. 2, 16. 742). Pont. 2, 7, 27 quot aves motis nitantur in aere pennis. trist. 5, 2, 26. 5, 10, 19. FEST. p. 205 poetae promiscue omnis aves ita (*sc. praepetes*) appellant (*cf.* GELL. 7, 6, 11 ex quo est coniectare 'praepetes' [*sc. aves*] appellatas, quae altius sublimiusque volitent, cum differre a 'praepetibus' Nigidius 'inferas' dixerit). VAL. MAX. 4, 8, 5. SEN. nat. 2, 7, 1 avibus in illo (*aere*) tam facilis motus. benef. 2, 29, 1 quod non ... aequemus ... levitate aves. epist. 104, 14 *quae* avium modo transvolant. CVRT. 4, 5, 3. 4, 8, 6. QVINT. inst. 1, 1, 1 sicut aves ad volatum ... gignuntur. FRONTIN. strat. 1, 2, 7. 8 PAVL. dig. 18, 1, 40, 3 VLP. dig. 41, 1, 44. APVL. met. 11, 25 aves caelo meantes. Socr. p. 138. 140 flor. p. 41 dedit volatus avibus *vis quaedam cognita*. TERT. orat. 29 aves ... exurgentes eriguntur ad caelum. ANTH. 112, 4 LACT. opif. 6, 11. NON. p. 414, 33 volare est avium. OPTAT. 5, 2 p. 122. SERV. ecl. 1, 59 avium ... cervi volabunt more. Aen. 3, 361 quia omnes aves priora petunt volantes. auct. Aen. 4, 257 quia omnis avis in ventum volat. Aen. 6, 239 *uberius de re*. AMBR. hex. 5, 13, 40 ad aves caeli (VVLG. III reg. 14, 11 eccles. 10, 20 Baruch 3, 17 Dan. 4, 18 Marc. 4, 32). 5, 14, 45 avis aerem volatu celeri secat. *ibid.* aves ... aeri volatibus suis velut aquis innatant et quasi quaedam extendunt brachia, cauda quoque se vel ad superiora subrigunt vel ad inferiora demergunt. 5, 24, 87 HIER. tract. in psalm. 83 p. 88, 5. in Ier. 2, 9 p. 906 aves aeris. in Os. 2, 7 p. 77 epist. 46, 1. 108, 14 tanta velocitate reversa est, ut avem putares. VVLG. deut. 4, 17 avium sub caelo volantium. Iob 5, 7 avis *nascitur* ad volatum. prov. 10, 4. 26, 2 sap. 5, 11 Sirach 43, 15. Is. 16, 2 sicut avis fugiens. 31, 5 Os. 9, 11. 11, 11 apoc. 19, 17. CLAVD. 17, 320 qui more avium sese iaculentur in auras. AVG. civ. 8, 15 quis velocitate *aequabitur* ... avibus? 19, 23. 22, 11 pennarum levitatem donavit avium terrenis corporibus, ut portentur in aere. gen. ad litt. 3, 6 qui (*inferior aer*) ... ad sustinendas aves quodammodo crassatur. 3, 7 PHYSIOGN. 56. 73 avium mores id est leves et instabiles (CASSIOD. var. 3, 51, 10). ISID. orig. 12, 1, 16. *de cantu*: CIC. Brut. 200 ut avem cantu aliquo sic illos ... oratione quasi suspensos. LVCR. 1, 256 novis avibus canere undique silvas. VERG. georg. 2, 328 tum resonant avibus virgulta canoris. HOR. epod. 2, 26 queruntur in silvis aves. TIB. 1, 3, 60 dulce sonant tenui gutture carmen aves. CARM. de mens. 3, 8 PROP. 4, 9, 30 OV. epist. 10, 8. am. 1, 13, 8 liquidum tenui gutture cantat avis. 3, 1, 4. fast. 1, 444 quae (*aves*) facili dulces editis ore modos. 4, 166. 5, 430 variae conticuistis aves. trist. 3, 12, 8 indocilique loquax gutture vernat avis. EPIST. Sapph. 152. SEN. Oed. 454 garrula per ramos avis obstrepit. Phaedr. 508 aves querulae fremunt. CVRT. 8, 9, 25. FRONTO p. 149, 14 N. vocis modulatae amatores primas audisse feruntur aves vernas luco opaco. NEMES. ecl. 4, 40 iam (*aestu*) nulla canoro gutture cantat avis. LACT. opif. 10, 15. AMBR. hex. 5, 12, 36 avium, quae cum eunt cubitum, quasi peracto laetae munere aethera cantu mulcere consuerunt, quod ... surgente et occidente die instaurare consuerunt. 2, 12, 38. 5, 12, 37. HIER. epist. 43, 3 inter querulas aves psalmi dulcius cantabuntur. PRVD. cath. 1, 16 vox ista, qua strepunt aves ... paulo ante quam lux emicet. PAVL. NOL. carm. 23, 1 ver avibus voces aperit. PHYSIOGN. 56. 73 RVT. NAM. 1, 112 VEN. FORT. 3, 9, 27. CARM. poet. min. V 61, 7 est avium spatiis garrire diurnis. *de domicilio*: CIC. nat. deor. 2, 129 gallinae avesque reliquae et quietum requirunt ad pariendum locum et cubilia sibi nidosque construunt eosque quam possunt mollissime substernunt. VERG. georg. 4, 473 quam multa in foliis avium se milia condunt. ELEG. in Maecen. 1, 36 Pieridas Phoebumque colens in mollibus hortis sederat argutas garrulus inter aves. PROP. 1, 18, 30. 4, 9, 30 multaque ... umbra tegebat aves. OV. ars 1, 58 quot ... fronde teguntur aves. am. 3, 5, 4 in ramis multa latebat avis. fast. 1, 442 aves, solacia ruris, adsuetum silvis ... genus, quae facitis nidos. 3, 242 nunc avis in ramis tecta laremque parat. NVX 150 nec ullam sedibus in nostris stare videbis avem. LIV. 27, 4, 12 avis ... in luco

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Dianae nidos in arboribus reliquisse. CVRT. 8, 9, 25 ramis aves pendent. STAT. Theb. 6, 98 PLIN. epist. 5, 6, 22. FLOR. Verg. p. 185 aves senescunt in nido. PORPH. Hor. epist. 1, 10, 6. IVL. VAL. 1, 5 in quadam regiae parte ..., in qua aves plurimae circumerrarent. LACT. inst. 2, 4, 2 cum aves ... simulacris ... insidant nidificent inquinent. IVVENC. 2, 16 aeriis avibus dat silva quietem. SERV. georg. 2, 430 secreta nemora, quae aves frequentant (ISID. orig. 17, 6, 9). AMBR. hex. 5, 3, 8 *pisces* non nidos texunt, ut aves. 6, 8, 48. HIER. in Is. 7, 18 p. 287 avibus montium. in Ezech. 10, 31 p. 370 VVLG. prov. 27, 8 Sirach 43, 19 Is. 18, 6 Dan. 4, 18 Marc. 4, 32 PRVD. cath. 1, 16.

de cura et amore suarum: CIC. nat. deor. 2, 129 *aves pullos* ita tuentur, ut et pinnis foveant ... et, si est calor a sole, se opponant. HOR. epod. 1, 19. OV. ars 2, 66 erudit infirmas ut sua mater aves. SEN. dial. 6, 7, 2 aves cum stridore magno inanes nidos circumfremuerunt. epist. 66, 26 aves ex aequo partiuntur cibos (*sc. fetibus, cf.* QVINT. inst. 2, 6, 7). 99, 24 *aves* suos diligunt ⟨fetus⟩. HIL. in psalm. 56, 3 avibus naturae est infirmitatem pullorum alis inumbrare. AMBR. hex. 5, 16, 55 non recusant aves pascere patrem. 6, 3, 13 quae (*ecclesia*) pullos suos sicut avis materno amore conplectitur. HIER. in Is. 10, 31 p. 423 quomodo aves, ut defendant fetus suos, nidos supervolant. in Os. 2, 7 p. 76. VVLG. Luc. 13, 34 quemadmodum avis nidum suum sub pennis *congregat*. CASSIOD. in psalm. 16, 9 *aves* caros filios alarum suarum extensione custodiunt (35, 7). ISID. orig. 12, 7, 6. *de cibo*: VERG. georg. 2, 60 turpis avibus praedam fert uva racemos. OV. fast. 1, 684 neve ... rura ... depopulentur aves. SEN. contr. 10, 5, 27 aves male existimare de tabula *Zeuxis, in qua erat puer uvam tenens* (PLIN. nat. 35, 65. 66). COLVM. 2, 8, 5 ab avibus ... sata non infestari. 2, 20, 1 quod avibus *seges* praedam ... praebet. 5, 6, 6 ne ... cacumina seminum ab avibus praerodantur. 12, 46, 2. PLIN. nat. 15, 8 bacas Liciniae *olivae* nulla avis adpetit. 16, 152. 17, 220 vermiculantur ... quaedam *arbores* idque aves cavi corticis sono experiuntur. 18, 53 munitur ... *fructus satorum* vallo aristarum contra aves. 18, 160. 19, 116. 20, 4. PAVL. dig. 18, 1, 40, 3 ex eo quod avibus ex aere cecidisset. VLP. dig. 41, 1, 44 quod avis transvolans ex area aut ex agro nostro transtulit. PORPH. Hor. sat. 1, 8, 1. 7. Ps. LACT. Phoen. 72 in quam (*palmam*) nulla ... prorepere possit ... avis ... rapax. IVVENC. 2, 742. 780 PALLAD. 3, 24, 5. VVLG. gen. 40, 17 avesque comedere ex eo (*canistro*). PRVD. ham. 228 c. Symm. 2, 1033 AVG. civ. 5, 7. *abiguntur*: VERG. georg. 1, 156 sonitu terrebis aves. Aen. 12, 262 quos ... advena ... territat, invalidas ut aves. TIB. 1, 1, 18 terreat ut saeva falce Priapus aves. OV. fast. 1, 400 COLVM. 2, 10, 10. 11, 2, 85 PORPH. Hor. sat. 1, 8, 1. 7 LACT. inst. 2, 4, 2. PALLAD. 1, 37, 4 aves ... pannis et crepitaculis terreamus. SERV. georg. 1, 155. PLAVT. Rud. 770 obiciam *te* magnis avibus pabulum. OV. epist. 11, 83 dari ... avibus ... nepotem. LIV. 25, 12, 6 avibus ... fuat esca caro tua. VAL. MAX. 1, 6, 5 *carnis partes*, quarum maiorem numerum praepetes ... diripuerunt aves. SEN. Phoen. 256 Thy. 750. Tro. 567 numquid ... pascis Idaeas aves? benef. 4, 20, 3. epist. 92, 34 utrum proiectum *corpus* aves differant. CVRT. 7, 5, 40 LVCAN. 4, 810 PLIN. nat. 2, 147. STAT. Theb. 1, 625 inpastae fugistis aves. 12, 153 solis avibus ... ire licet *ad corpora*. MART. 10, 5, 12 abigatque *moriens* ... noxias aves. QVINT. decl. 278 p. 134. VVLG. deut. 32, 24 devorabunt eos aves morsu amarissimo. II reg. 21, 10 non dimisit aves lacerare eos per diem. III reg. 14, 11 vorabunt eos aves caeli. Iob 28, 7 Is. 18, 6 Bar. 6, 21. 70 Ezech. 39, 4. 17. 44, 31 II Macc. 9, 15. 15, 33 apoc. 19, 21 HIER. epist. 1, 13 in Is. 5, 18 p. 200 in Ier. 2, 7 p. 898 in Ezech. 10, 32 p. 379 CLAVD. 5, 451. 28, 208 AVG. serm. ed. Mai 74, 1 SALV. gub. 6, 84. SEN. nat. 4, 13, 4 quod ... avibus *aquam* ... in usum large ac beate profudit. PLIN. nat. 10, 129 bibunt aves suctu. SEN. rem. fort. 10, 1 nihil deest avibus. STAT. Ach. 1, 556 qualis iam nocte propinqua e pastu referuntur aves. AMBR. hex. 3, 9, 39 quae tibi noxia sunt, avibus ... innoxium ministrant pabulum. *de congregatione*: VERG. Aen. 6, 311 quam multae glomerantur aves, ubi frigidus annus trans portum fugat et terris immittit. OV. trist. 5, 10, 19 ut avis densissimus hostis advolat. fast. 1, 684 neve ... rura ... agmine laesuro depopulentur aves. APVL. met. 3, 24 in avem similem gestiebam. IVL. VAL. 1, 5 in qua (*regiae parte*) aves plurimae circumerrarent. *cf. l. 4.* *varia*: OV. Pont. 3, 1, 21 non avis obloquitur (*i. invenitur*) *in Pontica tellure*. FEST. p. 166 quod *navis* aqua feratur natans, ut avis. PLIN. nat. 8, 85 *corniculorum* motu ... sollicitent ad se aves *cerastae*. 10, 73 temporum magna differentia avibus. VAL. FL. 2, 75 raras et litus in altum mittit aves. 3, 360 arctos ad patrias avibus medio iam vere revectis. COMM. apol. 255 quod avis sua tempora norunt. QVINT. inst. 5, 10, 21 *ut in terra non omni* nec avem aut feram reperias. HIL. in psalm. 118 nun 18 p. 485 natura avium est, ut non, cum volent, requiescant. SERV. georg. 1, 387 aves corporis gesticulatione *laetitiam suam exprimunt*. AMBR. hex. 5, 19, 62 *viduitas* etiam in avibus praedicatur. 5, 20, 64 *integritas* in pluribus ... avibus inesse adseveratur. 6, 9, 60 ut possint oculos ... conferre ... ad alas suas, ut aves. AVG. gen. ad litt. 3, 9 quod et ipsae *aves* in terra requiescant volando fatigatae.

*de **infestationibus** et **usibus** variis*: *de captu et venatione*: PLAVT. Asin. 217 auceps quando concinnavit aream, offundit cibum; aves adsuescunt. 221. VARRO ling. 8, 61 si ab avibus capiendis auceps dicatur. CIC. nat. deor. 2, 160 *aves* ne caperentur quidem nisi homi-

num ratione atque sollertia. VERG. georg. 1, 271 insidias avibus moliri. PROP. 2, 19, 24 stricto figere avem calamo. 3, 13, 44 si forte meo tramite quaeris avem. OV. ars 1, 391 non avis utiliter viscatis effugit alis. 3, 669 non avis aucupibus monstrat, qua parte petatur. rem. 576 quae nimis apparent retia, vitat avis. fast. 1, 441 intactae fueratis aves. SEN. Herc. O. 1654 descendent aves *percussae*. dial. 5, 16, 1 aves viscum, dum trepidantes excutiunt, plumis omnibus inlinunt. epist. 74, 5 quemadmodum aves etiam inanis fundae sonus territat. CVRT. 7, 5, 41 adeo certo ictu destinata feriebat, ut aves quoque exciperet. PETRON. 46 etiamsi in aves morbosus est *servulus*. PLIN. nat. 19, 52 aves ultra Phasim amnem peti. VAL. FL. 6, 261 si quis avem summi deducat ab aere rami. MART. 9, 54, 4 implicitas virga teneret aves. VLP. dig. 41, 1, 44 si ab alio capiatur *avis*. COMM. instr. 2, 23, 19 in esca perit avis aut in⟨ha⟩eret improvida visco. DON. Ter. Ad. 403 HIL. in psalm. 123, 8. OPTAT. 6, 8 p. 156 *uberius de aucupii ratione*. AMBR. hex. 6, 8, 48 ut effugias ... sicut avis de laqueo. *ibid.* avis evitat laqueos. VVLG. Iob 40, 24 numquid illudes ei quasi avi? prov. 6, 5 *eruere* quasi avis de manu aucupis. 7, 23 velut si avis festinet ad laqueum. eccles. 9, 12 sicut aves laqueo comprehenduntur. Sirach 27, 21 qui dimittit avem de manu sua. Ier. 5, 27 decipula plena avibus. thren. 3, 52. Bar. 3, 17 qui in avibus caeli ludunt? Am. 3, 5 HIER. epist. 52, 9 PAVL. NOL. carm. 1, 3 ORIENT. comm. 1, 144. SIDON. carm. 7, 205 alite vincit aves. DRAC. Romul. 7, 96 laud. dei 2, 288. *cibi genus*: PLAVT. Men. 918 (*iocose*) soleamne ēsse avis squamossas, piscis pennatos? HOR. sat. 2, 4, 45 avibus quae natura et foret aetas ante meum nulli patuit quaesita palatum. 2, 8, 27 cenamus avis. CARM. de mens. 2, 38 *October* pinguis dat tibi ruris aves. OV. met. 13, 53 alitur ... avibus *Philoctetes*. SEN. contr. 10 praef. 9 quidquid avium volitat ... nostris sepelitur ventribus. CELS. 2, 24 p. 69. 4, 26 p. 151. 5, 26, 30 p. 196. 5, 28, 4 p. 209. SEN. dial. 5, 20, 4 servabantur ... generosae illi (*Cambysae*) aves. 10, 12, 5 quanta arte scindantur aves in frusta. 11, 10, 3. epist. 47, 6 alius pretiosas aves scindit. 122, 4 aves, quae conviviis conparantur. PETRON. 38 (*?*). 69 PLIN. nat. 8, 223. QVINT. decl. 288 p. 179 avibus onerari fercula gaudes? SVET. Vit. 13. PAVL. sent. 3, 6, 44 aves et pecora, quae instruendarum epularum gratia in fundo comparata sunt. APVL. apol. 58 PLIN. med. 1, 25 CARM. de mens. 2, 38 APIC. 6, 227—230. *praeda aliarum avium sive animalium*: VARRO Men. 289 ut avis enicat accipiter. CIC. div. 2, 144. HOR. carm. 4, 4, 2 *aquilae* rex deorum regnum in aves vagas permisit. epod. 1, 19 *ut* avis serpentium adlapsus timet. ars 13. OV. met. 11, 292 *quae volucris* omnes terret aves. 11, 345. ars 3, 420 Iovis in multas devolat ales aves. SEN. Oed. 905. MELA 1, 99 supervolantes aves ... absorbent *angues*. PLIN. nat. 10, 18 *aquilam* aves ... adgerentem. 10, 22 alii accipitres non nisi e terra rapiunt avem. 10, 23 *accipitres* ex silvis et harundinetis excitant aves. 10, 197 avibus devoratis *a draconibus*. 10, 202 feles ... quo silentio, quam levibus vestigiis obrepunt avibus! 35, 121 MART. 14, 216 PORPH. Hor. ars 9. SERV. Aen. 11, 721 *accipiter* avibus execrabilis. AMBR. hex. 5, 16, 53 ut adiumenta quaedam bellantibus *ciconiis* adversus inimicas aves conferre credantur *cornices* (5, 17, 56). ISID. orig. 12, 2, 29. 12, 7, 55. *de infestationibus rerum quarundam*: LVCR. 5, 741 quia sunt *Averna* avibus contraria cunctis (PLIN. nat. 4, 2. 31, 21 NON. p. 14 SERV. Aen. 3, 422 CLAVD. rapt. Pros. 2, 349 ISID. orig. 13, 19, 8 GLOSS. V 649, 7 *al.*). SEN. nat. 3, 21, 1 in quosdam specus qui despexere, moriuntur; tam velox malum est, ut transvolantes aves deiciat. 6, 28, 1 aves ... si in illum *vaporem* inciderunt ... in ipso volatu cadunt. PLIN. nat. 11, 115 hoc (*malum pediculorum*) ... et aves infestat. 31, 27 aves, quae degustaverint *de fonte*, iuxta mortuas iacere. *possessionis et educationis genus*: PROP. 3, 13, 32 *illis munus erat portare suis* variam plumae versicoloris avem. SEN. dial. 6, 12, 2 qui ... aves ... summa diligentia nutriunt. COLVM. 2, 14, 5 in quo (*rure*) neque pecora neque aves haberi possint. PLIN. nat. 10, 141 aviaria primus instituit inclusis omnium generum avibus M. Laelius Strabo. QVINT. inst. 1, 12, 7 ne ... avibus ... accommodent curam. SVET. Nero 11. 25 (*?*). PAVL. dig. 32, 66 avibus legatis. IAVOL. dig. 33, 7, 11 eadem ratio est, in avibus, quae in insulis maritimis aluntur. VLP. dig. 33, 7, 12, 13 aves instrumento ... contineri. PAVL. dig. 41, 2, 3, 14 aves ... possidemus, quas. VLP. dig. 41, 1, 44 quemadmodum ... avis, *quae* potestatem nostram evasit, si ab alio capiatur, ipsius fit (POMP. dig. 41, 7, 5).

*de avibus **auspicia** facientibus*: *praemittuntur generalia quaedam; saepius translate i. q. omen, sim.*: VARRO ling. 6, 82 in auguriis etiam nunc augures dicunt avem specere. CIC. leg. 2, 32 hanc ipsam partem (*μαντικῆς*), quae est in avibus ceterisque signis[que] disciplinae nostrae. 3, 9 *de dictatore*: ave sinistra dictus populi magister esto. nat. deor. 2, 160 avis quasdam et alites et oscines ... rerum augurandarum causa esse natas. div. 1, 28 ut nunc extis ... sic tum avibus magnae res impertiri solebant. 1, 88 avibus et signis admoniti futura dicebant *Amphiaraus et Tiresias*. 1, 118 ita a principio incohatum esse mundum, ut certis rebus certa signa praecurrerent, alia in extis, alia in avibus, alia in fulgoribus. 1, 120 efficit in avibus divina mens, ut tum huc, tum illuc volitent alites, tum in hac, tum in illa parte sese occultent, tum a dextra, tum a sinistra parte canant oscines. 2, 16. 2, 72 attulit ... in cavea pullos

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

... pullarius. haec sunt igitur aves internuntiae Iovis! quae pascantur necne, quid refert? nihil ad auspicia *eqs.* 2, 73 quod decretum collegii vetus habemus omnem avem tripudium facere posse. 2, 76 *externa auguria* omnibus fere avibus utuntur, nos admodum paucis. 2, 79 aves eventus significant aut adversos aut secundos. 2, 80 cur ... aliis a laeva, aliis a dextra datum est avibus ut ratum auspicium facere possint? 2, 83. 2, 149 persequitur superstitio sive tu vatem sive tu omen audieris, sive immolaris sive avem aspexeris *eqs.* FEST. *et* PAVL. FEST. p. 1 augustus locus sanctus ... quia ab avibus significatus est ... quia aves pastae id ratum fecerunt (*cf.* SVET. Aug. 7). 2 augur ab avibus gerendoque dictus. *ibid.* auspicium ab ave spicienda. 6 ut in auguriis altera cum appellatur avis, quae utique prospera non est. 16 arcula dicebatur avis, quae in auspiciis vetabat aliquid fieri. 21 admissivae aves dicebantur ab auguribus, quae consulentem iuberent. 43 circanea dicitur avis, quae volans circuitum facit. 109 inebrae aves, quae in auguriis aliquid fieri prohibent. 195 quod fit ore augurium, quod non avibus aliove modo fit. 197 oscines aves ... esse..., quae ore canentes faciant auspicium, alites (aut *cod.*), quae alis ac volatu (*cf. sub* ales *II A 2, ubi uberius de re*). 205 praepetes aves quidam dici aiunt quia secundum auspicium faciant praetervolantes. alii quod aut ea, quae praepetamus, indicent: aut quod praetervolent *eqs.* (245. HYG. Gell. 7, 6, 3 praepetes ... aves ab auguribus appellantur, quae aut opportune praevolant aut idoneas sedes capiunt. 7, 6, 10 avibus ... praepetibus contrarias aves inferas appellari, Nigidius Figulus ... ita dicit: 'discrepat dextra [*sc. avis*] sinistrae, praepes inferae'. SERV. Aen. 4, 462. 6, 15). PAVL. FEST. p. 260 quinque genera signorum observant augures, ex caelo, ex avibus, ex tripudiis, ex quadripedibus, ex diris. 276 remores aves in auspicio dicuntur, quae acturum aliquid remorari conpellunt. 289 respicere avem est in auspicando, unde quis avem prospexit, cum eodem revertitur. 298 esse tripudium, quod avi excidit. 304 supervaganea dicebatur ab auguribus avis, quae ex summo cacumine vocem emisisset. 317 sanqualis avis ap⟨pellatur quae in com⟩mentariis augura⟨libus ossifra⟩ga dicitur. 339 sinistrae aves sinistrumque sive (est *cod.*) sinistimum auspicium id quod sinat fieri. PLIN. nat. 7, 203 auguria ex avibus Car *invenit.* SERV. auct. Aen. 1, 398 cycnos inter augurales aves non inveniri. 4, 453 sunt et de avibus dira auspicia. 6, 198 servare ... et de caelo et de avibus verbo augurum dicitur. SIDON. carm. 5, 262 GLOSS. *passim.* PLAVT. Asin. 259 quovis admittunt aves, picus et cornix ab laeva, corvos parra ab dextera consuadent. Cas. 616 qua ego hunc amorem mi esse avi dicam datum. ...? Epid. 182 liquido exeo foras auspicio, avi sinistra (Pseud. 762). ENN. ann. 78 secundam solus avem servat. 89 ex alto ... praepes laeva volavit avis. 91 cedunt de caelo ter quattuor corpora sancta avium. TRAG. inc. 89 solvere imperat secundo rumore adversaque avi. CIC. div. 1, 27 sibi ... eas aves, quibus auctoribus officium et fidem secutus esset, bene consuluisse. 1, 31 cum ... tris ... partis *vineae* aves abdixissent. 2, 79 quae exquiruntur avibus, nullo modo prospera Deiotaro. phil. frg. IV 3 omnibus avi incerta. HOR. carm. 1, 15, 5 mala ducis avi domum, quam. TIB. 1, 3, 17 aut ego sum causatus aves aut omina dira. 2, 5, 12 scit bene *augur* quid fati provida cantet avis. PROP. 4, 1, 40 huc quali vecta est Dardana puppis ave! 4, 1, 68 inceptis dextera cantet avis. *nota* 4, 5, 6 *de lena*: concordique toro pessima semper avis. 4, 6, 20 nec remis aequa favebat avis. 4, 6, 44 ire Palatinas non bene vidit aves *Romulus.* OV. met. 5, 147 ave deceptus falsa. 15, 640 ite bonis avibus. ars 1, 26 nec nos aeriae voce monemur avis. epist. 2, 115. 118 cecinit maestum devia carmen avis. am. 3, 12, 2 omina non albae concinuistis aves. fast. 1, 180 visam primam consulit augur avem. 1, 445. 513. 4, 814. 5, 152. Ib. 128 a laeva maesta volavit avis. LIV. 1, 12, 4 Iuppiter, tuis ... iussus avibus. 1, 36, 3 nisi aves addixissent (*v. I p. 574, 36 sqq.*). 1, 36, 4 quod aves tuae fieri posse portendunt. 1, 36, 6 ubi aves non admisissent. 2, 42, 10 *numinis* nunc extis nunc per aves consulti. 4, 18, 6. 6, 12, 9 deos, qui secundis avibus in proelium miserint. 6, 41, 8 si occecinerit avis. VAL. MAX. 7, 2, 5 pullariusque non prosperantibus avibus optimum ei auspicium renuntiasset. SEN. nat. 2, 32, 3 quomodo aves ... dextrum auspicium sinistrumque fecerunt. 2, 32, 5 cur ... aquilae hic honor datus est, ut magnarum rerum faceret auspicia, aut corvo et paucissimis avibus, ceterarum sine praesagio vox est? 2, 34, 1 (*bis*). 2, 34, 2. epist. 122, 3 tam infausti *antipodes* quam nocturnae aves sunt. CVRT. 4, 15, 27 *vates* avem monstrabat, haud dubium victoriae auspicium. LVCAN. 5, 396 laetae iurantur aves bubone sinistro. 6, 428 STAT. Theb. 3, 482. 3, 652 ut vanis avibus natoque domoque et thalamis potiare. 8, 281. 10, 217 ecce benignae noctis aves. Ach. 1, 519 sagas adfatur aves. TAC. ann. 2, 17 sequerentur Romanas aves (CLAVD. 28, 12). 12, 43. PLIN paneg. 76 consultare aves. SVET. Claud. 22. FLOR. epit. 2, 17, 9 omnia aves victimaeque promiserant. GELL. 13, 14, 5 quod in eo monte (*Aventino*) Remus ... aves ... inritas habuerit. APVL. met. 2, 21 peragrata cuncta Thessalia fuscis avibus Larissam accessi. 3, 23. COMM. instr. 1, 22, 2 excurrit alius ad sortis, aves aspicit alter. VIR. ill. 59, 1 vetantibus avibus (*cf.* 3, 1). AMM. 15, 2, 9. 22, 1, 1 SERV. auct. Aen. 1, 398. CLAVD. 22, 364 sollemnibus urnam commovet auspiciis avibusque incepta secundat. 26, 230.

nota substantiva de avibus dicta: ENN. apud Serv. auct. Aen. 1, 190 Ennius 'avium vulgus' et alibi 'hastarum'; *add.* SERV. auct. id est multitudinem hastarum et avium (CIC. nat. deor. 2, 160 VERG. Aen. 11, 457 catervae. CIRIS 49 coetus. HOR. epist. 1, 3, 19 grex. LIV. 3, 10, 6 ingens numerus. 38, 46, 5 examina. CVRT. 4, 8, 6. PLIN. nat. 6, 205 copia. STAT. Theb. 9, 28 FRONTIN. strat. 1, 2, 7. 1, 2, 8 magnam vim. NEMES. cyn. 319). PACVV. trag. 83 linguam (OV. trist. 1, 9, 50. PLIN. nat. 29, 72 sermones. GELL. 10, 12, 7 linguas et colloquia). RHET. Her. 4, 29 dulcedo. CIC. leg. 1, 21 concentum (VERG. georg. 1, 422 SEN. dial. 6, 18, 4 epist. 56, 11 PLIN. nat. 4, 31 QVINT. inst. 5, 9, 16 CORIPP. Iust. 1, 351). div. 1, 2 cantibus (1, 94. 1, 118 HOR. carm. 3, 1, 20 TIB. 1, 8, 4 MANIL. 4, 914 PLIN. nat. 1, 35, 38 PORPH. Hor. carm. 3, 1, 20 AMBR. hex. 5, 12, 37 CARM. poet. min. V 62, 2. APVL. flor. p. 80 clangores. CLAVD. 26, 444). div. 1, 2 volatibus (1, 94 top. 77 PLIN. nat. 2, 192 TAC. Germ. 10 PLIN. paneg. 5 NON. p. 429, 24 AMM. 21, 1, 9 HIER. epist. 48, 20 AVG. gen. ad litt. 3, 2 MART. CAP. 6, 697 ISID. orig. 12, 7, 75). div. 1, 92 significationibus. 1, 121 veritatem. 2, 68 congestu. 2, 70 observatione. 2, 77 divinatio. LVCR. 1, 18 domos (VERG. georg. 2, 209. NON. p. 459, 31 domicilia. HIER. in Ezech. 5, 17 p. 197 habitaculum). 3, 386 plumas (OV. met. 5, 553. trist. 1, 9, 50 penna. SEN. nat. 2, 32, 4 epist. 90, 16 PLIN. nat. 16, 248 QVINT. inst. 1, 4, 12 APVL. apol. 57. 58. PRVD. ham. 293 indumenta ... plumea. AVG. civ. 5, 11 pinnulam). LVCR. 5, 1379 voces (CVLEX 150 PLIN. nat. 11, 174 QVINT. inst. 1, 6, 37 TAC. Germ. 10 CLAVD. 18, 317 AVG. civ. 14, 24 CARM. poet. min. V 61, 45. 62 tit. ISID. orig. 12, 7, 75. VVLG. sap. 17, 17 sonus suavis). CAES. Gall. 4, 10, 5 ovis (PLIN. nat. 4, 95. 9, 37). VERG. georg. 4, 110 custos (HOR. sat. 1, 8, 3 formido). LYDIA 17 silentia. OV. met. 5, 553 pedes (PLIN. nat. 12, 45). am. 2, 6, 20 gloria. hal. 122 nidos (PLIN. nat. 12, 85. 24, 174 PORPH. Hor. carm. 3, 4, 14 VVLG. deut. 22, 6). LIV. 1, 7, 1 numero (1, 8, 3). 41, 21, 13 maculis (*?*). VITR. 8, 3, 17 ossa. 9, 4, 3 cauda. FEST. *et* PAVL. FEST. p. 1 gestu (2 SVET. Aug. 7 ISID. orig. 12, 7, 75). *ibid.* gustatu. 2 garritu. 32 genus. 68. 113. 124. 330. 371 PLIN. nat. 10, 138 SCHOL. Cic. Bob. p. 242. VAL. MAX. 1, 6, 11 laniatibus (IVST. 41, 3, 5 AMM. 24, 2, 8). CELS. 2, 18 p. 65 ex avibus colla alaeve. SEN. epist. 78, 24 pectora. CVRT. 7, 3, 11 vestigium. 8, 9, 26 argenteae effigies (PLIN. nat. 37, 71 imagines. PLIN. epist. 5, 6, 37 figuris). COLVM. 2, 14, 1 *stercus* ex avibus. *ibid.* stercus avium (2, 14, 7. 8, 1, 2 PALLAD. 1, 23). MELA 3, 63 pellibus. PLIN. nat. 2, 122 adventu (AVG. civ. 18, 21). 7, 203 extispicia. 10, 24 corda (10, 148). 10, 92 ingenia. 10, 143 generatio (nat. 1, 10, 46 geniturae. AMBR. hex. 5, 23, 79 auctor et creator. VVLG. sap. 19, 11 creaturam). 8, 90. 10, 204 rex. 12, 24 alas. 15, 35 furto. 16, 247 alvum. *ibid.* ventre. 17, 99 fame. 29, 56 adipe (nat. 1, 29, 13). nat. 1, 10, 13 digestio. 10, 17 vita aut notitia. 10, 49—51 sollertia. 10, 62 potu. 10, 56 pastu. 10, 63 potu. STAT. Theb. 2, 349 lapsus. SVET. Aug. 7 gustu. POMP. dig. 18, 1, 8, 1 captum (DON. Ter. Ad. 480). COLL. Mos. 15, 1 inspector (CORP. II 5078 inspex. NON. p. 429, 24 inspectio). GELL. 9, 4, 10 ritu. PORPH. Hor. sat. 2, 3, 229 fartor nunc avium, alias nomenclator. SPART. Carac. 17, 3 centum libras. LACT. inst. 2, 9, 22 fetibus (opif. 3, 9. 12, 7 NON. p. 459, 31). opif. 3, 20 discursatio. PRISCILL. tract. 3 p. 54 praepetes transitus. FILASTR. 100, 4 sensus. AVIEN. Arat. 1826 fuga. SERV. auct. Aen. 2, 702 consultationem. 4, 525 varios colores. SCHOL. Germ. Bas. p. 57, 8 auguria. AMBR. hex. 5, 15, 52 exemplo. 5, 20, 64 viduitate. VVLG. Dan. 4, 30 ungues. HIER. epist. 27, 1 silvas. 52, 6 saporibus. MARCELL. med. praef. p. 14 cinerem. DRAC. Romul. 8, 462 responsa. VEN. FORT. carm. 3, 9, 45 susurro. ISID. orig. 12, 7, 5 nati. 12, 7, 9 nomina. 12, 7, 20 similitudinem. 12, 7, 75 motu.

B *de specie accuratius definita*: **1** *generatim*: PLIN. nat. 10, 111 aves solae vario meatu feruntur et in terra et in aëre. ambulant aliquae ..., saliunt aliae ..., currunt ..., ante se pedes iaciunt ...; expandunt alas pendentesque raro intervallo quatiunt, aliae crebrius, sed et primas dumtaxat pinnas, 112 aliae et tota latera plaudunt, quaedam vero maiore ex parte compressis volant percussoque semel, aliquae et gemino ictu, aëre feruntur; velut inclusum eum prementes eiaculantur sese in sublime, in rectum, in pronum. impingi putes aliquas aut rursus ab alto cadere has, illas salire. 11, 256 avium aliae digitatae, aliae palmipedes, aliae inter utrumque, divisis digitis adiecta latitudine. AMBR. hex. 5, 14, 47 unum ... nomen avium, sed genera diversa .... *sunt* aves, quae carne vescuntur .... *sunt* aves, quae reperto pascuntur semine, aliae diverso et fortuito cibo. est etiam diversitas copularum .... alia ... avium genera enchoria, alia adventicia .... sunt alia, quae hieme redeunt, aestate peregrinantur a nobis .... aliae aves ad manum se subiciunt ... aliae reformidant. aliae isdem, quibus homines domiciliis delectantur, aliae secretam in desertis vitam diligunt .... aliae vocibus tantum strepunt, aliae canoro ... delectant modulamine. quaedam ex natura, aliae ex institutione diversarum vocum oblocuntur discrimina .... aliae simplices ... aliae astutae .... sunt etiam vitae in avibus et operum diversitates (ISID. orig. 12, 7, 1 aliae congregae, id est gregatim volantes, aliae solivagae, id est solitariae propter insidias depraedandi). *nomine speciei non addito*: PLAVT. Capt. 116 liber captivos avis ferae consimilis est (123 CAPITOL. Ver. 5, 2). Rud. 770 te ... obiciam magnis avibus pabulum (CELS. 2, 20 p. 67. NEMES. cyn. 313 Libye magnarum avium ... creatrix. PALLAD. 12, 8, 1 pennis ... avium maiorum). CIC. Cato 51 avium minorum morsus (PAVL. FEST. p. 122.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Cels. 2, 18 p. 64 in media ... materia numerari ... debere ... aves omnes a minimis ad phoenicopterum. 2, 29 p. 71 pingues minutae aves. Cvrt. 7, 8, 15 leo ... aliquando minimarum avium pabulum fuit. Plin. nat. 10, 204 noctuae et ceterae minores aves. 11, 268. 18, 53 Ambr. hex. 3, 8, 34). Cic. epist. 7, 28, 2 quod quasi avem albam videntur bene sentientem civem videre. *cf. p. 1441, 56* (Ov. met. 2, 632 inter aves albas ... consistere. Plin. nat. 18, 363. Amm. 22, 8, 35 *in Leuce insula* candidae aves nascuntur. 22, 12, 6). Cic. nat. deor. 2, 124 *plataleam* advolantem ad eas avis quae se in mari mergerent. Verg. Aen. 12, 248 litoreas ... aves. Carm. de mens. 2, 6 paludicolam ... avem. Cels. 2, 18 p. 65 eae *aves*..., quae in aqua degunt, leviorem cibum praestant, quam quae natandi scientiam non habent. 2, 29 p. 71 aves quae natant. Colvm. 8, 9, 4 *stercus* omnium avium, praeterquam nantium. Mela 3, 56 ovis avium palustrium. Plin. nat. 10, 9 aquaticas aves. 10, 29. 18, 362. Mart. 11, 52, 14 paludis aves. Sol. 19, 6 ovis avium marinarum. Pallad. 1, 31. 1, 33, 1 avium ... palustrium. Serv. Aen. 12, 248. Ambr. hex. 5, 13, 40 quae circa aquas maris fluminumque versantur. 5, 14, 45 quae adsuetae sunt aquis. Cassiod. var. 12, 24, 3 hic vobis aquatilium avium more domus est. Isid. orig. 13, 19, 3 *neque lacus Asphalti* laetas mergendi usu patitur aves. Messalla ausp. Gell. 13, 14, 6 *Aventinum* quasi avibus obscenis ominosum (Ov. am. 2, 6, 52 obscenae quo [*loco*] prohibentur aves. Sen. Med. 732 obscenas aves *miscet Medea*). Ov. fast. 4, 704 abstulerat multas illa (*volpes*) cohortis aves (Colvm. 1 p. 27 avium cohortalium ... cura. 6, 27, 4. 8, 1, 3. 8, 4, 4. Mart. 7, 31, 1 raucae chortis aves. 7, 54, 7. 11, 52, 14. 13, 45, 2 accipe chortis aves. Veg. mil. 4, 7 aves cohortales ... in civitatibus nutriuntur et propter aegrotantes sunt necessariae). Liv. 5, 6, 2 hiemem opperiri *nos* ... sicut aestivas aves. Cels. 2, 18 p. 65 ex iis avibus, quae in media specie sunt, valentiores eae, quae pedibus, quam quae volatu magis nituntur (2, 30 p. 71 aves quae magis currunt, quam volant). 2, 20 p. 67 *boni suci sunt* omnes aves, quae ex media materia sunt. 2, 28 minime intus vitiantur ... aves et eae potius duriores (4, 12 p. 137). 4, 16 *edendae sunt lienosis* aves macrae. Sen. benef. 4, 20, 3 ut aves, quae laceratione corporum aluntur, ... pecora ... speculantur (epist. 121, 18 *animalia* obnoxia avibus rapto viventibus. Ambr. hex. 5, 22, 74 avium, quae carne vescuntur, quasi incurvos atque sinuatos pedes). Cvrt. 8, 9, 16 aves *Indiae* ad imitandum humanae vocis sonum dociles sunt. Colvm. 8, 8, 10 iam nunc Gangeticas et Aegyptias aves temulenter eructant (Plin. nat. 10, 3 Aethiopes atque Indi discolores maxime et inenarrabiles ferunt aves). 8, 13, 1 aves, quas Graeci vocant *ἀμφιβίους*. 8, 15, 1 ne ... evolandi sit potestas domesticis avibus (Hil. in Matth. 7, 10 vulpes ... domesticis avibus insidians). Plin. nat. 1, 10, 15 de inauspicatis avibus. 1, 10, 34. 35 de avibus peregrinis quae veniunt (Plin. nat. 9, 63 peregrinas aves Romae parĕre. 10, 74 novissimae *gibberes* ... peregrinarum avium in mensas receptae). 1, 10, 41 de avibus nostris quae discedunt et quo abeant. de avibus, quae plumas amittunt in occultatione. 1, 10, 46 quae quibus locis aves non sint. 1, 10, 88—90 de novis avibus. Plin. nat. 10, 70 quae *aves* aduncos ungues non habent. 10, 129 bibunt aves suctu, ex iis, quibus longa colla, intermittentes et capite resupinato velut infundentes sibi. 10, 141 aves cantu aliquo aut humano sermone vocales. 10, 143 tribuit hoc avium generi natura ut fecundiores essent fugaces earum quam fortes. 11, 61 populantur *apes* hirundines et quaedam aliae aves. 11, 257 avium quibusdam gravioribus in cruribus additi radii, nulli uncos habentium ungues. Apvl. met. 6, 6 passeres et ceterae, quae dulce cantitant aves. Sol. 10, 19 minime ... a diris avibus impetuntur *hirundines* (Lampr. Comm. 16, 2 ante lucem fuerant ... incendiariae aves ac dirae. Isid. orig. 12, 7, 70). Serv. Aen. 1, 398 dicit Plinius Secundus in naturali historia (*spectat ad 10, 63*) omnes aves colli longioris aut recto ordine volare ... aut in coetu se omnes invicem sustinere. Vvlg. lev. 17, 13 *si homo* aucupio ceperit feram vel avem, quibus vesci licitum est. 20, 25 separate ... avem mundam ab immunda. III reg. 4, 23 excepta venatione ... avium altilium (Hier. epist. 100, 6). Apic. 6, 232 ad aves virosas. *speciei nomine addito*: Varro rust. 3, 5, 14 *aves* cantrices, ut lusciniolae ac merulae. Cic. nat. deor. 1, 101 cum sint *ibes* aves excelsae. Ov. am. 2, 6, 54 Phoenix, unica semper avis (Ps. Lact. Phoen. 31). Pavl. Fest. p. 353 todi genus avium parvarum (Cels. 2, 18 p. 64 omnem grandem avem, quales sunt anser et pavo et grus. 2, 30 p. 71 minutae aves, merula palumbus. Plin. nat. 8, 90 parva avis, quae trochilus ... vocatur. 10, 40. 65. 116. 175. 204. 205. 11, 121 Sol. 32, 25 Evcher. instr. 2 p. 157). Cels. 2, 18 p. 65 ex iis *avibus* quae volatu fidunt, firmiores quae grandiores, quam quae minutae sunt; ut ficedula et turdus. Mela 3, 88 aves cornutae tragopanes. Petron. 35 *ciconia* avis exul hiemis. Plin. nat. 10, 34 nocturnae aves, ut noctuae, bubo, ululae (Isid. orig. 12, 7, 42). 10, 68 otus ... imitatrix ... avis ac parasita et quodam genere saltatrix. 10, 86 upupa ... obscena ... pastu avis (Serv. Aen. 3, 367). 10, 133 *attagen* quondam existimatus inter raras aves. *ibid.* phalacrocoraces, avis Baliarium insularum peculiaris (Apvl. flor. p. 42 psittacus avis [*cf. p. 1441, 28*] Indiae avis est. Porph. Hor. epod. 2, 54 attagen ... avis est Asiatica. Sol. 33, 15 cinnamolgus ... Arabiae avis. Evcher. instr. 2 p. 157 esse orientalem avem, quae nocturnus corvus appelletur. *ibid.* ibis ... avis Aegyptia. Isid. orig. 12, 1. 7. 17, 7 *passim*). nat. 11, 200 aves ... geminos sinus habent quaedam ... ut gallinae palumbes columbae perdices. Apvl. flor. p. 45 ut natura quibusdam avibus brevem et temporarium cantum commodavit, hirundinibus ... cicadis ... noctuis *eqs.* apol. 8 *crocodilo* una ex avibus fluvialibus amica avis ... *hirudines* exsculpit. Porph. Hor. sat. 2, 2, 22 lagois: avis leporini coloris. Hil. in psalm. 123, 9 passer avis domestica. in Matth. 24, 11 *de Christo*: terrena ... et domestica avis (*i. gallina*) factus. *ibid. gallinae*, familiaris ac paene terrenae avis more. Schol. Cic. Bob. p. 242 cornix ... avis genus est, quod esse fertur acutissima visione. Serv. georg. 1, 399 aves marinas, quae alcyones vocantur. 1, 403 noctua ... avis est lucifuga (Isid. orig. 12, 7, 41). Ambr. hex. 5, 18, 61 regalis avis (*i. aquilae*) inclementiam plebeiae avis (*i. fulicae*) excusat clementia. 6, 4, 20 hirundo pia avis. Vvlg. deut. 14, 11. 12 omnes aves mundas comedite. immundas ne comedatis: aquilam ... et gryphem *eqs.* Hier. in Ier. 3, 12 p. 927 avem discolorem tinctamque ... pavum. in Zach. 5, 9 p. 819 milvum ..., avem rapacissimam et semper domesticis avibus insidiantem. tract. in psalm. p. 88, 14 passer et turtur aves castissimae (Isid. orig. 12, 7, 62). Anthim. 25 de agrestibus ... avibus turtures ... graviores sunt. Isid. orig. 12, 7, 39 bubo ... avis feralis. 12, 7, 44 cornix annosa avis. 12, 7, 58 milvus ... quasi mollis avis. 12, 7, 60 turtur ... avis pudica. 12, 7, 61 columbae ... aves mansuetae et in hominum multitudine conversantes. 12, 7, 63 perdix ... avis dolosa atque immunda. 12, 7, 66 *upupa*, avis spurcissima cristis extantibus galeata. 12, 7, 70 hirundo ... garrula avis. Gloss. V 274, 31 cardellus genus avis cristati (*sic*), *sim.*

Avius, -a *nom. gent.* CIC. Att. 12, 5, 2 ad Avium (Aulum *M*) scripsi. 13, 4 Avius enim videtur in officio futurus. CORP. VI 7696 Claudiae Lysimache Avius Fortunatus c(oniugi). 12926 L. Avius Pudens. IX 3679 (*Marruvii*) P. Avio La〈l〉o sevir(o) Aug. Avia Atticilla coiugi. 3720 P. Avius Felicissimus. 4625 (*in reg. IV*) 〈C.〉 Annieno C. f. 〈patri〉, Aviai C. f. ma〈tri〉. X 1551 (*Puteolis*) P. P. Aví Gallinat. et Celer Augustales. 3693 (*Cumis*) P. Avius Hedus. 3772 (*Capuae, a. u. c. 660*) Cn. Avius Cn. l. Agathocles. 3988*?*. V suppl. ital. 1080, 98 (*in vasculo Aquileiae rep.*) P. Avi f. XII 3453 (*Nemausi, litteris saec. II*) Sexti Avií Capelliani. 3612 Sex. Avius Varius. 5683, 39 (*in amphora*) Avii. XIII 2198 (*Lugudumi*) Sex. Avius Hermeros. II 449*?* 3409. VIII 6392 (*in prov. Num.*) Avia M. f. Vrbana. 16884 (*in prov. procos.*) Avia Matunis. COD. Iust. 6, 55, 2 imp(eratores) Diocletianus et Maximianus A(ugusti) Aviae. *potest et nomen gentilicium et cognomen esse. cogn.* Avia *seorsum exhibui; sunt exempla parum certa.* Avius *in solo titulo* CORP. VI 12157 *corrupto legitur fide indignum.* **Aviānus,** -a *cogn.* COD. Iust. 8, 27, 15 *impp. Diocletianus et Maximianus AA.* Avianae (*a. 294*). CORP. XII 4121 T. Fl. Aviano (*? num recte descripta sit dubitat editor*) XIII 10010, 3229[a] (*in vasculo Gallico*) Avianus. III 1088 (*in Dacia, periit*) I(ovi) o(ptimo) m(aximo) Taviano . . . Avianus (*?*) Aug. lib. sub pro(curator) auraria〈r(um)〉 v. s. a 〈l.〉. II 3219 (*in Hispan. Tarr., periit*) Valeriae Miliae Avianae . . . Hostilia Niciana filiae. 5791 G. Cornelio Materno . . . Cor. Avianus et Aemilia Atta fil(io). Avianus (Avianius*?*) *fabularum scriptor, quem exeunte saec. IV, incunte V vixisse verisimile est, cf. Crusius, PW. II 2373. in codicibus* Aviani *genetivo.* Laeti Aviani *dubiae fidei epigramma a Barthio editum v. Poet. lat. min. V p. 425.* **Aviānus** *et* **Aviānius** *nom. gent.* (*Ἀϊανὸς* CORP. inscr. Graec. 4750, *Ἀϊάνιος* 2641). Avianus *non certum; in omnibus exemplis rectius fortasse* Avianius *intellegitur*: CORP. VI 35687 (*periit*) 〈S〉ex. Licinius Atticus . . . Avianae Sa〈t〉urninae coiugi. X 4029 (*Capuae, periit*) C. Avianus (mulieris) l. Liccaeus. *cf.* 3742 *infra sub* Avianius. V 5325 (*Comi, periit*) C. Avianus Pipin〈. . .〉. VIII 15939 (*in prov. procos.*) C. Avianus Agricola (*non ab editore descripta*; AVIAN- *Espérandieu in editione*). VIII 18686 (*in prov. Num., non descripta ab editore*) Aviana Ianuaria. Avianius, -a *nom. gent.* CIC. epist. 13, 21, 1 M. Aemilius Avianius (Avianus *Medic.*, Avinianus *Harlei. Palat.*) vir cum bonus tum perhumanus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

et in omni genere officii diligendus. ... domum eius quae est Sicyone. 13, 27, 2 Aemili Aviani (Aemili Avianiani *Medic.*, Aemiliani *Harlei. Palat.*). *fuit patronus C. Aviani Euandri artificis* (*cf. Robert, PW. II 2372*): Cic. epist. 13, 2 C. Avianio Euandro ... et ipso multum utor et patrono eius M. Aemilio familiarissime. 7, 23. Plin. nat. 36, 32 Avianius (Aula- *pars codd.*) Euander. *cf.* Porph. Hor. sat. 1, 3, 90. *item patronus C. Aviani Hammoni*: Cic. epist. 13, 21, 2 C. Avianium (Avinianum *Harlei.*) Hammonium libertum eius (*M. Aemili Aviani*). 13, 27, 2. Cic. epist. 13, 35, 1 Flacco Avianio (Aviano *Harlei.*) meo ... familiarissimo. 13, 75 C. Avianio (Aviano *Harlei.*) Flacco. ... a te ... peto, ut de loco, quo deportet frumentum, et de tempore Avianio (Aviniano *Palat.*) commodes. 13, 79, 1 C. Avianium (Avinium *codd.*) Flaccum. ... C. Avianius (Avinius *Palat.*) *filius eius, item* Marcus. ac. 2, 80 Puteolos videmus, at familiarem nostrum C. Avianium (Avianum *Leidens. Voss. 86*) fortasse in porticu Neptuni ambulantem non videmus. Cic. epist. 13, 35, 1 C. Avianius (C. Avianus *Medic.*, T. Avianus *Palat.*, Avianus *Harlei.*) Philoxenus antiquus est hospes meus et praeter hospitium valde etiam familiaris, quem Caesar meo beneficio in Novocomensis rettulit; nomen autem Avianii (Aviani hic *Palat. Harlei.*) secutus est, quod homine nullo plus est usus quam Flacco Avianio .... *commendatur proconsuli Siciliae.* L. Aurelius Avianius Symmachus *pater Q. Aureli Symmachi oratoris, cf. Seeck, Mon. Germ. auct. ant. VI p. XL sqq.*: Corp. VI 1698 (*a. 377*) Phosphorii. Lucio Aur. Avianio Symmacho v. c. praefecto urbi (*a. 364—65*), consuli.... 31402—4. Avianius (*?*) *fabularum scriptor, v. sub* Avianus. *nomen frequens in Campania et in Africa*: Inscr. Graec. Sic. Ital. 499 (*Catinae, vers. hexam.*) κλαῦσε δὲ καὶ τάρχυσε Ἀβιάνιος ἣν παράκοιτιν. Corp. VI 1058, 3, 84 (*a. 210*) Q. Avianius Victor *vigil.* 1058, 5, 111. 12877 L. Avianius Did⟨ymus⟩. 12878—12882. 31005 Avianius Vindicianus v. c. (X 1683 Avianius Vindicianus v. c. cons. Camp. 6313. '*potest esse Vindicianus is ad quem vicarium extat rescriptum imp. Gratiani a. 378 (Cod. Theod. 10, 19, 9)*' *Mommsen*). 33697 C. Avianius Maurus. XIV 244 (*Ostiae, imperante Tiberio*) C. Avian⟨ius ...⟩ *IIvir.* 1587 C. Seius C. l. Fronto, Aviania (mulieris) l. Arbuscula. X 479 (*Paesti*) C. Ceppio Callimacho patri, Avianiae matri. 485. 1064 (*Pompeis*) L. Avianius L. f. Men. Flaccus Pontianus *IIvir i. d.* 1147 (*Abellini*). 1656 (*Puteolis*) Felicitati perpetui (*sic*) temporis d. n. Valentiniani ... Avianius Valentinus v. c. cons. Camp. 1762. 1792 C. Avianius C. f. C. n. Flaccus duo vir. 1793. 2133. 2134. 2135. 2354. 3067. 3701 (*Cumis*) C. Aviani Epagathí August(alis) Cumis. 3742 (*Atellae*) C. Aviani Liccaei. 6791 (*Aenariae*) A. Avianius Cilo. 7006 (*Centuripis*). IV suppl. XCI 7 (*in tabula cerata*) L. Avianí ⟨...⟩. III 7435 (*in Moes. inf., a. 182*) proc(uratore) Avianio Bellico. VIII 1680 (*in prov. procos.*) Aviania Matidia. T. Avianius Hilarianus. 1681. 1786. 2162. 2165. 4894 L. Avianius L. f. Quir. Marcellus civ⟨is⟩ Hipponiensis. 4920. 4921. 4990. 14621 Aviania Muntana ⟨L.⟩ f. 15597. 16427. 16699 L. Aviani(us) Felix sacerdos Saturni. 17164 Q. Avianius M. f. Quír. Marcellus Pescennianus. 2564 (*in prov. Num., imperante Elagabalo*), 1, 45 Avianius Castus *miles leg.* 3065 Aviania Castula *sponsa Caecili Restuti mil. leg.* 3449. 3824. 18370*?* 18944. 20452 (*in Maur. Sitif.*) M. Avianius Silianus. **Aviasius** *nom. gent.* Corp. XI 720 (*Bononiae*) HS CCCCC nomin(e) C. Aviasi T. f. Senecae f. sui T. Aviasius Servandus pater testament(o) legavit. **Aviatius** *nom. gent., cf. etrusc.* (Corp. inscr. etrusc. I 1933) larisal kalisniś aviati. Corp. VI 2379 a, 2, 3 (*a. 144*) M. Aviatius Iustus Arretio. **Avidius,** -a *nom. gent., cf.* Audius (*et infra p. 1450, 19*). Ἀουίδιος, Ἀβίδιος, Ἄβιδιος *Graeci, v. infra. ex rerum gestarum historia innotuerunt hi fere* (*de quibus cf. v. Rohden, PW. II 2378—2386*): T. Avidius Quietus, *frater C. Avidi Nigrini, a. 82 legatus Thraciae; filius eius* Avidius Quietus *procos. Asiae a. 125—126.* C. Avidius Nigrinus *leg. Aug. pr. pr., proconsul, Hadriano insidias fecit, a. 118 Faventiae necatus est; filia eius* Avidia Plautia, *amita imperatoris* L. Aureli Veri. C. Avidius Heliodorus *praefectus Aegypti imperante Antonino Pio.* Avidius Cassius *natione Syrus, legatus Syriae, a. 175 imperatorem se appellavit eodemque anno interfectus est. filium habuit Heliodorum. de eo vide* Capitol. Aur. *et* Gallican. Avid. *al. falsa imp. Veri epistula* (Gallican. Avid. 1, 6): Avidius Cassius avidus est ... imperii. *huius nominis Italiam mediam quasi quandam esse patriam tituli demonstrant, quorum antiquissimi prodierunt Interpromi, Corfini, Trebulae Mutuescae in agro Hadriano, Beneventi; praeterea rara exempla innotuerunt ex Galliis, Dalmatia, Hispania, Africa.* Corp. VI 200, 8, 7 (*a. 70*) P. Avidius H⟨...⟩. 975 a, 3, 25 (*a. 136*) Cn. Avidius Cn. f. Priscus. 1057 (*a. 205*), 1, 108 L. Avidius Gaetulicus. 1, 154. 2, 111 C. Avidi(us) Rufinus. 28357. 34592. 259, 1, 4 (*Ostiae*) L. Avidius Zenanticus. 851. 2408, 4, 15 (*Bovillis, a. 169*) Avidius Fatalis *adlectus scaenae.* 2616 (*Tusculi*). IX 26 (*Lupiis*) C. Avidius C. f. Cam. Rufus. 81 (*Brundisi*) Avidia Hesperis. 953 (*Aecis*) C. Avidius Vitalis Augustalis. 1632 (*Beneventi*) L. Avidio L. f. Ste. IIIIvir. aed., L. Avidio L. f. patri, Catiae Vibi f. matri. 2706 (*Aeserniae*). 2707. 2878 (*Histoni*). 3027 (*Teate Marruc.*). 3213 (*Corfini*) C. Avidius V. f. 3933 (*Alba Fuc.*). 4024. 4243 (*Amiterni*). 4244. 4913 (*Trebulae Mutuescae*) Sex. Avidio T. f. Se⟨r.⟩ Sex. Avidius Aenea l. et sibi et ... Avidiae matri .... 5047 (*in agro Hadriano*) M. Avidius P. f., C. Flavonius C. f. mag. Inscr. Ephem. epigr. VIII p. 24 n. 111 (*Aufidenae*). p. 32 n. 129 (*Interpromi*) L. Avidius L. f. ... mag. Mart. ... faciundum. coer. Corp. X 275 (*Grumenti*). 3382 (*Miseni*). 3410. 3718 (*Literni*). 3957 (*Capuae*). 5066 (*Atinae*) C. Avidio C. f. Ter. Clementi aed. IIvir. equo publico. *idem* 5399. 5405, 2, 1 *et* 5 (*Aquini*). 8059, 62 (*in signaculo*). XI 639 (*Faventiae*). 1621 (*Florentiae*). 3695 (*Caere*). 3694. 4249 (*Interamnae*) Sex. Avidi Sex. l. Theopili. 5752 (*Sentini*) Avidiae C. f. Tertulliae flam., matri municipal. 6169 (*Suasae*) C. Avidio C. f. Naevidiano IIviro qq., auguri Suasae. 6553 (*Sarsinae*) ossa C. Avidi Primitivi, Avidius Favor et Aufidia Ianuari parentes. V 121 (*Polae*). 2403 (*in reg. X*). 4458 (*Brixiae*) ⟨P⟩ostumi⟨ae⟩ P. f. Paullae Avidiae Proculae Rutiliai Probae sacerd. div⟨a⟩i August. V suppl. ital. 1085, 1 (*in lamella eburnea*) T. P. Avidi P. P. f. Inscr. Notiz. degli scavi 1903 p. 3 (*Albintimili*). Corp. XII 3344 (*Nemausi*). XIII 2448 (*in prov. Lugud.*) diis manibus Thaemi Iuliani Sati ⟨fi⟩l(ii) Syri de vico Athelani ... Avidius Agrippa fratri ('*Avidius Agrippa Thaemi frater nomen gentile haud dubie ab Avidio Cassio ... accepit ...*'). 6954 (*in Germ. sup.*). III 1924 (*in Dalmatia*). 2202. 2203. 2378. 8521 Nicala Avidia (*sic*). 14775[1]. VII 570. 628 a (centuria) Avidi. 628 b (centuria) Audi. 629 (centuria) Avid(i) Rufi. 912*?* II 1774 (*in Hispan. Baet.*). 4310 (*Tarracone*) Q. Avidio Primulo sacerdoti Caelestis. 6257, 27 (*in vasculo*) Avidi Ni(...). VIII 1912 (*in prov. procos.*). 16587. 3048 (*in prov. Numidia*) Avid. Rufina ... C. Avidius Rufinus pater filie. 11833 (*in prov. Byzac.*). Inscr. Graec. Sic. Ital. 1406 (*Romae*) Γαΐῳ Ἀουιδίῳ Κλεινίᾳ. Corp. inscr. Att. III 1032 (*inter annos 169 et 175*) T. Αὐλίδιος Φαρνά⟨κ⟩ης. 1147, 1, 58 (*imperante Commodo*) Ἀβίδιος Φαρνάκης, Ἀβίδιος Ὀκταβιανός. 1147, 3, 58 Ἀβί. Ὀκταβιανός ... Ἀβί. Φαρνάκης. 1177, 2, 62 (*saec. III ineunte*) Ἀβίδιος Θεηκόλος Μαρ(αθώνιος). 1202 (*altera saec. III parte*), 2, 24 Ἀβίδ. Εὐάρεστος. 3, 26 Ἀβίδι. Θεόδοτος. 1248 Ἀβί. Φιλοπά(τωρ). Inscr. Graec. Sic. Ital. 905 (*Sorae*) Ἀβιδία Ἀγριππῖνα. 1024 (*Romae, imperante Caracalla*) Γ. Ἀβίδιος Τροφιμιανός. *v. etiam* Abidius *sub* Abbius. **Avidiānus** *cogn.* Corp. VI 2360 Ti. Claudio Avidiano f(ilio) ... fecit Fortunatus pub(licus) et Claudia Logas parent(es). VIII 2257 (*in prov. Num.*) Fl. Avidia⟨nus⟩. Corp. inscr. Att. III 2087 Αἰλία Ἀβιδιαν⟨η⟩ Εἰσιὰς ἐκ Σουνιέων. *v. etiam* Abidianus *sub* Abbius. Cod. Iust. 9, 2, 6 *imp. Gordianus A.* Avidiano (*a. 243*). **Avidiārius** *nom. gent.* Corp. VI 1056 (*a. 205*), 1, 13 Avidiari Eutyches. 1, 21 Avidiari Valentine, *vigiles.* **Avidiēnus** *nom. gent.* Hor. sat. 2, 2, 54 frustra vitium vitaveris illud, si te alio pravum detorseris. Avidienus, cui Canis ex vero ductum cognomen adhaeret, quinquennis oleas est et silvestria poma .... *hoc nomen qui propter aviditatem putant Horatium posuisse errant.* Corp. IX 1604 (*Beneventi*) ⟨.⟩ Avidieno T. f. Ste. XV 7699 (*in fistula*) Avidienius; *sed* '*sine dubio parum accurate excepta; fortasse fuit*: ... Avidienus ...'. **Avidiaccus,** -a *nom. gent.* Corp. IX 346 (*Canusi*) T. Avidiacco T. l. Apulo. 3429 (*Peltuini, a. 242*) T. Avidiacco Restituto et Blaesio Natale aedd. qq. 3608 (*Aveiae, a. 213*) T. Avidiaccus Furianus eq. pub. 4245 (*Amiterni*) T. Avidiac⟨c⟩o T. fil. Flaviano ... T. Avidiaccus T. lib. Philetus pater, Iulia Feidana mat. 3573 (*in pago Fificulano*) C. Curtilius C. f. Quir. Marcellus et Avidiacca Colchis parentes. 3500 (*Peltuini, periit*) ⟨...⟩idiaco Pricen⟨...⟩. **Aviēdius,** -a *nom. gent.* Corp. IX 3386 (*in reg. IV*) T. Aviedius (mulieris) l. Stabilio. XI 5083 (*Mevaniae*) Aviedia C. f. XII 4651 add. (*Narbone*) P. Aviedius P. l. ⟨...⟩. **Aviēnus,** -a *nom. gent.* Bell. Afr. 54, 1 ⟨C.⟩ Avienus tribunus militum X legionis. 54, 4 C. Aviene. Corp. VI 12896 P. Avienus Prímus, Aviena P. l. Fausta. 12897 Aviena Eucumene ... et Aveienius (*sic*) Georgus frater. 33283 T. Avieni Tarentini. 34593 ⟨L*?* T*?*⟩ Avieni Eronis. 34594. Sex. Avienus Sex. l. Secundus. XIV 3729 (*Tibure*) Sex. Avieni ⟨Di⟩oscurid⟨i⟩s. X 470 (*Paesti*, = 591) M. Avienus Aedilis. 3700 (*Cumis*) Avienus Quarte⟨...⟩. 7521 (*in Sardinia*) Sex. Avíenó Callicli et Avienae Philumenae. XI 4384 (*Ameriae*) Clodiae L. f. Avieni (*sc. uxori*) matronae. 4495 C. Avienus Pudens. XIII 10010, 3139 b (*in vasculo Gallico*). III 6275*?* VIII 12237 (= 790, *in prov. procos.*) *duo exempla libris tradita, in uno* M. Avieni⟨...⟩, *in altero* M. Aulenius. *saeculo quarto, quinto, sexto clari facti sunt hi*: Rufius Festus Avienus *poeta Hieronymo paulo vetustior, cf. Marx, PW. II 2386. ad hunc refertur carmen* Carm. epigr. 1530 *cui praescripta* R(ufius) Festus v. c. de se ad deam Norti⟨am⟩: Festus Musoni suboles prolesque Avieni, unde tui latices traxerunt, Caesia, nomen, Nortia, te veneror lare cretus Vulsiniensi, Romam habitans, gemino proconsulis auctus honor⟨e⟩, carmina multa serens .... Hier. in Tit. 1, 12 *sqq.* in Phaenomenis Arati ... quem Cicero in latinum sermonem transtulit ... et nuper Avienus. Serv. georg. 1, 488 Avienus (Ab- *codices*). Aen. 10, 272 quarum (*stellarum*) nomina et effectus Avienus, qui iambis scripsit Vergilii fabulas, memorat. .... auct.: Avienus (Avienius *cod. Floriac.*) cometarum has differentias dicit. 10, 388 Avienus tamen, qui totum Livium iambis scripsit. Avien. carm. ad Flav. Rufus Festus Avienius v. c. Flavio Myrmeico v. c. Arat. *praemissa in edit. princ.* Rufi Festi Avienii. *item* ora *in fine.* Arat. *praemissa in cod. Gudiano 143 Wolfenb.* Rufi Festi Avieni. *item* ora *in fine in cod. Orteliano. cum hoc Avieno cognati fortasse hi*: Macr. sat. 1, 4, 1 Avienum. 1, 6, 26 Messalla tuus, Aviene, dictus a cognomento Valerii Maximi qui ... Messalla cognominatus est. *passim apud* Macr. 1, 4, 1 Aviene (Aviane *cod. Bamberg.*). Amm. 28, 1, 48—50 Abienus ... ex coetu amplissimo. *in codicibus nonnunquam*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

pro Avienus Avianus, *pro* Avianus Avienus. *consules a. 450. 501. 502, cf. Seeck et Hartmann, PW. II 2385 et 2391*: Gennadius Avienus *cos. (cum Valentiniano VII) a. 450, de quo* SIDON. epist. 1, 9; *ex Corvinorum familia ortum se voluit.* INSCR. christ. Rossi I 748 Abinio. 750 Habieno. CORP. IX †1370 Abieno v. c. *huius nepos* Rufius Magnus Faustus Avienus *cos. a. 501, ad quem Ennodius scripsit.* Flavius Avienus Iunior *cos. a. 502. vide etiam Mommsen, Mon. Germ. XII p. 489* Avienus *v. ill. et patricius, praefectus praetorio a. 527/8.* Aviēnius: CORP. VI 12898 (*periit*) Avienia Sex. l. Thais. XIV 251 (*Ostiae, a. 192*), 4, 2 Sex. Avienius Heraclida. 3, 6 Sex. Avienius Onesiphor(us). INSCR. Notiz. degli scavi 1897 p. 527 (*Ostiae*) Sex. Avienio ⟨...⟩ ... ⟨Se⟩x. Avienio Agathurso.... (*v. etiam supra p. 1450, 56. 64. 65 sqq.*). **Avielius** *nom. gent., cf.* Avelius. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 389 n. 94 (*in Hispan. Baet., litteris saec. I*) C. Avielius C. f. Pap. Paelignus praefec(tus) iure dicundo. **Avillius** *et* **Avilius** (ī, *ut opinor*, Avíll- CORP. III 1262), *nom. gent., cf. etrusc.* avile: CORP. inscr. etrusc. I 3575 Θania veti uhtavial aviles. PLVT. Rom. 14 *γενέσθαι παῖδας αὐτῷ* (*Romulo ex Hersilia*) ... *ἕνα δ' υἱὸν μόνον, ὃν Ἄβλιον μὲν ἐκεῖνος ἀπὸ τῆς γενομένης ἀθροίσεως ὑπ' αὐτοῦ τῶν πολιτῶν ὠνόμασεν, οἱ δ' ὕστερον Ἀβίλλιον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἱστορῶν Ζηνόδοτος ὁ Τροιζήνιος πολλοὺς ἔχει τοὺς ἀντιλέγοντας.* CIC. Cluent. 36 Avillius (Avilius *codd. Faesulanus et Laurentian.*) quidam Lar no perdita nequitia et summa egestate. *perdidit is Asuvium.* L. Avillius Flaccus *praef. Aegypti a. 32—37, cf. v. Rohden, PW. II 2392; inimicus Iudaeorum, adversarium habuit Philonem.* HIER. chron. a. Abr. 2054 Flaccus Avilius. IORD. Rom. 259 per Flaccum Avilium. ACT. Arv. a. 155, 3 magisterio Avilli Qua⟨drati⟩. a. 156, 67 A. Avillio Vrinatio Quadrato *cos.* CONC. Agath. a. 506 Mansi 8, 337ᴰ Avilius presbyter missus a domino meo Caprario episcopo Narbonensi. *nomen in Italia haud rarum; antiquissima exempla prodierunt in Latio vetere, in Piceno, in Campania, in Gallia cisalpina.* Avillius *saepius scriptum quam* Avilius; *utraque forma haud raro, cf. infra l. 49. 60. 67. 78.* Avillius: CORP. I 1037 D. Avillius Pampilus (mulieris) l. VI 128 (*a. u. c. 747/8?*) Q. Avillius Adaeus magister vící. *cf.* 12907. 621 (*a. 90*) L. Avilli Plantae. 1056, 3, 75 (*a. 205*) Avilli Philomuse. 2484 C. Avillius C. f. Sca. Severus Fe⟨s⟩sulis mil. coh. III pr. 4368. 14634. 24764. 33512. 33763 Alcimo architecto ⟨A⟩ugustorum ⟨A⟩villia T. f. ⟨Qu⟩intilla. 34596—34597. 35743. 33920 (*quinquies*). XIV 247, 3, 12 (*Ostiae, imperante Antonino Pio*) A. Avillius Sab⟨...⟩. 2590 (*Tusculi, a. 186*) L. Avilli Metiliani *aedilis.* IX 358 (*Comusi*). 359. 466 (*Venusiae*) Oceanus Avil(li *servus*). ... Phaeder. Avil. 1750 (*Beneventi*). 2381 (*Allifis*). 2406. 3086 (*Sulmone*). 3199 (*Corfini*). 4073 (*Carsiolis*). 4893 (*Trebulae Mutuescae*). 5161 (*Truenti*) X 717ᵇ (*Surrenti*). 1090 (*Nuceriae Alafat.*) M. Calavius M. f. Men. Flaccus, ⟨Av⟩illia L. f. Betua mater.... Avilli⟨a...⟩. 1207 (*Abellae*). 1549 (*Puteolis, a. 62*) C. Avillius December. 1791 (*a. 181*). 6596 (*Velitris*). 6713 (*Anti*), 1, 11. 8059, 63 (*in signaculo*) Avillioru(m). XI 445 (*Arimini*). 1161 (*Veleiae*) Cn. Avillius Q. f. VIvir Aug. 1852 (*Arreti*). 1853. 2918 (*Visenti*). 3044 (*Polimarti, videtur periisse*) M. Avillius M. l. Dioc⟨l⟩es, M. Avillius M. l. Apollonida, M. Avillius M. l. Mena, Avilia M. l. Metrogenea, Avilia M. l. Cleopatra, ... M. Avillius M. l. Menander. XI 4678 (*Tuder*). 4796 (*Spoleti*). 5844 (*Iguvi*). 1147 (*Veleiae, imperante Traiano*), 3, 8 Avillio Optato. 3, 90. 4, 3. 7, 3. 7, 25. V 1914 (*Concordiae*). 2204 (*Altini*). 2574 (*Ateste*) Avillia Sal. l. Montana. 3508 (*Veronae*). 5964 (*Mediolani*). 6845 (*Augustae Praetor.*). 6899 (*in alpe Graia, a. u. c. 751*) C. Avillius C. f. 6926 (*'eiusdem regionis et sine dubio eiusdem quoque aetatis'*) T. Aimus, M. Avilliu(s). XII 720 (*Arelate, litt. saec. I*). 3703 (*Nemausi*). 4078. 4386. 4541 (*Narbone*) M. Abillíus M. lib. Gal. Silvanus. III 1262 (*in Dacia*) Avílliae Pietatis domo Aequ(o). 7242 (*in Achaia*) Q. Avili C. f. Lanuine salve. *Κόιντε Ἀουίλλιε Γαίου υἱὲ Ῥωμαῖε χρηστὲ χαῖρε.* 8376ᵇ (*in Dalmat.*) C. Iulius Maximus veter. coh. I Belg. v. f. sib. ed (*sic*) Avil. Amabili coniugi sue. 9938 (*a. 69/70*). 14354³⁶ (*in Pannon. sup.*). INSCR. Jahreshefte d. öst. arch. Inst. VI 1903 Beibl. p. 32 (*in Moes. sup.*) C. Avillius Pudens. INSCR. Rhen. 395. II 335 (*in Lusitania*). VIII 3299 (*in prov. Num.*). 7226. 8423 (*in Maur. Sitif.*) Caelia Thalassa Iudaea, ... M. Avillius Ianuarius coniugi. *cf.* 8499 Avilia Aster Iudaea, M. Avilius Ianuarius pater sinagogae fil(iae). *in latere* CORP. XV 282 (*'saec. I fere exeuntis'*) d(e) f(iglinis) Maced⟨onianis⟩ Sex. Avilli Me⟨...⟩. *in vasis Arretinis* CORP. XV 5028—5049 *et* XI 6700, 123—134 *et* XIII 10009, 62—71 Avilli. Avill. Avili. Avil. Avi. Av. *sim. in tegulis* CORP. XI 6674, 6 M. Avilli. 6689, 36 Cn. Avil. 277. *cf.* 6699, 32. V 8110, 49. 266. 267. 310. 8115, 14. *in vasis* CORP. V suppl. ital. 1080, 99 Avilli. Avil. XII 5686, 114 Avilius Feli. 115. II 4970, 75. 76 Avili. Avil. Avi. Av. *sim.* 6257, 72. VIII 22645, 58—67. 282—283 Avilli. Avill. Avili. Avil. Avi. Av. *sim.* Avilius (*vide etiam supra p. 1451, 32 et 21 sqq.*): CORP. VI 10077 L. Avilio Galatae fact(ionis) russ(atae) lib(erto), item Iuliae C. lib. Ampliatae. 10048, 13 (saec. II) *sed* 10069 L. Avill. Dionysio cond(itori) gr(egis) russatae. 32516 (*a. 126*) L. Avilius Quintianus. 33932. 35308 Flaviae Aug. lib. Regillae ... Avilia Agathe. XIV 3069 (*in cippo Praenestino*) C. Avilios. IX 5699 (*Cuprae Montanae*) V. Avilio(s) V. f., V. Alfieno(s) Po(bli) f. pagi Veheia(ni?). X 6397, 2, 9. 10 (*Tarracinae*). 151 (*Ravennae*). 2740 (*Volsinis*). INSCR. Notiz. degli scavi 1901 p. 280 (*prope Tusculum, liberae etiamtum rei publicae aetate*) M'.

Avilius (mulieris) l. V 323 (*in reg. X*). 825 (*Aquileiae*). 2849 (*Patavi*) 2856 C. Avilius Q. f. 2901. 4350 (*Brixiae*). 6897 (*in alpe Graia*). 7452 (*Vardagate*). 7478 (*Industriae*) C. Avilio L. f. Pol. Gaviano flamini diví Caesar(is) perpetuo. 7488. 7636 (*in agro Saluzzensi*) Avilia L. f. Tertula. 7669 (*Augustae Bagiennor.*). V suppl. ital. 1075, 26 (*in tegula*) Avilia M'. f. Paeta. XII 541 (*Aquis Sextis*). 5690, 17 (*in signaculo*). XIII 2072 (*Luguduni*). III 1810 (*in Dalmat.*). 12817 (p. 2260). 13552, 94 (*in instrumento*). II 1215 (*in Hispan. Baet.*). VIII 8801 (*in prov. Num., cf.* p. 1722). 11583 (*in prov. Byzac.*). 15940 (*in prov. procos.*). 20569 (*in Maur. Sitif.*) C. Clodius T. fil. Papiria Saturninus, ... Avilia Bona. *cogn.* CORP. V 3366 (*Veronae*) P. Fannius M. f. ... Annia P. f. Avillia uxor. III 14213² (*in Moes. infer.*) Aeliae Aviliae. II 4173 (*Tarracone*) C. Vallicius Avillius Volt. Nemauso veteranus leg. VII g. f. CONC. Agath. a. 506 Mansi 8, 337ᴰ Avilius presbyter missus a domino meo Caprario episcopo Narbonensi. **Avilliānus** *adi.* CORP. IX 1455 (*in Ligurum Baebianorum oppido, a. 101*), 2, 19 fund(i) Avilliani. XI 1147 (*Veleiae, imperante Traiano*), 2, 83 fundi Avillinlani (*sic*) partem dimidiam in Placentino pag(o) Veronense. *cf. Avillios in eadem tabula. cogn.* CORP. VI 25124 C. Publicius C. f. Avi⟨l⟩lianus. XV 3977—3982 (*in amphoris, a. 149*) M. Ovi Avilliani. XI 5069 (*Mevaniae, periit*) *traditur* Cn. Avilianus Simus. **Avilliēnus,** -a *nom. gent.* CORP. IX 4062 (*Carsiolis*) Q. Avillienus Q. f. Bassus. 4063 Q. Avillienus Fel⟨ix⟩. **Avilēnus,** -a *nom. gent.* CORP. III 13744 (*in Moes. infer.*) G. Avileno Proclian⟨o⟩. **Avillēdius,** -a *nom. gent.* CORP. IX 3760 (*Marruvii*) P. Avilled⟨ius⟩ Gilasco⟨...⟩. **Avilēius,** -a *nom. gent.* CORP. XI 3003 (*in agro Viterbiensi*), 17 *fundos* Baebianum et Philinianum Avilei Commodi. **Avinius,** -a *nom. gent., cf. etrusc.* (CORP. inscr. etrusc. I 1653) lar. avini artal. CORP. VI 975, 3, 33 (*a. 136*) M. Avinius M. l. Tychicus. XIII 10010, 2976a (*in vasculo Gallico*) Avini. COD. Greg. 2, 3, 1 impp. Valerianus et Gallienus AA. et Valerianus Caesar Avinio (Savino [Sabino] Salviano Albino Esabinio *pars codd.*) Octaviano suo salutem. ... quaecumque Iulius Agrippinus v. c. filiae tuae Aviniae (*codd.* Vinea Avinae Exavidiae, *nonnulli* Aviniae) sponsae donavit (*a. 259*). INSCR. christ. Rossi I 489 (*a. 400*) Calevius bendidit Avin(io) trisomu. **Avesidius,** -a *nom. gent.* CORP. XI 4670 (*Tuder, periit*) Avesidius Saturninus. **Avena** (-ia), **Avenus, Avenius, Avennius** *nom. gent.* CORP. V 3382 (*Veronae*) Aveniae Bassaridis filiae optim(ae) M. Gavius Cornelius Agathemer. Avenianus.... (*in latere*) manumissa alumna ... a M. Avena Macro splend. eq. R. VI 4990 Avenia Thalamio. IX 2379 (*Allifis*) C. Aveno Fa⟨...⟩. VIII 18086 (*Lambaesi*), a, 9 L. Avenius ⟨...⟩. VI 12807 L. Avennius L. f. Tro. Rufus L. Avennio L. f. Tro. Rufo patri. *cogn. mul.* CORP. V 8371 (*Aquileiae*) d. m. Cosconiae Aveniae coniug. optim. L. Cervon. Avitianus. **Aveniānus** *cogn.* CORP. V 3382 (*Veronae*) *v. supra l. 39.* **Avōnius** (Aōnius), -a *nom. gent., cuius multa exempla prodierunt Romae, pauca admodum in Latio vetere, in Etruria, in Dacia, in Africa. floruit iam inde ab initiis aetatis imperatoriae. Avonii paene omnes Sexti praenomen habuerunt. de forma* Aonius *v. Solmsen, stud. p. 70 et 174. eiusdem mulieris nomen, cuius maritus a Claudio manumissus est, et* Avonia *et* Aonia *scriptum est* (CORP. VI 10223 *et* 15121). Avonius: CORP. VI 200 (*a. 70*), 2, 8 Sex. Avonius Feli⟨x⟩. 5, 2 Sex. Avonius Saturninus. 975 (*a. 136*), 4, 46 Sex. Avonius Sex. l. Faustinus. 2332. 9889 D. Avonio Thalamo ... D. Avonius Heuretus l. 10223 Ti. Claudius Aug. lib. Ianuarius ... et Avonia Tyche uxore eius (*cf. infra p. 1452, 78*). 12942 M. Avonius M. l. Amaranthus. 12943 Sex. Avoni Amethysti. 12944. 12946 D. Avonio Iuliano. 12947. 12948 Sex. Avonio Primigenio Euzelus Aug. lib. fecit vernae suo. 12949. 12950. 12951 Sex. Avo⟨nio Sex.?⟩ Marti⟨alis l. Iusto?⟩ Stra⟨b⟩o⟨ni⟩. *adiecti sunt versus* (CARM. epigr. 1456) te rogo, praeter⟨iens, quisquis legis haec, mihi dicas:⟩ Avo⟨ni I⟩uste, sit t⟨ibi terra levis⟩. 12952. 12953—12955. 16221 C. Cornelio C. f. Sergia Fusco Avonia M. filia Isidora. 20460 D. Avonius Epaphra et Avonius Eurytus et Iulia Iole. *cf.* 12945 D. Avonio Euryto fecit Iulia Iole coniugi. 20580 Iuliae Niceni coniugi ... Sex. Avonius Mercurius. 21452 Q. Avonio Q. l. Gavolo. 27826 Turraniae Paezusae f. Sextus Avonius Epaphroditus coniu. 27828 Turraniae C. f. Semnae ... Sex. Avonius Ponticus coniugi. 34599. 34600. INSCR. Bull. com. di Roma 1902 p. 88 M. Avonius M. l. Atticus. INSCR. Notiz. degli scavi 1900 p. 575 Avonia M. l. Postima Lepida. XIV 275, a, 6 (*Ostiae*) ⟨A⟩vonia ⟨...⟩. 2181 (*Ariciae*) Q. Avonius Q. l. Bello. 2182 M'. Avonius M'. l. Menander, M'. Avonius M'. f. Hor., M'. Avonius ⟨M'. l.⟩ Alexsander. XI 3861 (*Capenae*). 1390 (*Lunae*). CORP. inscr. etrusc. I 3340 (*Perusiae*) Cornelia C. f. Avoni⟨a⟩ nata (*cf. Lattes, Archiv XIII 127*). CORP. III 1037 (*in Dacia*) C. Avon(ius) Vernuleus veter. leg. XIII ⟨Alexandr(ianae)?⟩. Aonius: CORP. VI 1063 (*a. 212*), 3, 1 Aoni Cratere *vigil.* 12089 Aoniae Fortunatae ... Aonia Faceta mater. 12090 Aoniae Inventae Sex. Aonius Heliades patronae. 12091 Aoniae Paulinae C. Iulius Rufinus coniugi. 15121 Ti. Claudio Ianuario Aonia Tyche coniugi (*cf. supra p. 1452, 55*). 23170 P. Magilio Vero ... Aonia Liberalis coniugi. VIII 18068, b, 32 (*Lambaesi*) T. Aonius Donatus Bagai, *militare coepit a. 173. cognominis locum tenet* CORP. VI 5331 Marciae Opetreiae Avoniae L. Marcius Phyllidianus filius. **Avaeus,** -a *nom. gent.* CORP. IX 4647 (*Interocri*) ⟨. A⟩vaeus T. f. Qu⟨i(rina)⟩, Q. Avaeus T. f. Qui., Varia L. f. 4457 (*in agro Ami-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ternino) Sex. Caleno Sex. f. Prisco .... Avaeae Felicitati. II 6277[b] (*in Hispan. Baet.*) Iulia Ian⟨u⟩aria ... Avaia M⟨a⟩xsuma m⟨a⟩ter filiae. Aveienius *errore pro* Avienus CORP. VI 12897. *sed v. etiam* Abeienus *sub* Abbius. **Avolēnus**, -a *nom. gent.* CORP. XI 879 (*Mutinae*) Avolenae M. l. Habrae, C. Avoleno (mulieris) l. Gallo, Avolenae (mulieris) l. Erotini. *cf.* VI 20792 L. Avvol⟨...⟩. **Avittius**, -a *nom. gent.* CORP. IX 423 (*Venusiae*) G. Avittius Epaphroditu⟨s⟩ mag. Aug. 607 Avittia ⟨...⟩. *Otto.*

1. aula (aulla, ōlla), -ae *f.* [*deminutive ab* alvus *vocabulo ductum, quod olim* *aulos *dicebatur. osc.* ůlam *'ollam' a Latinis tractum esse videtur. Th.*]. PAVL. FEST. p. 23 aulas antiqui dicebant, quas nos dicimus ollas, quia nullam litteram geminabant. NON. p. 543 aula, quam nos ollam dicimus; et est capacissimum vas. GLOSS. IV 24, 1. V 163, 49 aeni (aena*?*) ollas quas [c]aulas dicimus. 632, 39. *prisca verbi forma* aula *omnibus* PLAVTI *locis est tradita, praeterea* NAEV. com. 104. CATO agr. 81. 85. 86. 157, 9 (olla *ter*). GELL. 17, 8 *quinquies.* ITALA psalm. 59, 10 (*v. p. 1454, 51*). QVEROL. *saepius* (*v. p. 1454, 14.* olla p. 22, 18. 45, 22). AMM. 28, 4, 34. aulla: PLAVT. Mil. 856 (*in A*). CATO agr. 52, 1 (*in P*, aulas *A*). 87 (aullam *Pol.*, ollam *v*, aulam *apogr.*). ola: CORP. VI 2962. 16312 (= I 1047). 19075. 29983 (*ibid.* oll-). VII 19 (*in urna graphio script.*). XIV 2224. PAVL. FEST. p. 105 olam *Müller coni. forma vulgaris* ollum, -i *n.*: GARG. MART. pom. 1, 1 in dolium vini olla nova conclusa, ut in eo obtecta natent, esse mittenda. *pluribus locis legitur apud* PLAVT. CATONEM VARRONEM COLVM. SCRIB. LARG. PLIN. nat. IVV., *singulis* NAEV. CIC. CATVLL. HOR. LIV. SEN. nat. APVL. met. TERT. Vind., *ternis* CELS. MART., *bis* PERS. ISID. orig. 20, 8, 2 olla dicta pro eo, quod ebulliat in ea aqua igni subiecto, ut altius vapor emittatur (*cf.* GLOSS. V 574, 9). [*val.* oă, *francog. vet.* oule, *hisp.* olla *ab* olla *non ab* aula *derivatur. M.-L.*]

vas cuiuslibet materiae, plerumque coquinarium: NON. *v. supra l. 12.* ISID. diff. 1, 605 ollam: vas. GLOSS. *χύτρα*. III 270, 54 *χύτρα* olla, caccabus. II 474, 56 *χαλκεῖον* olla aeneum miliarium. III 204, 5 *λέβης*. 500, 37 *μηνίσκος* (*cf.* 530, 41). V 228, 41 olla illa alias vas ad quoquendum. ollam: *λέβητα*. II 479, 32 *χύτρα τετρημένη ἔνθα ὁ στήμων διάζεται*: olla animatorium (*v. II p. 86, 14*). *aenigma de olla*: ANTH. 481, 1. PLAVT. Amph. frg. 4 infringatur aula cineris in caput (Capt. 89 frangi). Aul. 390 aulam maiorem ... ex vicinia pete; haec est parva, capere non quit. 392. 580. 583. 611 onustam auri (617). 614 salvam. 709 auri plenam (821 ARGVM. Aul. 2, 1). 763 auri. 765. 809 quadrilibrem aulam auro onustam. ARGVM. Aul. 1, 3 domi ... defossam multis cum opibus. 1, 8 *et* 14. PLAVT. Capt. 846 astitui aulas. 916 Cas. 774. Curc. 368 magna (QVEROL. p. 49, 3). 396 quassa cum cinere. Mil. 853 ibi erat bilibris aula sic (auilis hic *codd.*) propter cados. 856 ubi bacchabatur aula (aulla *A*), cassabant cadi. Rud. 135 extarem (*cf.* aulicoctus. GLOSS. II 66, 46. VARRO ling. 5, 98 exta in olla [-o *F*], non in veru coquuntur. LIV. 41, 15, 2). NAEV. com. 104 (Varro ling. 7, 108) exbolas quassant aulas. CARM. epigr. (Corp. IV 1896) 33, 2 lingit *conviva* ollam aut caccabum (*'in murum Pompeianum fortasse ex Atellanae aut mimi memoria transcripti versus' adn. Bücheler*). CATO agr. 7, 2 uvae in olla in vinaceis conduntur (VARRO rust. 1, 58. CELS. 1, 6 p. 24 adiecta uva ex olla. 2, 24 p. 69 SCRIB. LARG. 104. PLIN. nat. 14, 29 uva ... ollis utilissima. 14, 56. *cf.* ollares uvae). 52. 81 in aulam aheneam aquae calidae plenam (VVLG. II Macc. 7, 3 iussit sartagines et ollas aeneas [*τήγανα καὶ λέβητας*] succendi. GLOSS. V 163, 45 aena ollas aenas. *ibid.* 49). 85 novam (87 COLVM. 12, 8, 1. 12, 16, 1 in olla nova fictili. 12, 59, 4 SCRIB. LARG. 60 *bis* PLIN. nat. 10, 109. 23, 109. 30, 77. 35, 35 PELAGON. 111 GARG. MART. pom. 1, 1 *v. supra l. 23.* MARCELL. med. 16, 101. 20, 53. 22, 1). 86. 156, 2. 157, 9. 158, 1. VARRO Men. 68 (Non. p. 543) ollarum (*loc. corr.*). 190 oculis observare ollam pultis, ne aduratur. ling. 5, 108 *bis.* rust. 1, 59, 3. 3, 14, 5 ollam cum foraminibus. frg. Non. p. 223 ollam rudem fictilem (FEST. p. 158 COLVM. 8, 8, 7 SCRIB. LARG. 76. 122 PLIN. nat. 14, 16. 27, 83. 33, 85. 34, 104 AVIAN. fab. apol. 11. ANTHIM. 3 p. 9, 29 in buculari non coquatur, sed in olla fictili). CIC. epist. 9, 18, 4 ollam denariorum implere. HOR. sat. 2, 4, 71 venuncula convenit ollis (PLIN. nat. 14, 34 ollis aptissimam). FEST. p. 310 inicit far in ollam (*unde Müller coni.* PAVL. FEST. p. 105 insipere far in olam [farinolam, -nulam *codd.*] iacere pultis). CELS. 4, 26 p. 152. SEN. nat. 3, 17, 2 vitreis ollis inclusi adferuntur *mulli* (PELAGON. 18). COLVM. 9, 15, 5 vas ansatum simile angustae ollae. 9, 15, 6. 12, 8, 2. 3. 12, 12, 34 in ollam, quae fert amphoras tres. 12, 45, 2 *bis.* 12, 45, 3 (*quater*) similiter doliis exstruuntur ollae. ... ne bibulas aut male coctas ollas emat. 12, 48, 3. SCRIB. LARG. 104 pira Crustumina, Segnina olla reposita. PERS. 4, 31 farrata. 5, 8 si ... olla Thyestae fervebit saepe ... cenanda Glyconi. PLIN. nat. 15, 60. 90. 17, 64 perforatas. 18, 106. 116. 358. 20, 99. 21, 83. 23, 11. 12. 91 cruda. 28, 134. 171. 29, 120 *bis.* 30, 24. 52. 31, 46 ollis ... e figlino opere crudis. 130. 32, 67. 37, 142 plenam olei. MART. 12, 18, 21 vilica. 12, 32, 21 plena turpi matris olla resina. 13, 8, 1 imbue plebeias Clusinis pultibus ollas. IVV. 14, 171 grandes fumabant pultibus ollae (VVLG. IV reg. 4, 38 *λέβητα τὸν μέγαν*. MARCELL. med. 20, 84). GELL. 17, 8, 2 aula (*var.* olla) una lentis Aegyptiae. 17, 8, 3. 5. 8 aula (*var.* olla) ... oleo indiget et ... fervit. 17, 8, 17 deferbuerat. AMPEL. 8, 5 olla aerea, in qua Pelias coctus dicitur (SERV. Aen. 7, 662 *Hercules* fingitur ad eum [*Gergonen*] olla aerea transvectus, quod habuit navem fortem et aere munitam. VVLG. IV reg. 25, 14 AVIAN. fab. apol. 11). APVL. met. 2, 7. ITALA exod. 16, 3 (Tert. ieiun. 5) quando super ollas (*ἐπὶ τῶν λεβήτων*) carnium sedebamus (= VVLG. *cf.* HIER. in Zach. 3, 14 p. 935 amaverunt ollas Aegyptias. epist. 78, 13 contempsimus. 108, 31 nec ollas Aegypti et virulentias carnium desideravit. ISID. in num. 15, 7 quaerentes ollas peccatorum nigras). iud. 6, 19 (Lugd.) ius exinanivit in ollam (VVLG. mittens in ollam, *ἐν τῇ χύτρᾳ*). ACT. Arv. (a. 218) A 25 *fratres Arvales* reversi in aedem in mensa sacrum fecerunt o⟨ll⟩is. *ibid.* 29 ollas precati sunt (*cf. Henzen, Acta fratr. Arv. p. 30*). FIRM. err. 8, 2 caesum *Solem* ... in olla decoquunt. VESPA 78 comburor (*sc. cocus*) ad ollas (*B*, illas *A*). PALLAD. 1, 17, 3 QVEROL. p. 22, 15. 18. 45, 22 (*cf. sub 2* aula *p. 1455, 81*). 45, 23. 47, 5. 49, 14. 53, 11. 56, 2. 56, 6 *bis.* AMM. 28, 4, 34 aulis adsistunt. SCHOL. Hor. sat. 2, 4, 71. SCHOL. Arat. p. 300, 11 sub olla (*Arat. 982 χύτρης*). VVLG. num. 11, 8 (*χύτρᾳ*, ITALA Lugd. caccabo). I reg. 2, 14 mittebat eam in lebetem vel in caldariam aut in ollam sive in cacabum (*εἰς τὸν λέβητα τὸν μέγαν ἢ εἰς τὸ χαλκεῖον ἢ εἰς τὴν χύτραν*). IV reg. 4, 39 pulmenti. 40. 41 *bis.* II par. 35, 13. Iob 41, 11 de naribus eius (*dei*) procedit fumus sicut ollae succensae atque ferventis (*καπνὸς καμίνου καιομένης*. Ier. 1, 13 [*cf.* EVCHER. form. 7 p. 45, 2 olla tribulationis excoctio]. Am. 4, 2). 41, 22 fervescere faciet quasi ollam (*χαλκεῖον*) profundum mare. eccles. 7, 7 sicut sonitus spinarum ardentium sub olla (*ὑπὸ τὸν λέβητα*). Sirach 13, 3 quid communicabit cacabus ad ollam (*χύτρα πρὸς λέβητα*)? quando enim se colliserint, confringetur. Ezech. 24, 3 (ITALA Hier. in Ezech. lebetem). Ioel 2, 6 omnes vultus redigentur in ollam (*πᾶν πρόσωπον ὡς πρόσκαυμα χύτρας, quod vertit* HIER. in Ioel 2, 1 *sqq.* p. 185 omnis vultus sicut adustio ollae; *suam ipsius versionem ita explicat ibid.* p. 186: pavoris multitudine vultus omnium in ollae similitudinem convertantur, quae igne combusta nigredinem et fuliginem foedi monstret aspectus. *ibid.* p. 189 instar adustae ollae. *cf.* Nah. 2, 10 facies omnium eorum sicut nigredo ollae, *ὡς πρόσκαυμα χύτρας*). Mich. 3, 3 conciderunt *ossa* sicut in lebete et quasi carnem in medio ollae (*ὡς σάρκας εἰς λέβητα καὶ ὡς κρέα εἰς χύτραν. cf.* GILD. chron. III 86 MARCELL. chron. II p. 99, 517, 1). SVLP. SEV. dial. 1, 13, 4 forte non creditis ollam cum holeribus ... sine igni fervere. MARCELL. med. 5, 16 rudem (*v. supra p. 1453, 63.* 9, 30 rudem bene lotam. 15, 109. 16, 49). PLAC. med. 34, 3 APIC. 213. 216. AVIAN. fab. 11, 1 geminas ... ollas. SIDON. epist. 8, 11, 3 vers. 47 ollarum ... nebulae vapore iuncto fumant cum crepitantibus patellis. VICT. VIT. 2, 22 (*bis*) nimium bullientes. ANTHIM. 3 p. 9, 19 *et* 24. 75 coquas in olla tamen, nam non in aeramine. PLIN. VAL. 2, 37 recentem.

proverbialiter: CATVLL. 94, 2 hoc est, quod dicunt, ipsa olera olla legit (*cf. Archiv 4, 350*). PETRON. 38 scito autem: sociorum olla male fervet, et ubi semel res inclinata est, amici de medio (*cf. Friedländer, Festschrift für O. Hirschfeld 1903 p. 8*). *in imagine*: GAVDENT. serm. 2 p. 858[c] neque in olla cordis carnei ... ipsum decoquas sacramentum (*i. Christi carnem et sanguinem*). AMBR. inst. virg. 12, 79 Moab aula spei vel olla (*sic* VVLG. psalm. 59, 10, *λέβης*, *cf.* HIER. tract. in psalm. 107 p. 183, 32 CASSIOD. in psalm. 107, 9) spei meae; utrumque enim in codicibus invenitur .... est et olla uterus Mariae (*cf. 2* aula *p. 1459, 27*), quae spiritu ferventi, qui supervenit in eam, replevit orbem terrarum, cum peperit salvatorem (*cf.* EVCHER. form. 7 p. 44, 22 olla prosapia). VVLG. Ezech. 24, 3 vae civitati sanguinum ollae (*λέβης*).

speciatim ollae ossuariae, sepulcra plebis et servorum, quae in columbariis condebantur: CARM. epigr. 973, 9 (= CORP. VI 21200, *saec. I*) mea sunt híc ossua in ólla consita. 1133, 1 (= CORP. VI 10006) non hic ólla meós cineres au⟨t continet arca⟩. CORP. VI 17780 (= I 1055) emerunt locum ollarum XV ... sum(ma) ollarum superius et inferius n(umero) XXX. 2993. 3936 dat olla(m). 3941. 3992 int(ulit) in una (olla). 3994. 4094. 4893 vendidit ... ollas duas gradu tertio ab imo. 5181 ollae n. XXXVI propriae iuris eius. 5533 columbaria II ollae IIII et in podio olla I. 6150 ollaru(m) decem sepulchrum partem tertiam decumam emit ab socieis XII. 6870. 7100. 7631. 7803 emit in monimento ... columbaria n. X ollarum n. XXXX. ... haec colu(m)baria et ollae alio nomine neminem sequentur. 8122 in hoc ordine ab imo ad sumum columbaria IX ollae XIIX. 8123 et sub scala ollas VI linia perpetua ad sumum ol. XVI. 8124. 8125 col. VIII ollae n. XVI linia perpetua. 8126. 8127. 8128 columbaria continua VII ab imo oll. XIV. 8130. 8130[a] *bis.* 8131 ollas VI quas ile detit. 8132. 8133 hoc ordine ol. IIII columbario I et II. 8134. 8135 ollas singulares perpetuas V. 8169 ab titulo susum ol. XIX. 8491 ex parte parietis mediani et lecti unius et ollar. n. (*sic*). 8736 ollae emptori monumenti suc(cedendi) ius non erit. 9189 aediculam cum ollis ossuariis (*bis*). 9290 (*a. 13 a. Chr.*) Hilara ... cum Mida sita est in eadem olla. ... Hilara minor viva rogavit, ut ossa sua in olla Midaes coicerentur, cum mortua esset. 10134 olla(m) emit de suo. 10241, 18—19 in ... vacuam possessionem earum ollarum et cinerariorum T. Flavius Artemidorus Herennio Agricole ire aut mittere ossaque inferre permisit. 10294 (*a. 4*) ollas V dari adsignari. 11389. 11449 hic ordo ab imo usque susum ollarum VI. 11615 hae ollae datae sunt ab C. Anchario. 11648 in pariete sinisteriore ollas

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

num. VII. 11988 ollas inferiores interiores II. 12312 ollas ossua(rias). 12671. 12677 Elena legat ollas II C. Valerio. 12905 columbaria IIII oll. VIII se vivo a solo ad fastigium mancipio dedit. 13009 sub scala oll. VIII. 13407 ollae continentes duae. 13557 pariete dexterior(e) ollas C. 13871 locum ollarum duarum dedit donavitque. 13922 oll. VI cum cinerario. 14248. 14413 C. Carni Quadrati empta olla ab arca publica. 14461 oll(a) empta Plario Chres(imo), emit Carvilia. 15836. 15869. 16033 ollarum quae in his aedificiis insunt et consacratae sunt religionisque earum causa. 18049 huius monumenti partem dimidiam dexteriorem cum aedificio ollis ossuar(iis) columbaris emit. 19075 aedicla parti senexteriosum olaru(m) n. VIII emit. 19873 olla(m) eius si qui ouuiolarit ad íferos non recipiatur (INSCR. Notiz. degli scavi 1897 p. 407). 22045. 22298. 26105. 26235 olla(m) una(m) dedit. 26562. 28126. 28759 columbarium cum ollas duas. 29983 ollarum partion (*?*). de olas n. XVIII, qu(a)e sunt intro in monimento communi, ex parte III. oll(ae) n. VI. 33951 olla(m) inferiorem quae est dat. 34002, 4 donaverunt monumentum...exceptís ollís duabus. *ibid.* 5 *et* 7 quibus ollas donavi. 34042. 34166. 35243. 35274. 35547 in ossuaria magna (= *ossuario magno*) oll⟨ae sunt⟩ III, vacuae sunt II. VII 19. X 1938 (*a. 14 a. Chr.*). 1961. 2346. 6454 ol(as) II. 6500. 6551 ollas cont(inet) supra tit(ulum) XII. 6607 loco don(ato) ollar(um) IIII. 7930. 8288. 8299 columbaria II ollarum IIII. XIV 2553 (= CARM. epigr. 1032, *saec. I in.*) ólla I Secundaé. 595 numeru(s) olla(rum) X. 777. 862. 999. 1020. 1038 adauctis ollis n(umero) XVIII. 1106. 1530 ollas cum columbar(is) XII. 1582. 1636 B 10 in quo pari(e)te sunt ollae ossuaria(e) numero XIIII. 1868 aedicula cu(m) ollis et conditivo et columbaris n(umero) II. 2224 ola una. 2553 ólla I. 3838 (= CARM. epigr. 1025) óllas duas. CARM. epigr. 200 (*suspect.*) ollam Severi flaminis ne tangito.

synonyma: aenum, (aena), aeramen, (aeramentum, alveus, baucalis, boletar, bria, bridus), buculare, caccabus, (cadus), caldaria, (coculum, cucuma, cupa, fidelia, gillo), lebes (*cf.* ISID. orig. 20, 8, 4), (matula), miliarium, patella (*cf.* ISID. orig. 20, 8, 2 quasi patula; olla est enim oris patentioribus), (polubrum), sartago (seria, sitella, situla, trulla, trulleum, urceus, urna), vas. *derivata*: aulula (oll-), ollare, ollaris, ollarius, ollarium, ollicula, auxilla. *composita*: aulicoctus, ollicoquus.

2. aula, -ae *f.* [*a gr. αὐλή tractum. Th.*]. GLOSS. II 251, 1 NOT. Tir. 104, 45. PAVL. FEST. p. 25 ae syllabam antiqui Graeca consuetudine ai scribebant, ut aulai, Musai. CHAR. gramm. I 18, 18 dicunt quidam veteres in prima declinatione solitos nomina genetivo casu per as proferre, item dativo per i, veluti haec aula, huius aulas, huic aulai. *cf.* PRISC. gramm. II 185, 6 GRAMM. suppl. 94, 30 *sqq.* 99, 6. *legimus* aulai VERG. Aen. 3, 354 (*cf.* MART. CAP. 3, 266). *vox poetarum in sermone sollemnis inde a* VERG. (PACVV. trag. 114 *pro* aura *Scaliger*, 102 *pro* auram *Ribbeck* aula, -am *vix recte coniecerunt*), *a scriptoribus sermonis pedestris saepius demum inde a* TAC. SVET. *de aula Caesarum usurpata, singulis locis a* CIC. VAL. MAX. CVRT. MELA PLIN. nat. QVINT., *binis* VITR. APVL., *tribus* SEN. *philos.; deest in* AVG. civ. SERV. Aen. 3, 354 aula . . . proprie dicitur, quae concluditur porticibus quattuor. AVG. quaest. hept. 2, 177, 9 quam illi (*Graeci*) appellant *αὐλήν*, nostri aulam vocaverunt. sed iam non atrium isto nomine, sed domus regia significatur in latina lingua; apud Graecos autem atrium. ISID. orig. 15, 3, 3 aula domus est regia sive spatiosum habitaculum, porticibus quattuor conclusum. BEDA gramm. VII 262, 4 aula latine domus regia est, aule graece atrium dicitur. unde notandum, quod in psalmo (28, 2), ubi legimus 'adorate dominum in aula sancta eius' (VVLG. in atrio sancto), non 'palatium' aulae nomine, sed 'atrium' graeco vocabulo debet intellegi.

I *i. q.* ***cohors,*** *pecudum stabulum*: SERV. Aen. 9, 59 Graeci *αὐλάς* vocant animalium receptacula. HOR. epist. 1, 2, 66 *venaticus* cervinam pellem latravit in aula. PROP. 3, 13, 39 vacuam pastoris in aulam dux aries saturas ipse reduxit oves. GRATT. 167 ipsa venabitur aula ille (*canis*) tibi. ITALA Ioh. 10, 1 (cod. r) intrat per ianuam in aula ovium (VVLG. ovile ovium; *αὐλὴν τῶν προβάτων*. *cf.* PAVL. NOL. carm. 17, 208 *p. 1458, 81*). *de labyrintho Minotauri*: SEN. Phaedr. 174 aula cur fratris vacat? *de cavea*: PETRON. 119, 17 tigris . . . aurata gradiens vectatur in aula. *de specu*: SIL. 6, 216 feralem strepitu circumtonat aulam *serpentis* . . . ungula. *de arca Noe*: CYPR. GALL. gen. 313 ales . . . nunquam sociae se reddidit aulae.

II *i. q.* ***atrium*:** GLOSS. V 269, 27 pro atrio. 442, 11. III 313, 40 *ἐξέδρα*. *cf.* atrium *p. 1101, 16*. **1** *domuum privatarum* (*cf.* atrium *I 1*): HOR. epist. 1, 1, 87 lectus genialis in aula est. VITR. 6, 7, 5 mesauloe dicuntur, quod inter duas aulas media sunt interposita. QVINT. inst. 7, 9, 4 *αὐλητρὶς* illa vulgata, cum quaeritur, utrum aula, quae ter ceciderit, an tibicina, si ceciderit, debeat publicari (*amphiboliae exemplum, cf. Theon. progymn. 4 p. 81, 32 Sp.*). ANTH. 476, 2 quicquid dimittis in aula, effluit et subitis rumoribus oppida pulsat. QVEROL. p. 45, 22 quae nos aula recipiet? quae nos olla tuebitur? (*ludit formis utriusque verbi aula*). AMBR. Hel. 9, 31 non defaenerata excludit heredem aula ieiuni. CARM. poet. min. V 118, 78. 91 avitae in sedibus aulae. COD. Iust. 6, 35, 12 (*a. 532*) sive in triclinio vel in porticu vel in aula. *proverbialiter*: PS. AVR. VICT. epit. 48, 18 illa minutiora et, ut dicitur, intra aulam. AVSON. 419, 70 de cognitis mihi atque intra aulam familiaribus. *metaphorice pro aulam, domum inhabitantibus*: PRVD. c. Symm. 2, 768 soli pacis domino mea serviat aula (*cf.* VVLG. Ios. 24, 15). **2** *i. q. atria publica* (*cf.* atrium *I 2*): *de deorum templis*: STAT. silv. 3, 1, 10 unde haec aula recens . . . agresti Alcidae? 4, 3, 161 renatae Tarpeius pater (*i. Iuppiter Capitolinus*) intonabit aulae. MART. 7, 60, 1 Tarpeiae venerande rector aulae. *pro atrio Libertatis*: CASSIOD. var. 5, 21, 3 quos nostra electio aulam iusserit Libertatis intrare. 6, 4, 3. 6, 15, 3. 8, 22, 4. 6, 16, 3 cui patrum aula reseratur. 3, 6, 1 ut variis frondescat senatus aula virtutibus. HIER. epist. 58, 4 in qua (*Hierosolymis*) . . . aula militum. VICT. VIT. 3, 68 iuvenes . . . in aulis educati monasteriorum. CASSIOD. var. 1, 6, 2 in Ravennati urbe basilicae Herculis . . ., cuius nomini antiquitas congrue tribuit, quicquid in aula praedicabili ammiratione fundavit. **3** *regum, nobilium, heroum, deorum* (*cf.* atrium *p. 1102, 12 sqq.*): GLOSS. aula *αὐλή, βασιλικὸς οἶκος*. domus regia. aula regalis *οἰκία βασιλική*. VERG. georg. 2, 504 penetrant aulas et limina regum. Aen. 1, 140 illa se iactet in aula Aeolus (OV. epist. 11, 65). 3, 354 aulai medio. 4, 328 siquis mihi parvulus aula luderet Aeneas (IVV. 5, 138). HOR. carm. 2, 10, 8 invidenda (*cf.* PORPH.). 4, 6, 16 laetam Priami choreis. 4, 14, 36 Alexandrea . . . vacuam patefecit aulam. PROP. 4, 4, 55 tua (*sc. Tati*) . . . sub aula. OV. epist. 1, 89 *Vlixis*. 8, 21 vidua *Menelai*. met. 4, 512. 11, 536 soporiferam Somni (STAT. Theb. 10, 115). 11, 764 nitida . . . remotus ab aula (STAT. Theb. 11, 727). 14, 46 *Circes*. VITR. 5, 6, 8 valvae ornatus habeant aulae regiae. SEN. epist. 29, 5 ostendet mihi . . . *philosophum* in aula [Herc. f. 999 *pro* valva *trad.*]. Tro. 2 quicumque . . . magna potens dominatur aula (Herc. O. 1590 nulla [nec ulla *A*, ne ulla *Σ*] dominetur aula, qui). 772. 982 fraus sublimi regnat in aula. Ag. 81 iura pudorque et coniugii sacrata fides fugiunt aulas. Thy. 697 tota succusso solo nutavit. Herc. O. 210. 605. 1016 tectis crepuit excussis. OCTAVIA 218 deserit altam Iuppiter. MELA 1, 60 Thebae . . . ut Homero dictum est centum portas, sive ut alii aiunt centum aulas habent, totidem olim principum domos. LVCAN. 2, 165 Pisaea (*i. Oenomai*). 8, 473 hospitis adventu pavidam. 493. 10, 55 Pellaea (*i. Aegyptia. cf.* CLAVD. 24, 33). 10, 73 Pompeianis habitata manibus. 116. 422 districta epulis ad cunctas aula patebat insidias. 440 foribus . . . clausae se protegit aulae. 504. PLIN. nat. 13, 41 dominantis. VAL. FL. 6, 47 orbā . . . beatior (*Anausis quam Iason*) aulā. 7, 102 infida. 7, 301 Echionia (*i. Thebana*. STAT. Theb. 2, 310). 8, 166 SIL. 1, 167. 3, 423 saeva Bebrycis. 16, 267 trepida terrorem sparsit *taurus* in aula. STAT. Theb. 1, 166. 300. 388 adclinis postibus aulae (3, 347). 1, 511 tecta interioris (ulterioris *codd.*) ad aulae progreditur. 2, 110. 148 mediis in sedibus aulae (3, 396. 12, 695 Ach. 1, 842). 2, 226 interior . . . sonat aula tumultu. 3, 442 arcana (Ach. 1, 750). 7, 51 innumeris strepit aula Minis. 12, 334. silv. 1, 3, 39 ad silvas . . . respicis, aula. 2, 2, 109 Tirynthia. 4, 6, 90. Ach. 1, 207 imbelli . . . Lycomedis. 507 Peleos. MART. 9, 35, 3 Arsacia. 9, 43, 11 variae tumidis terroribus aulae. CYPR. GALL. Ios. 264 qui (*reges*) dumosis posuere in montibus aulas. iud. 175. AVIEN. orb. terr. 630 (*ex coni.*). 664 Ithaci vetus aula tyranni. 955. 1200 maxima Bel[l]i. 1217. DAMAS. (*?*) epigr. 28, 5 divitis. SERV. georg. 3, 25 Attali regis (Aen. 1, 697 ISID. orig. 19, 26, 8). VVLG. gen. 45, 16 regis (*εἰς τὸν οἶκον Φαραώ*). IV reg. 7, 9 (*εἰς τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως*). Esth. 4, 2 (*εἰς τὴν αὐλήν*). 12, 1. 5 ut in aula palatii moraretur. Dan. 4, 26 in aula (*ἐπὶ τῷ ναῷ τῆς βασιλείας αὐτοῦ*) Babylonis deambulabat. 5, 5 in superficie parietis aulae regiae (*τοῦ οἴκου τοῦ βασιλέως*). I Macc. 11, 46 fugit rex in aulam (*εἰς τὴν αὐλήν*). II Macc. 13, 15 HIER. epist. 53, 5. 100, 7. 121, 1 aulas vitare palatii. PS. RVFIN. in Am. 7, 12/13 loco . . . Bethel, in quo respicis aulam fabricatam et sanctificationes regis. CLAVD. 17, 281 summersam fluctibus (*Neptuni*). 22, 341 pingitur aula columnis. rapt. Pros. 1, 109 deserta (*deorum*). 1, 133. 3, 148 tacitae. SVLP. SEV. chron. 2, 13, 6. MART. CAP. 1, 73 totam aulae ipsius curiam. 2, 123 Tonantis. SEDVL. carm. pasch. 1, 285 radians ubi regia fulvis emicat aula tholis. IORD. Get. 34, 179 ut amplitudo *areae* ipsa regiam aulam ostenderet. CORIPP. Ioh. 7, 448 Boreas Scythica iam liber ab aula. *metaphorice*: VAL. FL. 2, 349 omnis aula (*i. omnes qui in aula adsunt*) silet (*cf. supra l. 3*). *transfertur ad apium alveum vel cellas*: VERG. georg. 4, 90 melior *ductor* vacua sine regnet in aula (*affert* COLVM. 9, 10, 2). 4, 202 aulasque et cerea regna refigunt.

speciatim: **a** *de inferorum domo* (*cf. Euripid. Alcest. 260*): HOR. carm. 2, 18, 31 nulla certior . . . rapacis Orci . . . aula divitem manet erum. 3, 11, 16 inmanis . . . ianitor aulae Cerberus (SIL. 2, 552 lacrimosae). PROP. 4, 11, 5 fuscae deus. VAL. FL. 1, 828 Tartarei . . . patris. SIL. 2, 671 inferni . . . parentis. 13, 522 Stygiae . . . formidinis. 13, 577 erumpit lacrimarum . . . amnis ante aulam atque aditus et inexorabile limen. STAT. Theb. 12, 277 Persephonen . . . Stygii tacet aula mariti (*versum om. P*). CLAVD. rapt. Pros. 2, 365 Ditis. CARM. epigr. 667, 6 sideream raptum omnipotentis in aulam. 1829, 4 patris Plutonis. *nota*: CORP. V 6128, 9 praecipitem memet superi mersere sub aulas. **b** *de caelo*: OV. fast. 1, 139 caelestis ianitor aulae (*i. Ianus*) (IVVENC. 3, 496. HYMN. Ambr. I 8, 7 caelestis aulae milites *i. martyres*. HIER. epist. 58, 3 ENNOD. carm. 2, 137. CARM. epigr.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

722, 5 [*a. 649*] sursum capta celesti regnat in aula. 726, 6 [*a. 783*] floreat. 1622, 5. *cf.* SEDVL. carm. pasch. 3, 320 *p. 1459, 3.* PRVD. perist. 14, 62 *p. 1458, 80.* PROSP. *p. 1459, 1 sqq.*). SEN. Thy. 1078 aetheriae potens dominator aulae (MART. 13, 4, 1 CYPR. GALL. gen. 961 IVVENC. 2, 195 VEN. FORT. carm. 3, 30, 3 aetheris). STAT. Theb. 3, 483 superae . . . conditor aulae. silv. 1, 1, 106 caeli (SIDON. carm. 7, 37). CYPR. GALL. exod. 559 qua licentia fluctus gigneret (*sc. Moyses*), astrigera dominus nisi mitteret aula. Ios. 403. CARM. laud. dom. 60 his (*luminibus*) aulam domini placuit contexere ditis (dictis *trad.*). AVIEN. Arat. 1508 caelum super, aula deorum, . . . convolvitur. AVSON. rhop. 31 dans aulam Stephano pretiosam dilapidato. MAR. VICT. aleth. praef. 96 patria nunc . . . ab aula despicit *Adam*. SEDVL. carm. pasch. 2, 60 *Christum* spatiosa . . . lati non capit aula poli (VEN. FORT. carm. 4, 6, 18). **c** *de Caesarum palatio*: OCTAVIA 162 vacuam . . . Erinys . . . intravit. 285 soror Augusti sociata toris cur a patria pellitur aula? 892. 533. 624 licet exstruat marmoribus atque auro tegat . . . aulam. 668 cruentam principis. 689. 948. 699 residens in aula. 781. STAT. silv. 3, 3, 67 Tibereia . . . aula tibi . . . panditur. 4, 2, 23 tanta patet moles effusaeque impetus aulae. MART. epigr. 2, 10 ultima pars aulae deficientis. 5, 6, 8 intra limina sanctioris aulae. 7, 40, 1 Augusta (CORIPP. Iust. 1, 82. 197. 205. 359. 2, 222. 263). 7, 99, 3 Parrhasia (*i. Palatina*) (8, 38, 3. 9, 11, 8. 12, 15, 1). 9, 36, 10 tanta. SVET. Cal. 39 quidquid instrumenti veteris aulae erat. Tit. 2 educatus in aula (AMBR. hex. 1, 2, 6). PANEG. 12, 12 p. 281, 28 vacans (SIDON. epist. 1, 11, 6). SPART. Get. 3, 2 LAMPR. Heliog. 2, 1. 5, 3. 6, 4 Alex. 45, 5 CAPITOL. Maximin. 3, 5. Pert. 8, 8 qui se ex privatis domibus in aulam contulerant. TREB. Gall. 20, 3 Palatina. AVSON. 257, 1. AMBR. c. Aux. 29 aulae contemplatione regalis infractus. CLAVD. 3, 113 regalem ad summi producam principis. 3, 177. 5, 142 fores praedivitis . . . intrat. 7, 11 nutrix aula fovet. 7, 156. 8, 141 ululata verendis . . . puerperiis. 10, 38. 191. 18, 144 (*opp.* privata domus). 19, 14. 20, 20. 64. 133. 462. 584. 22, 207. 27, 26 alta. 28, 90 Eoa. carm. min. 25 praef. 3. 31, 52 me sancto cingeret aula choro. COD. Theod. 13, 3, 12 (*a. 379*) intra penetralia regalis aulae . . . floruerunt. 6, 30, 12 (*a. 390*) palatinis intra aulam obsequiis deputandi sunt. VICT. VIT. 1, 43 intra aulam suam. 2, 10. CASSIOD. var. 1, 10, 2 qui nostrae aulae videntur iugiter excubare. VEN. FORT. carm. 4, 4, 15 palatina regis. CORIPP. Ioh. 2, 385 ferae gentes nostris famulantur in aulis. Iust. praef. 7 media. 18. 1, 27 secreta sacrae. 48. 134. 177 vacuam. 211. 251. 285. 2, 71 altam. 284. 3, 6. 12 lata. 38. 234 divinae. 390. 4, 104. 122. 192. 211 summa. 288 principis haec, haec aula dei. 312. 3, 16 Memphitica. 2, 125 Vandalica. Ioh. 6, 228 Sidoniam.

inde translate aula (regia) (‘*Hof*’): *fere i. q. regia potestas; imperium*: CIC. epist. 15, 4, 6 omni auctoritate aulae communita. SEN. Thy. 392 stet quicumque volet . . . aulae culmine lubrico. OCTAVIA 35 fulgore primo captus et fragili bono fallacis aulae. LVCAN. 8, 239 positis . . . insignibus aulae. 8, 451 ne iura fidemque respectumque deum veteri (-is *VG*) speraveris aula (-lae *VG*. SCHOL. Bern. dicit diu regnantis . . . fidem non servare). SIL. 3, 443 Bebryciae Poenus fines transcenderat aulae. 15, 494. STAT. Theb. 2, 168 vobis . . . aulae cura meae . . . promittitur. 2, 398 pactae tandem succederet aulae (*cf.* SCHOL.). 6, 67 adflictae . . . aulae *Lycurgi*. 11, 302 vacuae ceu proximus aulae. 11, 661 saevis imbutum moribus (imbutus amoribus *BM*) aulae iudicium. bell. Germ. frg. 4 prope Caesareae confinis Acilius aulae. MART. 9, 79, 7 haec est aulae natura potentis (*sc. Caesarianae*). 12, 6, 1 contigit Ausoniae . . . aulae Nerva. IVV. 4, 93 illa quoque tutus (*sc. Crispus*) in aula (*sc. Neronis*). 6, 486 praefectura . . . Sicula non mitior aula (*sc. Phalaridis*). TAC. hist. 1, 7 eadem . . . novae aulae mala. ann. 6, 43 qui (*Abdagaeses*) tum aula et novo rege potiebatur. SVET. Cal. 12 deserta desolataque reliquis subsidiis aula. CLAVD. 5, 6 tibi credita fratrum utraque maiestas geminaeque exercitus aulae (18, 281). 8, 2 *annus* nota fruitur . . . aula. 8, 219 altera Romanae longe rectoribus aulae condicio. 10, 265 dignior aula vultus. 12, 22 fluit unde semen aulae. 13, 5 tractus ab aula rursus in aulam redeat sanguis. 15, 237 germana . . . dissidet. 17, 164 tali succumberet aulae Fabricius. 17, 257 quo *habitu* iungitur aulae curia. 18, 487. 21, 50. 22, 86 mediis dissensibus aulae. 26, 567. 28, 22 Latiae sublimis signifer aulae. 28, 558 inter veteris speciem praesentis et aulae. 28, 596 iure paludatae. carm. min. 25, 66 aulae . . . labores emensus. 30, 160 nubilis aetas . . . votis erexerat aulam incertis. OROS. hist. 7, 37, 1 Rufino *disciplina* orientalis aulae, Stiliconi occidentalis imperii *commissa*. SIDON. epist. 2, 13, 5 ipsam aulam turbulentissime rexit. carm. 1, 27 aeterna. SEDVL. carm. pasch. 2, 78 ferus arbiter aulae Hebraeae (*i. Herodes*). PRISC. Anast. 180 auspiciis gaude, princeps, felicibus aulae. 240 fidos eligis aulae custodes. CASSIOD. var. 7, 5, 1 aula nostra . . . peritis dispositoribus instituta. 7, 34, 2. COD. Iust. 7, 37, 3, 1c (*a. 531*) alienationes de aula procedentes. VEN. FORT. carm. 6, 1, 16 regia Caesareo proficit aula iugo. 8, 1, 33 aulae celsa regens quondam modo iussa ministrat. CORIPP. Iust. 1, 60 vestrae . . . invidus aulae. 1, 186 mutans dominos Romana. ILDEF. vir. ill. 7 regiae aulae illustrissimus . . . rector. *nota tit.*: CORP. VI 1783, 1 quaest(ori) aulae divi Theodosi. *transfertur ad deum*: APVL. mund. 27 regnum illud (*sc. Asiaticum*) ita componi oportet cum mundi aula. *fere i. q. vita in aula acta*: VAL. MAX. 7, 1, 2 se probare securitate ridens tugurium quam tristem curis et sollicitudinibus aulam. SEN. dial. 4, 33, 2 rarissimam rem in aula consecutus, . . . senectutem. 9, 6, 2 quorundam contumacia non facit ad aulam. Herc. O. 617 plures fulgor concitat aulae. CVRT. 8, 8, 21 haudquaquam aulae et adsentantium accommodatus ingenio. TAC. hist. 1, 22 aulam Neronis et luxus . . . ostentantes. 2, 71 cetero Neronianae aulae ingenio. ann. 1, 7 excubiae, arma, cetera aulae. SVET. Vesp. 14 interdicta aula sub Nerone. SPART. Hel. 5, 2 in aula diu non fuit (*opp.* in vita privata). ENNOD. opusc. 1, 24 p. 268, 4 aulae angustia in artum res privatas agitabat. epist. 7, 5, 1 p. 175, 16 nostis, quid poscat aula. 8, 7, 1 p. 205, 9 nec eliminat pii amoris aula fervorem. ARATOR ad Vigil. 9 ecclesiam subeo dimissa naufragus aula. *de aulicis, ministris regalibus* (*cf. p. 1456, 3 et 67*): HOR. carm. 1, 29, 7 puer . . . ex aula (PORPH. hoc est ‘regius puer’). STAT. Ach. 1, 341 ne te suspectum (*sc. Achillem*) molli non misceat aulae rector. 1, 719 virginea . . . Lycomedis in aula est . . . latens. MART. 9, 16, 3 puer tota domino gratissimus aula. TAC. hist. 1, 13 prona in eum aula Neronis. 2, 95 nemo in illa aula probitate aut industria certavit. ann. 2, 43 divisa . . . et discors aula erat. 15, 34 Vatinius inter foedissima eius aulae ostenta fuit. SVET. Nero 6 Claudius inter ludibria aulae erat. Vit. 4 praecipuum in aula locum tenuit (AMM. 15, 1, 2 qui summam aulam tenebant. 21, 15, 4 locum obtinentes in aula regia primum. *cf.* PRVD. perist. 14, 62 *infra l. 80*). APVL. met. 7, 6 quidam multis officiis in aula Caesaris clarus. SPART. Hadr. 4, 5 per ea tempora, quibus in aula familiariorum fuit. LAMPR. Comm. 1, 7 qui in aula institutores habentur. AVR. VICT. Caes. 39, 35 regem in ditionem subegit, simul liberos coniugesque et aulam regiam. SYMM. epist. 9, 88 (83), 1 in aula positum . . . ambire. AMM. 26, 7, 6 ad aulae varios actus . . . admissi. 29, 2, 6 conloquiis ex aula regia praepigneratus abstrusis. 30, 9, 2 petulantiam frenarat aulae (aurle *V*) regalis. VVLG. Esth. 11, 3 vir magnus et inter primos aulae regiae. HIER. epist. 79, 1 aulae nos insinuare regali. CLAVD. 21, 308 aulae . . . tumultum . . . lenire. 26, 315 migrantis . . . fugam compescuit aulae. 26, 454 amplexus alacris quis disserat aulae? ENNOD. opusc. 1, 58 p. 277, 4 nusquam in aula tua ambitus. dict. 13, 5 p. 465, 21 Paterium et aula veneratur et curia. COD. Iust. 3, 1, 13, 1 (*a. 530*) iudices . . . ex aula nostra dati. VEN. FORT. carm. 4, 4, 15 palatina regis . . . in aula . . . vixit. 4, 13, 5. 4, 19, 5. 4, 24, 7 regali . . . intimus aulae. vita Germ. 159 regalis aulae domesticus. CORIPP. Iust. 1, 148 te sustinet aula. 4, 186 officiis summam tutantibus aulam. VITA Vedast. (Mon. Germ. script. Merov. III) 1, 7 erat gratus paenes regiam aulam.

4 *in sermone biblico et apud christianos*: *pro templo, ecclesia, basilica; cf.* atrium *III p. 1104, 6*. GLOSS. V 442, 11 atrium, portica sanctorum. ITALA psalm. 95, 9 (Paul. Nol. epist. 20, 3) adorate dominum in aula sancta (VVLG. atrio sancto, *cf.* atrium *p. 1103, 52. v.* BEDA *p. 1455, 56.* APRING. in apoc. 11, 2). Is. 1, 12 (Barnab. 2, 5) calcare aulam meam (*πατεῖν τὴν αὐλήν μου*, VVLG. ut ambularetis in atriis meis). LVCIF. non parc. 6 Odiam dei sacerdotes . . . pellebant ex aula dei. AMBR. off. 2, 21, 111 ornare dei templum decore congruo, ut etiam hoc cultu aula domini resplendeat. PS. DAMAS. epigr. 83, 11 martyris aula (*i. conditorium sacello instructum*). PAVL. NOL. carm. 18, 329 revellit turba reluctantem et sancta procul exigit aula. 18, 352 sacratam Felicis mittit ad aulam (20, 318). 19, 369 reliquis . . . recentior aulis. 19, 405 aulae ipsius in spatio. 19, 447 ab aedituis sacram curantibus aulam. 20, 109 sanctas referebat in aulas. 21, 460 benedicti martyris aulas. 576. 663. 27, 371. 380. 383. 482. 28, 10 illic (*in atrio*) adiunctis sociantur moenibus aulae. 28, 180. epist. 32, 3 (*vers.*) caelestes aulam condebat in actus. 32, 5 (*bis*). 32, 15 (*bis*). VICTRIC. 29 divinis pateat aula martyribus. *ibid.* martyres sibi aulam parari . . . iusserunt. VICT. VIT. 1, 4 venerabilis aulae clausas repererant portas. ALC. AVIT. hom. p. 138, 29 subterraneo cryptici sinus recessu turgens aula. CARM. epigr. 314 Theodosius coepit, perfecit Honorius aulam doctoris mundi sacratam corpore Pauli. 652, 3 (*a. 368*) tua perpetuis datur aula sepulcris. 684, 2 sancta . . . requiescit in aula. 690, 5 renovandam. 919, 1 aula micat, ubi corpus . . . Antiochi quiebit. 1373, 1 ⟨Stepha⟩ni requiescis in aula. VEN. FORT. carm. 1, 4, 1. 1, 15, 53 instaurata . . . sacri baptismatis aula. CORIPP. Iust. 4, 288 *cf. p. 1457, 41.* INSCR. christ. Rossi II p. 152, 28, 1 aula di claris radiat speciosa metallis. ARATOR act. 2, 409 niveam translatus in aulam ecclesiae . . . carcer. *pro ecclesia, regno caelesti* (*cf. christianorum locos sub II 3 a, de caelo p. 1456, 83 sqq. et* APVL. mund. 27 *p. 1457, 83*): TERT. test. anim. 6 stabit *omnis anima* ante aulam dei die iudicii. COMM. instr. 1, 25, 5 ingredere iam nunc totiens invitatus in aula. 2, 10, 6 in aula recurrant. ARNOB. nat. 2, 33 in aulam dominicam tamquam in propriam sedem remeaturos vos . . . praesumitis. 2, 36 alterum quempiam genitorem his (*sc. animis*) esse, dignitatis et potentiae gradibus satis plurimis ab imperatore (*sc. deo*) diiunctum, eius tamen ex aula. 2, 37 aulam semper incolerent *animae* regiam (*sc. dei*). PRVD. perist. 14, 62 primum . . . Agnes hunc habuit gradum caelestis aulae. PAVL. NOL. carm. 17, 208 oves greguntur pacis in aulam. AVG. trin. 3, 4, 9 nihil . . . fit . . ., quod non de interiore invisibili atque intelligibili aula summi imperatoris . . . iubeatur (*cf.* PROSP. sent. 58). PROSP. epigr. 95 (92), 14 regnum peccati

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

respuat aula dei. c. coll. 8 ut ... catechumenis ... caelestis misericordiae aula reseretur. carm. de ingrat. 647 stercore raptos ... caelesti traderet *cura* aulae. SEDVL. carm. pasch. 3, 320 aulae caelestis regni quis possit maior haberi. SIDON. epist. 1, 9 si quis ... in aulam gratiae aditus. CARM. epigr. 669, 2 Christi ... gaudet in aula. 1442, 2 ossa sub hac lapidum ... mole quiescunt, sacra animam ... aula tenet. CORP. V p. 623, 16, 13 aeternae Christus precium tibi destinat aulae. INSCR. Rossi II p. 279, 2, 1 aula salutis. *de paradiso*: CYPR. GALL. gen. 50 laeta paradisus in aula instruitur. RVST. HELP. hist. testam. 9 semper amica piis peccantes respuit aula. *de corpore humano mentis sede*: LACT. opif. 8, 4 *hominis* mens ... in summo capite conlocata tamquam in arce sublimi speculatur omnia et contuetur. hanc eius aulam deus ... formavit. CARM. laud. dom. 121 ut se mortali caelestis spiritus aula exueret. AMBR. spir. 1, 3, 54 quae (*sc. Christi caro*) aula virtutis ... est. in psalm. 45, 13 admirabile templum dei et aula caelestis, quod ... intra triduum resurrexit. in psalm. CXVIII 21, 10 qui habet in aula sua, corde videlicet suo, verba dei. 19, 1 concluditur femina, cum fit peridrome matricis ...; unde graves oriuntur angustiae et nisi in locum suum illa recipiendorum seminum aula revocetur, vitam consuevit excludere. exhort. virt. 4, 27 quis non venerabitur aulam pudoris (*i. me Iulianam*)? hex. 6, 9, 68 quid est ... os ... nisi ... aula verborum? Noe 7, 17 in capite ..., quasi in aula imperiali virtutum concilium sibi contrahat. *paulo infra*: decet ... praestantiorem esse aulae regalis nitorem. LEO M. serm. 19, 1 ut *anima* ... in aula mentis possit divinae vacare sapientiae. PROSP. carm. de ingrat. 386 cordis in aula. PS. PROSP. carm. de prov. 926. *de utero Mariae vel ipsa Maria virgine*: ZENO 2, 11, 4 virginalis uteri aula secretior. EPIST. pontif. Migne 13 p. 1177[B] ut illud genitale dominici corporis, illam aulam regis aeterni concubitus humani semine coinquinaret. AMBR. inst. virg. 6, 44 virili semine aulam ... incestare caelestem. 7, 50 *Iohanni* praesto erat aula caelestium sacramentorum. 12, 79 habitavit in nobis quasi rex sedens in aula regali uteri virginis .... aula regalis est virgo, quae non est viro subdita, sed deo soli (*cf. 1* aula *p. 1454, 54*). 17, 105. paenit. 1, 1, 4 cuius (*David*) posteritas aula caelestis est, utero virginali suscipiens mundi redemptorem. epist. 30, 3. 42, 7. 63, 110 (= in Luc. 10, 132) quia cognoverat per filii mortem mundi redemtionem, aula regalis putabat se et sua morte publico muneri aliquid addituram. HYMN. Ambr. I 4, 14 procedat de thalamo suo, pudoris aula regia, geminae gigas substantiae. 12, 6 genus superni luminis processit aulā virginis. CASSIAN. conl. 17, 5, 2 ARNOB. in psalm. 14. [IVV. 3, 11, 2 aulam *pω* pro aviam *P*.]

synonyma: *ad I*: (cohors), ovile, (saeptum, stabulum). *ad II*: atrium (*cf. p. 1104, 63 sqq.*), domus (regia), palatium, templum. *derivata*: aulaeum (*?*), aulicus, aularius. *compositum gr.*: mesaulos.

Aula *v.* Aule. [*Münscher.*

[Aulacia], -ae. ENN. var. 62 V. (Lact. inst. 1, 65) *Caelum avum Iovis* dicit Euhemerus in Oceania mortuum et in oppido Aulacia (*HPV*, aut lacia *R*, aulatia *S*) sepultum. *Diehl.*

Aulacis vicus. CONC. Ephes. a. 431 Mansi 5, 702[A] (*interpretatio Marii Mercatoris*) Eutychius de vico Aulacis primus Tessarescaedecatitarum haereseos. *Otto.*

aulaea *v.* aulaeum *infra l. 61.*

aulaeolum NOT. Bern. (ed. Schmitz, Panstenographikon I 1874) p. 13[a].

aulaeum (aulēum), -ī *n. e gr. αὐλαία αὐλεία* (*cf. Dittenberger*[2], *sylloge inscr. graec. 653, 35 (Andaniae) et* AVG. quaest. hept. *infra l. 73*) *transformatum. graecorum scriptorum verbi αὐλαία testimonia* (*antiquissimum Hyperid. frg. 139 Bl.*) *v. apud K. Zacher, de nominibus gr. in αιος αια αιον, Diss. philol. Halenses III 1 p. 138.* aulaea, -ae: AVG. civ. 18, 29 epist. 105, 15 GLOSS. IV 23, 33. 209, 37. 406, 38. V 338, 21. 442, 13. *cf.* TERT. spect. 20 *p. 1460, 80.* aulium: NOT. Tir. 106, 66. auleum: LVCIL. 732 (Non. p. 360) VARRO frg. Non. p. 537 CIC. Cael. 65 (*in P*) SALL. hist. frg. 2, 70, 2 (*in B*) VERG. georg. 3, 25 (*in Pc*) Aen. 1, 697 (*in PRγbc*) HOR. sat. 2, 8, 54 (*praeter γ*). 2, 8, 71 carm. 3, 29, 15 (*praeter R. item* SCHOL.) epist. 2, 1, 189 (*item* PORPH.) ars 154 (*praeter C*) VAL. MAX. 9, 1, 5 (*item* PARIS) IVV. 10, 39 (*in P; item* SCHOL.). 14, 263 (*in P*) QVINT. 9, 3, 79 (*loc. corr.*) VLP. dig. 7, $_{u}$1, 15, 5 (nulea aurei, anuli aurei *sim. trad.*) APVL. met. 10, 29 (albeo *F*) ITALA exod. 36, 8 (Monac.) DON. Ter. Eun. praef. 1, 5* (*in V*) PACIAN. epist. 3, 27 p. 98 (*in R*) CLAVD. rapt. Pros. 2, 320 (*in SW*) AVG. quaest. hept. 2, 177, 2 *et* 9, *ubi fere semper gr. αὐλαία latinis litteris* aulea *et latinum* auleum *in codd. scriptum invenimus. item* 2, 107. GLOSS. (*praeter* III 239, 62). *quibus ex locis apparet formae* 'auleum' *haud minorem codices auctoritatem praestare quam* 'aulaeum'. *grammatici docent*: SERV. Aen. 1, 697 sciendum sane omnia Graeca nomina in η exeuntia, cum derivationem faciunt, η in ae diphthongon convertere, ut *αὐλη* aulaea, *Ἴδη* Idaea, *Αἴτνη* Aetnaea. ALBIN. gramm. VII 297, 24 aulea per e, si tentoria significat. NON. p. 537 aulea genus vestis peregrinum. Varro de vita populi Romani lib. III: quod ex hereditate Attalica aulea, clamides, pallae, plagae, ⟨vasa⟩ aurea. Vergilius georg. lib. III (*cf. p. 1460, 62*)...; et est tamquam paludamentum barbarici habitus militaris. SERV. Aen. 1, 697 aulaeis: velis pictis, quae ideo aulaea dicta sunt quod primum in aula Attali regis Asiae, qui populum Romanum scripsit heredem, inventa sunt. ideo autem etiam in domibus tendebantur aulaea, ut imitatio tentoriorum fieret, sub quibus bellantes semper habitavere maiores. unde et in thalamis hoc fieri hodieque conspicimus. Varro tamen dicit vela solere suspendi ad excipiendum pulverem, quia usus camerae ignorabatur, unde Horatius ... (*affertur* HOR. sat. 2, 8, 54 *cf. infra l. 31*). SERV. georg. 3, 25 ISID. orig. 19, 26, 8 *et* 9. AVG. quaest. hept. 2, 177, 2 *αὐλείας* quas Graeci appellant, Latini aulea perhibent, quas cortinas vulgo vocant. GLOSS. auleum: *παραπέτασμα*, velum, curtina ab aula. aulea: cortina regia, genus curtinarum, cortina ab aula dirivata. IV 209, 37 auleum et aulea straclum (*vel* stragulum), genus cortinae regalis. V 338, 21 aulea strel (*anglosax.*) vel curtina ab aula. III 239, 62 *παραπετάσματα* aulaea. *nota*: GLOSS. II 26, 25 auleum *ψιλή* (*glossa deprompta ex* LXX Ios. 21, 7 *εἶδον ... ψιλὴν ποικίλην?*, VVLG. vidi ... pallium coccineum. *cf.* IVV. 10, 39 *infra l. 49*). IV 406, 39 auuleum diadema quem imperator habet (*?*). *legimus inde a* LVCIL. (*singulis locis* LVCIL. VARRO CIC. SALL. PROP. OV. VAL. MAX. PHAEDR. QVINT. DIG. AVG. civ., *binis* VERG. CVRT. APVL. met. TERT. Vind., *ter* IVV., *quinquies* HOR.), *plerumque plur., sed tamen sing. (uti par est praecipue sub 2) apud* CIC. PHAEDR. VLP. TERT. ITALAM AMM. GLOSS. *cf. Reisch, PW. II 2398 sqq.*

1 aulaea *sive exornandi sive velandi causa expansa i. q. vela, cortinae, cf.* GLOSS. LVCIL. 732 (Non. p. 360) obducere aperire: Lucilius libro XXVIIII: vos interea lumen adferte (autferte L^1, auferte *codd. meliores*) atque aulea obducite. VARRO frg. Non. p. 537 *v. p. 1459, 81.* SALL. hist. frg. 2, 70, 2 exornatis aedibus per aulaea (aulea *B Macrobii*) et insignia. VERG. Aen. 1, 697 aulaeis (auleis *PRγbc*) ... se regina superbis aurea composuit sponda (*cf.* GLOSS. IV 431, 18 fores velatae). HOR. sat. 2, 8, 54 suspensa gravis aulea (*sic codd. praeter γ*) ruinas in patinam fecere (*cf.* SERV. *supra l. 7* PORPH. *ad h. l.*). 2, 8, 71 aulea ruant si, ut modo. carm. 3, 29, 15 cenae sine auleis (*codd. praeter R, item* SCHOL.) et ostro (SCHOL. hoc est: sine regali pompa). PROP. 2, 32, 12 porticus aulaeis nobilis Attalicis. *cf.* SERV. *supra l. 1.* VAL. MAX. 9, 1, 5 Attalicis [et *om. recc.*] auleis contectos parietes. CVRT. 8, 5, 21 cum post aulaea, quae lectis obduxerat, staret. 9, 7, 15 lectis circumdederat aulaea purpura auroque fulgentia. DOM. AF. or. frg. Quint. 9, 3, 79 auleis (*loc. corr.*). PANEG. 12, 37 p. 305 aulaeis undantes plateas (*in signis laetitiae publicae*). AMM. 14, 9, 3 reginae exertantis aurem subinde per aulaeum. 25, 2, 3 *speciem Genii* per aulaea tristius discedentem. CLAVD. rapt. Pros. 2, 320 pars *ministrorum* aulaea (aulea *SW*) tenent. CASSIOD. hist. 7, 36 p. 1096[B] *Basilium* intra aulaea, ubi ipse (*Valens*) residebat, venire praecipiens. *pro ipsis tentoriis*: IVVENC. 3, 329 singula sub noctem ... vos (*Christum Heliam Moysen*) aulaea recceptent (*verba Petri*; vers. 327 tentoria; *cf.* VVLG. Matth. 17, 4 tabernacula, *σκηνάς*). *cf.* AVG. quaest. hept. 2, 177, 13 eadem dicit aulea, quae tentoria. *ironice de toga ampla*: IVV. 10, 39 pictae Sarrana ferentem *praetorem* ex umeris aulaea (aulea *P*) togae (SCHOL. eleganter aulea, quasi latis velis). *translate*: TERT. apol. 48 p. 294 ipsius mundi species ... temporalis ... illi dispositioni aeternitatis aulaei vice oppansa est. anim. 41 detracto corruptionis pristinae aulaeo *anima* totam lucem suam conspicit. AVSON. 322, 53 soccos aulaeaque regum (*i. comoedias atque tragoedias*) et melicos ... modos profando.

2 *speciatim*: **a** *aulaea theatralia* (*cf.* siparium): DON. de com. 8, 8 aulaea quoque in scaena intexta sternuntur, quod pictus ornatus ex Attalica regia Romam usque perlatus est; pro quibus siparia aetas posterior accepit. CIC. Cael. 65 mimi ... est ... exitus, non fabulae: in quo cum clausula non invenitur fugit aliquis e manibus, deinde scabilla concrepant, aulaeum (auleum *P*) tollitur. VERG. georg. 3, 25 ut ... purpurea intexti tollant aulaea (aulea *Pc*) Britanni. *cf.* SERV. Augustus postquam vicit Britanniam, plurimos de captivis, quos adduxerat, donavit ad officia theatralia. dedit etiam aulaea, id est velamina (vela mimica *P*), in quibus depinxerat victorias suas et quemadmodum Britanni ab eo donati eadem vela portarent, quae re vera portare consueverant; ... nam in velis ipsi erant picti, qui eadem vela portabant. *male explicat* NON. p. 537 *v. p. 1459, 81.* HOR. epist. 2, 1, 189 quattuor aut pluris aulea premuntur in horas (PORPH. per aulea[m] comoediam signif⟨icat⟩). ars 154 plosoris eges aulea (*codd. praeter C*) manentis. OV. met. 3, 111 ubi tolluntur festis aulaea theatris, surgere signa solent primumque ostendere vultus *eqs.* PHAEDR. 5, 7, 23 aulaeo misso. IVV. 6, 67 aulaea recondita cessant (*i. non aguntur ludi scaenici*). 14, 263 Cereris licet et Cybeles aulaea (aulea *P*. SCHOL. ludos theatrales, qui in honore dearum exhibentur) relinquas. VLP. dig. 7, 1, 15, 5 etsi scaenicae vestis usus fructus legetur vel aulei (nulea aurei, anuli aurei *sim. trad.*) vel alterius apparatus, $_{u}$ alibi quam in scaena non utetur. APVL. met. 10, 29 auleo (albeo *F*) subducto et complicitis siparis scaena disponitur. TERT. spect. 20 deus etiam extra cameras et gradus et apulias (aulaea *coni. Wissowa, forte scribendum* auleas. *cf. p. 1459, 61*; papiliones *proposuit E. Maass, die Tagesgötter 1902 p. 99 adn. 281*) oculos habet. DON. Ter. Eun. praef. 1, 5* ne ... ante aulaea (aulea *V*) sublata fastidiosus spectator ex-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

surgat. AMM. 16, 12, 57 velut in quodam theatrali spectaculo aulaeis miranda monstrantibus. 26, 6, 15 ut in theatrali scaena simulacrum quoddam insigne per aulaeum subito putares emersum. SCHOL. Cic. Bob. p. 307 in eo (*Pacuvi 'Ilione'*) est argumentum ita dispositum, ut Polydori umbra secundum consuetudinem scaenicorum ab inferiore aulae⟨i⟩ parte procedat. AMBR. hex. 3, 1, 5 quibus non purpurea peripetasmata, non aulaea pretiosa spectare voluptati sit (*praecedit*: cantus acroamatum scaenicorum). *aetate recentiore aulaea post actas fabulas demissa, non sublata esse docet*: AMM. 16, 6, 3 Verissimus ilico tacuit velut aulaeo deposito scaenae. 28, 6, 29 hoc quoque post depositum accessit aulaeum (*i. re ad finem perducta*). *in imagine de sermonis ambagibus*: APVL. met. 1, 8 aulaeum tragicum dimoveto et siparium scaenicum complicato et cedo verbis communibus. AVG. c. Iul. op. imp. 1, 48 omnibus ... aulaeis reductis profer aliquando luce palam, per quid doceas naturale esse peccatum. b *de cortinis tabernaculi a Moyse facti*: ITALA exod. 36, 8 (Monac.) fecerunt tabernaculum X auleis. XXVIII cubitorum longitudo aulei unius (VVLG. cortinas, *αὐλαίας*. *cf.* AVG. quaest. hept. 2, 177 expositio tabernaculi, *saepius in* 2. 9. 13. quaest. hept. 2, 107 decem auleorum iubet fieri tabernaculum ...; aulea vero significant latitudinem propter facilitatem). Is. 54, 2 (Ambr. hex. 3, 1, 5) dilata locum tabernaculorum tuorum et aulaeorum tuorum (VVLG. pelles tabernaculorum tuorum, *τῶν αὐλαιῶν σου*. HIER. in Is. *ad h. l.* pelles aulaeorum tuorum fige. AVG. civ. 18, 29 locum ... aulaearum tuarum. *item* epist. 105, 15. *cf.* ALBIN. gramm. VII 297, 25. *v.* atrium *p. 1103, 31 sqq.*). *inde transfertur ad ecclesiam christianam*: PACIAN. epist. 3, 27 p. 98 ecclesiam dei dilatantem tabernacula sua et aulaeorum (auleorum *R*) palos dextra sinistraque figentem. AMBR. hex. 3, 1, 5 ecclesiam sanctam, in qua refulgent aulaea caelestia.

synonyma: cortina, parapetasma, peripetasma, (peristroma, reticulum), stragulum, (tapete), velamen, (velamentum), velum. *ad 1*: tabernaculum, tentorium. *ad 2 a*: siparium. *deriv.*: aulaeolum.

Aulahon *v.* Aulazon **Aulānius** *v.* Aulus.

aulārius aulicus Palatinus GLOSS. V 589, 18. *Mülnscher.*

Aulās *v.* Atlas *p. 1042, 22.* **Aulatatopolis** *v.* Miletopolis.

Aulatis (*an* Aulas?) *cogn. vir.* CORP. VIII 19925 (*in Numidia*) d. m. Nivalis Aulatis v. a. LXXXI. *Diehl.*

aulax, -acis *m.* *αὖλαξ*. VEG. mulom. 2, 28, 38 stadii, quod aulacibus asperius sit. *ibid.* in illos aulaces necessario et priores et posteriores ungulas impingit *equus*. 2, 28, 39 minutos gressus imitatur, ut inter aulaces ungulas ponat (*sic restituit J. M. Gesner, vulg.* aulicibus *et* aulices). *graece scripsisse videtur* AVSON. 399, 10. *Ihm.*

Aulax *cogn. vir. graecum ab* *αὖλαξ* (*cf.* ⟨*A*⟩*ὐλαχίων* CORP. inscr. Att. III 1123). CORP. XI 2451 (*Clusi*) Stheniae Veneriae C. Sentius Aulax uxori .... hic sita est septemvicennis Senti Aulācis Veneria. (*septenarius troch.*) *hanc illam esse inscriptionem, quam Pauli dicit eodem inventam loco atque* CORP. inscr. etrusc. I 1433 (C. Senti Alchu Clepatras), *recte iudicavit Lattes, Archiv 13, 127. itaque* Alchu *etrusca huius nominis forma est.* *Otto.*

Aulazon *statio Africae septentrionalis.* TAB. Peut. 8, 1 RAVENN. p. 352, 16 (Guid. p. 521, 23). *cf.* Auluzon *sub* Auluzanus.

Aulē, *Αὐλή, cogn. mul.* CORP. VI 27687 Trypho Pontiaes sibi et Dapne et Q. Herennio Amarantho amico Rufio sibi et Chloridi et Aule filiae vix. an. Iv. 17190 (*periit*) d. m. s. ⟨Ep⟩afrodito Caes. n. ser. Aulae (*nomin., nisi corruptum est nomen*) coniug. b. merenti. INSCR. Ephem. epigr. VIII p. 84, 304 (*Salerni*) Sittia Aule. CORP. VIII 21068.

Aulēius *v.* Aulus. **Aulēnus,** -a, **Aulēnius,** -a *v.* Aulus.

Aulercī, -ōrum *gens Galliae septentrionalis, de qua cf. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 291; Ihm, PW. II 2402; imprimis Hirschfeld, Corp. XIII p. 507. 508. 510. v. etiam* Brannovices Cenomanni Diablintes Eburovices Mediolanum (*Galliae*). *de orthographia*: aulurc-: CAES. Gall. 3, 17, 3 *α*. 7, 4, 6 *β* HIRT. Gall. 8, 7, 4 *α*. auleurc-: CAES. Gall. 7, 4, 6 *α*. aurerc-: CAES. Gall. 2, 34 a^1. aurelc-: CAES. Gall. 3, 17, 3 *a* ITIN. Anton. Aug. 384 *D*. aulert-: PLIN. nat. 4, 107 *C*. aluerc-: ITIN. Anton. Aug. 384 *O Q* OROS. hist. 6, 8, 18 *P R D* 𝔅. alberc-: OROS. hist. 6, 8, 18 𝔄. aulerch-: OROS. hist. 6, 8, 18 *et* 6, 11, 12 *L*. aulirc-: *in nummis Celticis*, PTOL. 2, 8, 7—9 *pars codd. alii* *αὐλίϱγιοι, αὐλίοϱκοι, αὐϱιϱκοί, αὐλίσκιοι.* alerc-: NOT. Tir. 87, 61 Alerci. auterc-: TAB. Peut. 2, 2/3. CAES. Gall. 7, 4, 6 Aulercos ... qui Oceanum attingunt. 7, 75, 2 Aulercis Brannovicibus. 7, 75, 3 Aulercis Cenomanis (*cf.* PLIN. nat. 4, 107. PTOL. 2, 8, 8 *Αὐλίϱκιοι οἱ Κενομαννοί, ὧν πόλις Οὐίνδινον*). 3, 17, 3 Aulerci Eburovices Lexoviique (OROS. hist. 6, 8, 18). *sim.* 7, 75, 3. *cf.* PLIN. nat. *l. c.* CORP. XIII 1390 (*apud Lemovices*) decurionis civitatis Aulercorum Ebur(ovicum). NOT. Tir. 87, 60—62. PTOL. 2, 8, 9 *Αὐλίϱκιοι οἱ Ἐβουϱονικοί, ὧν πόλις Μεδιολάνιον*. ITIN. Anton. Aug. 384 Mediolano Aulercorum (TAB. Peut. 2, 2/3). *in nummis Celticis* Aulirco Eburovicom. CAES. Gall. 3, 29, 3 Caesar exercitum ... in Aulercis Lexoviisque ... in hibernis conlocavit. HIRT. Gall. 8, 7, 4 (OROS. hist. 6, 11, 12) LIV. 5, 34, 5. PTOL. 2, 8, 7 *Αὐλίϱκιοι οἱ Διαβλίται, ὧν πόλις Νοιόδουνον*. *in nummis Celticis* Aulircus. *sing.* Aulercus, -ī. CAES. Gall. 7, 57, 3 Camulogeno Aulerco. CORP. XIII 610 (*Burdigalae*) cives Aulercu⟨s⟩. *Diehl.*

Aulestes *Tyrrhenus, Aeneae socius.* VERG. Aen. 10, 207 it gravis Aulestes. 12, 290 Tyrrhenum Aulesten. SERV. auct. Aen. 10, 198 hunc Ocnum alii Aulestis filium, alii fratrem, qui Perusiam condidit, referunt. *Otto.*

auleticos, *αὐλητικός, adi. ab αὐλητής, αὐλός*. PLIN. nat. 16, 164 Orchomenio *calamo* ..., quem auleticon vocant. 16, 169 harundo tibialis calami, quem auleticon dicebant.

Auleu *cf.* Letus. **aulēum** *v.* aulaeum.

Aulēus *v.* Aulus. **Aulgigun** *v.* Avolgigi.

Auliānus, -a *v.* Aulus.

aulicoctus, -a, -um *cps. ex* aula *et* coquere. *cf.* ollicoquus. PAVL. FEST. p. 23 aulicocta (-cocia *trad.*) exta, quae in ollis coquebantur, dicebant, id est elixa. ACT. Arv. (Corp. VI a. 87) 1, 21 *magister* exta aulicocta reddidit. *cf.* 1. aula *p. 1453, 47.*

1. aulicus, -a, -um, *αὐλικός ab* aula, *αὐλή. ad aulam, i. domum regiam pertinens, Palatinus.* GLOSS. V 346, 42 avultos (*ex* aulicis *corr.?*) regalibus. SVET. Nero 45 luctatoribus. Otho 2 libertinam. TERT. apol. 13 de paedagogiis aulicis nescio quem synodi deum facitis (*significatur Antinous*). PANEG. 7, 15 p. 171, 25 aulicos mulos (*Bährens*, ad anulos *trad. cf.* AVSON. 419, 77). SPART. Hadr. 19, 6 histriones. Sept. Sev. 6, 3 occurrente omni famulicio aulico (CAPITOL. Pert. 11, 6). LAMPR. Comm. 7, 2 liberti (CAPITOL. Pert. 13, 9). CAPITOL. Pius 6, 4 recusantibus aulicis ministris (10, 5 Gord. 23, 7 AMBR. hex. 6, 4, 21). NOVELL. Valent. 1, 3, 4 cum aulicis potestatibus ... *inspector publicus et praefectus praetorio* disponant, ... qualis persona mittatur (AVELL. p. 444, 13). HEGES. 1, 8 puer. SIDON. carm. 23, 312 coetus iuvenum, sed aulicorum. CASSIOD. var. 1, 2, 7 vestiarium. 8, 14, 3 viros. SVET. Dom. 4 apparatu. ITIN. Alex. 29 amoenitatibus aulicis ... abolendis. SPART. Hadr. 11, 3 reverentia domus aulicae (CAPITOL. Aur. 5, 7 Opil. 9, 1). LAMPR. Heliog. 9, 6 lavacrum publicum in aedibus aulicis fecit. CAPITOL. Aur. 21, 9 auctionem rerum aulicarum. HEGES. 1, 35, 4 aedificiis. SIDON. epist. 1, 2, 10 gaza (*corr.*). SEDVL. carm. pasch. 1, 209 convivia. op. pasch. 1, 18. CASSIOD. or. frg. p. 480, 3 huc ... ad aulica penetralia ... convenite. var. 1, 2, 2 acervus ille Neptunius, generator florentis semper purpurae ... aquarum copia resolutus imbrem aulicum (*i. umorem purpureum*) flammeo liquore laxaverat. *in imag.* ENNOD. epist. 4, 33, 2 p. 121, 4 aulicis excocta fornacibus ... urbanitas. ITIN. Alex. 43 una aulico ministerio illic agebant (LAMPR. Alex. 15, 2. 41, 3 HEGES. 1, 12, 3). CAPITOL. Aur. 6, 3 aulico fastigio renitentem ornavit. 29, 7 quod aulicam adrogantiam confirmaverit. Alb. 8, 1 quae ... pertinerent ... ad secreta castrorum atque aulicam fidem. NOVELL. Valent. 26, 1, 1 emeritos aulicis honoribus viros (SIDON. epist. 2, 13, 5). SYMM. epist. 8, 48 (47) honor. 3, 3, 1 aulicae dignitatis splendor (CASSIOD. var. 8, 16, 1). AMBR. Noe 7, 22 sermones. Ps. RVFIN. in Am. 4, 1—3 aulica familiaritate turgentes. SIDON. epist. 8, 3, 4 otium tuum molibus aulicis motibusque furare. ENNOD. epist. 5, 27, 2 p. 147, 7 aulicis deputatus premebatur excubiis. opusc. 6, 18 p. 408, 16 aulicis districtum (-os *Hartel*) ... consiliis. carm. 2, 14, 3 aulica suscipiens moderamina. CASSIOD. var. 8, 14, 4 aulicae famae insignia. IORD. Get. 49, 258 decus.

subst., semper fere plur.: GLOSS. aulicus: minister regis, regalis. aulici ministri regis. V 270, 1 aulicus ministerialis domus regiae (*cf.* 589, 7 aculus *ex* aulicus *corr.*). NEP. Dat. 5, 2 invidiam aulicorum excepit. SVET. Cal. 19 causam ... ab interioribus aulicis proditam. PANEG. 11, 11 p. 253, 2 ingentes aulicorum catervae. CAPITOL. Pert. 11, 5 tantum odium ... omnium aulicorum fuit. 14, 6 milites ... et aulici (Max. Balb. 14, 2). Opil. 13, 3 LAMPR. Alex. 45, 4 TREB. Valer. 6, 1. VOPISC. Aurelian. 43, 1 aulici vel stulti vel detestabiles. AVR. VICT. Caes. 5, 14 inter epulas, uti mos est, aulicis canentibus. Ps. AVR. VICT. epit. 41, 10 spadonum et aulicorum omnium vehemens domitor. 42, 19 amori deditus. SYMM. epist. 10, 2, 2 aulicorum studio ... praestare. AMM. 15, 3, 1. SCHOL. Iuv. 13, 197 Caedicium aulicum Neronis crudelissimum. HEGES. 1, 16, 3 cessere *Iudaei* aulicis. SIDON. epist. 1, 2, 9. 1, 5, 10 principis aulicorumque. ALC. AVIT. epist. 27 p. 57, 30 laxato aulicorum conventu. GREG. TVR. Franc. 5, 18. 10, 29 aulicis Palatinis adiungitur. VITA Vedast. Mon. Germ. script. Merov. III 1, 7 (aulichos *B*). *nota*: VEN. FORT. carm. 3, 21, 15 aulice praesul (*i. qui praeest aulae, i. ecclesiae cf.* aula *p. 1458, 43*).

synonyma: (aularius), ministerialis, Palatinus, (purpuratus), regalis, regius.

2. aulicus, -a, -um, *αὐλικός ab αὐλός. ad tibiam pertinens.* AMBR. in Luc. 7, 237 aulicorum concentus sonorum. MART. CAP. 9, 905 quaedam suavitas intemptata aulicaeque (aulidaeque *β*) dulcedinis cantus insonuit. 9, 926 ischiadas quis nesciat expelli aulica suavitate? *synonyma*: tibialis, tibinus. *Münscher.*

Aulicus, -ī *nom. serv. cf. αὐλικός?* CORP. XIII 857 (*Burdigalae*) d. m. Solini Neptaci fil. et Sextino Aulici fil. Nep⟨t⟩acus filio et nepoti p. c. *Diehl.*

Auliēnus, -a *v.* Aulus.

[Aulikianus] *nomen corruptum.* CORP. III 12014, 153 (*in vasculo*) Aulikianus. *'num recte descripta sit, dubito'.* *Otto.*

Aulinna *v.* Aulus. **Aulīnus,** -a, **Aulīnius,** -a *v.* Aulus.

aulio, -ōnis *m. ab αὐλός.* GLOSS. II 26, 36 auliones *αὐλητaί*. *synonyma*: tibicen, tibicinator. *Münscher.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Aulio *nom. barbaricum.* CORP. XIII 3280 (*in Gall. Belg.*) Aulioni Aiunus f. (*?*). *cf. etiam* Aulus. *Otto.*

Aulīōn, *Apoll. Rhod. Arg. 2, 909 Αὐλιών, antrum in Ponto Euxino.* AMM. 22, 8, 23 Aulion antron.

Aulircī *v.* Aulerci.

Aulis, -idis, *Αὐλίς. ad declinationem notanda haec*: *gen.*: Aulidis: OV. Ib. 618 SOL. 7, 24. *acc.* Aulida: OV. met. 13, 182 MANIL. 4, 638 SEN. Ag. 567 PLIN. nat. 35, 167 STAT. Theb. 7, 332. Aulidem: LIV. 35, 50, 11. 35, 51, 6. 45, 27, 9 DARES 15 HYG. fab. 98 p. 92, 23. 261 p. 144, 10 SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 199 SERV. auct. Aen. 3, 331 MYTHOGR. 2, 202. Aulin: LVCAN. 5, 236. Aulidam: DICT. 1, 17. 18. 2, 10. *ad structuram*: *ubi*: Aulide: CIC. Tusc. 1, 116 LVCR. 1, 84 VERG. Aen. 4, 426 (*nota* SERV. *ad l.*: 'Aulide' autem aut 'in Aulide' aut pro 'Aulidi') HOR. sat. 2, 3, 199 (*nota* SCHOL. *ad l.*: 'Aulide' pro eo quod est apud Aulidem) PROP. 4, 1, 109 OV. epist. 13, 3 met. 12, 10 PLIN. nat. 16, 217. APVL. Socr. p. 159 (*e coni.*) *saepius.* ad Aulidem: LIV. 35, 50, 11 omisso ad Aulidem itinere. DICT. 1, 17 peracto biennio ad Aulidam Boeotiae. in Aulide: HOMER. 147 visus in Aulide serpens. GRAN. LIC. p. 33 colloquium Sullae et Archelavo in Aulide fuit. HYG. fab. 98 p. 92, 15. SERV. *v. l. 13.* apud Aulidem: SCHOL. Hor. *v. l. 15.* SERV. auct. Aen. 3, 331. *quo*: Aulidem: LIV. 45, 27, 9 a Chalcide Aulidem traicit. DICT. 1, 18 duces ... Aulidam confluunt. 2, 10 Aulidam ... veniunt. ad Aulidem: LIV. 35, 51, 6 admoto ad Aulidem exercitu. HYG. fab. 261 p. 144, 10 ad Aulidem ... venissent (MYTHOGR. 2, 202). in Aulidem: DARES 15 HYG. fab. 98 p. 92, 23. *unde*: DICT. 1, 23 ex Aulide navigatum est.
statio Boeotiae, de qua cf. Oberhummer, PW. II 2409. ad geographiam: LIV. 45, 27, 9 portum inclitum statione quondam mille navium Agamemnoniae classis (MELA 2, 45 SOL. 7, 24). PLIN. nat. 4, 26 in ipsis faucibus Euripi ... Aulis, capaci nobilis portu. *cf.* OV. Ib. 618 SEN. Ag. 173. PLIN. nat. 4, 64 *Oechaliae* ex adverso in continenti Aulis est (MART. CAP. 6, 659). *contra minus recte*: MANIL. 4, 637 aequalis Cyclades, Delonque Rhodonque Aulidaque et Tenedon *eqs.* ITIN. Anton. Aug. 525 insula Boeotiae Aulis. SERV. *et* SERV. auct. Aen. 4, 426 Aulis insula est in Aegeo mari. SCHOL. Stat. Ach. 1, 447 insula est. MYTHOGR. 1, 20. *epitheta*: OV. met. 13, 182 Euboicam. STAT. Ach. 1, 447 Hecateia. OV. met. 12, 10 piscosa. SEN. Ag. 567 tardam ... ratibus. LVCAN. 5, 236 iniquam classibus. CIC. carm. frg. 22 (div. 2, 63), 6 LIV. 35, 37, 8. 35, 49, 11 SEN. Med. 622 OCTAVIA 979 STAT. Ach. 1, 449 CLAVD. 15, 485. *Diehl.*

auliscus, -ī *m., αὐλίσκος ab αὐλός deminutive. tibia parvula clysteris in fine*: VINDIC. med. 31 siquidem ... neque clysteris iniectio accipiatur omnibus considentibus et obstantibus iniectionali aulisco. CAEL. AVR. acut. 3, 4, 29 clysteris auliscum, quem nos tibiam dicere poterimus, faucibus inquit immittendum. CASS. FEL. 19 p. 28 per auliscum fysarium sive aeneum sive osseum vesicae porcinae aptatum inicies. 51 p. 135 *partem intestini* osseo aulisco colligabis. *Münscher.*

Aulisua, -ae *deus Africus.* CORP. VIII 9906 (*Pomarii, in Mauret. Caesar., Alexandri imp. aet.*) deo sancto Aulisuae (21704). 9907 (*Gordian. aevi*) deo invicto Aulisuae. *Diehl.*

? **aulitica,** -ae *f. herba, quae chamaemelon vocatur.* PS. APVL. herb. 24 pr. alii auliticam (alloticam *T in marg.*) *vocant. Münscher.*

Auliveus, -ī *cogn. barb.* CORP. VIII 20734 Salgamar Aulivei filius.

aulium *v.* aulaeum *p. 1459, 63.* **Aulius** *v.* Aulus.

aulla *v.* 1. aula.

Aullī, -ōrum *gens Galliae Narbon.* CORP. XII 2325 hic fines Aullorum: '*fide stat titulus Véronii*'.

Aulnia *v.* Aulus.

[**Aulochus,** -ī] *nom. myth.* SOL. 2, 6 regionem Ionicam ab Ione Aulochi (*sic plur. codd., alii* Naulochi, *cod. Casin.* autocli *cum* MART. CAP. 6, 642) filia *dictam.*

Aulocrēnē, -ēs, *Αὐλοῦ κρήνη, in Phrygia, de qua cf. Ruge, PW. II 2422.* PLIN. nat. 5, 106 Marsyas ibi (*in Apamea Ciboto*) redditur, ortus ac paulo mox conditus, ubi certavit tibiarum cantu cum Apolline, Aulocrene sita (aulocrenes ita, aulotreses ita *codd.*) vocatur convallis, X̄ pass. ab Apamea Phrygiam petentibus (*cf.* SOL. 40, 8). PLIN. nat. 5, 113 amnis Maeander, ortus e lacu in monte Aulocrene plurimisque adfusus oppidis *eqs.* (*cf.* MART. CAP. 6, 685). 16, 240 regionem Aulocrenen. SIL. 8, 503 cum fugeret Phrygias trans aequora Marsya Crenas. CONC. Chalc. a. 451 (Mansi 6, 759^b) Aquilas ... episcopus civitatis Aurocrorum (*Αὐροκλέων*). *exhibent*: Atroclinae *Corb.*, Atrochinae *Divion.*, Arodinae *Paris.*

municipium Septimium liberum **Aulodes**. CORP. VIII 14355 (*imp. Gratiani aet., in prov. procons.*). *Diehl.*

auloedus, -ī *m., αὐλῳδός.* CIC. Mur. 29 aiunt in Graecis artificibus eos auloedos esse, qui citharoedi fieri non potuerunt (*affert* QVINT. inst. 8, 3, 79). PANEG. 3, 6 p. 106, 27 est inter auloedos (*sic Bährens,* aliquos *trad.*) etiam canorae vocis invidia. IVL. VAL. 1, 52 tunc auloedus (aulo eius *trad.*) ille extensis manibus (*sequuntur versus quos recitavit*). BOETH. mus. 1, 34 citharoedus ex cithara, auloedus ex tibia ... nuncupantur. (*cf. Pausan. 10, 7, 5*). *Münscher.*

Aulogenēs *v.* Aulozenes.

aulōn. GLOSS. aulones, ἔναυλοι, alvei. ITALA Iudith 7, 3 (codd. Paris. 6^3, Sang. 15, Stuttgard. 35) in aulona. (codd. Metens. 7, Oxford. auct. E inf. 2 Sangerm. 4) in aulonam. ἐν τῷ αὐλῶνι. Iudith 10, 10 (cod. Oxford. auct. E inf. 2) aulonem. (Sang. 15 in palude. *alii codd.* in atrio *vel* in atrium). τὸν αὐλῶνα. Iudith 10, 11 (codd. Sangerm. 4 Complut. 1) in aulonem. (Oxford. auct. E inf. 2) per aulonem. (Metens. 7) in aulonam (Sangerm. 15 in adria. *alii codd.* in atria). ἐν τῷ αὐλῶνι. HIER. nom. hebr. p. 24, 27 Aialon campi vel aulones. quaest. hebr. in gen. p. 33, 7. *cf. etiam* Aialon, Elon, Elath. *Plenkers.*

Aulōn (-ōna, *cf. A 4 et 5*), -ōnis (-ōnae), *Αὐλών, -ῶνος. A variorum locorum nomen, de quibus cf. Oberhummer, Tomaschek, Benzinger, PW. II 2413 sqq.* **1** PLIN. nat. 5, 130 *Idalium Cypri* abest ab Anemurio Ciliciae L̄ pass. mare quod praetenditur vocant Aulona Cilicium. TAB. Peut. 10, 3/4 Aulon Cilicius (*latet fort. hoc nomen sub statione* RAVENN. p. 173, 3 Aumon). DIMENS. provinc. 5 p. 10 insula Cyprus finitur ... a septentrione Aulone Ciliciae (COSMOGR. 2, 49 p. 101 *et* OROS. hist. 1, 2, 96 Aulone Cilicio. *cf.* OROS. hist. 1, 2, 25 Cilicium sinum). **2** *statio (vallis) Elidis*: PLIN. nat. 4, 14 Aulon. VAL. FL. 1, 385 levis Elis equis et fluctibus obvius Aulon. **3** HOR. carm. 2, 6, 18 amicus Aulon fertili Baccho minimum Falernis invidet uvis (PORPH. *ad l.* Aulon locus est contra Tarentinam regionem ferax boni vini). MART. 13, 125 Tarentinum. nobilis et lanis et felix vitibus Aulon det pretiosa tibi vellera, vina mihi. SERV. Aen. 3, 553 'Caulonisque arces': Aulon mons est Calabriae (*ubi* Aulonisque *cod. Lips. contra Vergili codd.*). *cf.* Caulonia. **4** *statio Illyrici, nunc* Lavelona, Avelona, Valona. ITIN. Anton. Aug. 323a Brundisio sive ab Hydrunto traiectus Aulonam (329). 332 ab Aulona. 489 Aulonam. 497 Aulona (*acc.*). TAB. Peut. 7, 3 Aulona (RAVENN. p. 206, 13 Guid. p. 539, 24). RAVENN. p. 378, 14 Alona. ITIN. Burdig. p. 549 itinerarium a Burdigala Hierusalem usque et ab Heraclea per Aulonam et per urbem Romam Mediolanum usque. 608 mansio Aulona. 609 Aulona usque. 611 ab Aulona usque Capua. 612 ab Heraclea per Aulona in urbe Roma usque. AVELL. p. 618, 16 quid in Aulona sit actum, quid Scampis *eqs.* (*cf. l. 52*). CONC. Const. (Mansi 9, 176^b) Sotero reverendissimo episcopo Aulonis. **5** *vallis Iordanis*: ITALA deut. 1, 1 (Lugd.) inter Pharam et Thobol et Lobon et Aulon. *cf.* HIER. epist. 78, 42 loca aurea. nom. hebr. p. 88, 10 *ad l.* Aulon non graecum ut quidam putant, sed hebraeum vocabulum est (*cf.* BAEDA itin. Hier. p. 314, 20 *sq.*). adpellatur autem vallis grandis atque campestris in inmensam longitudinem se extendens, quae circumdatur ex utraque parte montibus sibi invicem succedentibus et cohaerentibus, qui incipientes a Libano et ultra eum usque ad desertum Faran perveniunt. suntque in ipso Aulone, id est in valle campestri, urbes nobiles ... et regiones in circuitu per quas medius Iordanis fluit. p. 97, 12 vicus in Aulone. p. 119, 12 in solitudine, quae est in Aulone Ierichus. p. 23, 21 Ailon quem supra Aulonem diximus (p. 131, 25): *confunduntur* Elon *et* Aialon. HEGES. 5, 3, 7 ventum in Aulona (aulonam *C*, aulanam *vulgo*), unde aberat Hierosolyma stadiis XXX (*Iosepho ἀκανθῶν αὐλῶνα*). HIER. epist. 73, 9 campus quem hodie Aulonem Palaestini vocant. *adi.* **Aulōnitānus,** -a, -um *ad Aulonem (Illyrici civitatem, cf. A 4) pertinens.* AVELL. p. 671, 12 in civitate Aulonitana. *adi.* **Aulōnītēs,** *dat.* -ē, *ad oppidum Aulonem situm ut videtur editori ad sinum Strymonicum spectans.* CORP. III 7378 (*Abderae*) Heroi Aulonite cultores sub sacerd. Popil. Zip. (*ἥρωι Αὐλωνείτη θυσιασταὶ περὶ ἱερέα Ποπίλλιον Ζειπαν*). INSCR. Dessau 4067^a (*prope Neapolim*) Heroi Aulonite L. Modiarius Lucifer sacer(dos). **B** *cogn. vir.* CORP. V 4731 (*Brixiae*) Spurio Homuncioni et Secunde Aulonis f. *Diehl.*

aulona *v.* aulon. **Aulōnia** *v.* Caulonia.

Aulōnītēs, -itānus *v.* Aulon. **Aulōnius** *v.* Aulus.

aulopoios, -i *m., αὐλοποιός.* VARRO epist. frg. (Non. p. 56) Diona aulopoion.

aulos, -ī *m., αὐλός.* PLIN. nat. 32, 151 (*in enumeratione piscium*) solen sive aulos. *cf.* 32, 103 ex iis (*pectinibus*) mares alii δόνακας vocant, alii αὐλούς. *synonymon*: (tibia). *derivata*: *gr.*: (auletes), auleticos, aulicus, auliscus. *lat.*: aulio. *composita gr.*: auloedus, aulopoeos, (choraules, -a, choraulicus, diaulos, monaulos, [monauliter]). *Münscher.*

Aulozenēs *nom. serv.* CORP. V 3509 (*Veronae*) Aulozenes (z = Σ) Vrbanae conservae ti(tulum) f(ecit) hic. *vide* Auluzenus *sub* Auluzanus.

Aulricmāra *cogn. barb.* CORP. III 10351 (*in agro Aquincensi*) ⟨T⟩rouctei · ma⟨r⟩us Ancula⟨t⟩i Aulricmar⟨a⟩ Atali viva sib(i) ⟨f. e⟩t coiugi.

Aulucentius, -ī *cogn. barb.* CORP. V 940 (*Aquileiae*) Val. Aulucentius leg. XI Cl. milita. gregales ann. XIIII et centurio ann. III.

Aulucmus, -i *cogn. barb.* CORP. III 918 (*Potaissae, periit*) Aur. Aulucmus.

Aulucus *statio Tingitaniae.* NOT. dign. occ. 26, 5. 26, 15 *sub dispositione comitis Tingitaniae* tribunus cohortis primae Herculeae, Aulucos. ad Lucos *Alciat.* *Diehl.*

aulula (ollula), -ae *f. ab* aula (olla) *deminutive.* VARRO rust. 1, 54, 2 *electa uva* in ollulas addatur. APVL. met. 2, 7 ollulam istam cum natibus intorques. 5, 20 lucernam ... subde aliquo claudentis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aululae (tabulae *F in marg.*) tegmine. ARNOB. nat. 5, 18 *cinis* sub ollula fuerat factus extorum. 5, 19 in ollulas coniectus *Liber membratim sectus* ut coqueretur. 6, 14. GARG. MART. pom. 2, 13 ex veteribus multi Suesatibus ollulis inpicato singula poma *persici* clausere umpilico. MARCELL. med. 9, 72 calicem ... pones in ollula fabri (*?*, ollolam fabari *cod.*) cum calida ferventissima. *synonyma*: (caccabulus, cucumella, cupella, urnula, vasculum). *deriv.*: Aularia. *Münscher.*

Aululāria *fabula Plautina ab aula auri dicta.* Aulularia *argumentum fabulae in acrostichide.* VARRO ling. 7, 103 in Aulularia. FEST. p. 166 Plautus in A⟨u⟩lularia[s]. 238 Plautus in Aulularia. 330. 364. PLIN. nat. 18, 107 Plautus ... in fabula quam Aululariam (Aurulariam *codd. fere omnes*) ⟨in⟩scripsit. CHAR. gramm. I p. 55, 13 quamquam in Aulularia Plautus ... dixerit. Aularia *pars codicum apud* PRISC. gramm. II p. 38, 2. 104, 1. 155, 22. 210, 3. NON. p. 98, 24 Plautus ... in Aulularia. 225, 9 Plautus ... Aulularia. 318, 9. RVFIN. gramm. VI p. 561, 8 Sisenna ... in Aulularia (*sc. in commentario Aululariae Plautinae*). QVEROL. *praemissa in codicibus* Plauti Aulularia .... p. 5, 9 Aululariam hodie sumus acturi. p. 5, 22 Querolus an Aularia haec dicatur fabula, vestrum hinc iudicium. *Laberi mimus*: NON. p. 108 Laberius ... in Aulularia. *Otto.*

ἀνθίας ὁ ἰχθύς **aulupia** GLOSS. II 227, 24. *cf.* III 257, 19 *ὁ ἀνθίας* alilupia. *cf. gr. αὐλωπίας.* *Ihm.*

Aulupor *v.* Aulus.

Aulurula *nom. mul. barbaricum.* CORP. VIII † 21553 (*in Mauret. Caes., a. 434*) Aulurula *uxor Iuli Victoris.* *Otto.*

aulus *μυάκιον* GLOSS. II 521, 39 (*trad.* aulux miacion). *Ihm.*

Aulus *v.* Olus. **Aulusanus** *v.* Auluzanus.

Aulutra, -ae *nom. serv.* (*ut videtur Thracicum*). CORP. XIII 6955 (*Mogontiaci, periit*) Aurotr⟨ae B⟩iti (filio) tesserario leg. XXII p. p. f. civi Tra⟨ianens*?*⟩i ... Aulutra Biti heres eius f. c. *cf.* Aulutralis *et Hirschfeld ad l.*

Aulutralis *cogn. vir.* (*ut videtur Thracicum*). CORP. III 8118 (*Viminaci in Moes. sup.*) *cf.* Jahresh. d. österr. arch. Institut. 6, 1903, Beibl. p. 16 Aurel(ius) Longinus et Aurel(ius) Aulutral⟨i⟩s milites leg. eiustem (*sc.* VII Cl.). *cf.* INSCR. Archäol.-epigr. Mitt. Öst. XIV 152, 33 *et* XVIII 112, 21 *sq.* *Αὐλούτραλις.*

Auluzanus, -ī *cogn. vir. Thracicum.* 1 *apud scriptores*: COD. Iust. 4, 19, 2 (*a. 215*) imp. Antoninus A. Auluzano (6, 46, 3). 5, 63, 2 (*a. 245*) imp. Philippus A. et Philippus C. Auluzano. 4, 23, 2 (*a. 293*) *impp. Diocletianus et Maximianus* AA. et CC. Auluzano. SYNAXAR. Const. p. 627, 34 *Αὐλοζάνου ἐπαρχοῦντος.* 2 *in titulis*: CORP. VI 2991 (*cf.* add. p. 3380: *exemplum novicium ex genuino descr.*) L. Septimius Auluzanus (centurio) coh. VI vig. XIV 2279 (*in agro Albano*) d. m. Aur. Auluzano mil. leg. II Par. III 7437 (*Nicopoli Moesiae inferioris, a. 227*), 2, 13 Brilo Auluzani. CORP. VI 2601 (*cf.* add. p. 3369) d. m. Aur. Bito eq. cor(tis) VI pr. natione Trax cives Filopopulitanus ... fratri dignissimo Val. Aulusanus pret(orianus). XIII 7292 (*in castello Mattiacorum, periit*) Aulu⟨p⟩or Aulusa⟨ni (filius) *?*⟩ [Aulus coraulus *Huttig et Peutinger,* ////oraulusa //// *descr. Accursius*] mil. leg. XXII p. p. f. .... cives ⟨ex⟩ civitate A(n)che⟨alo⟩. CORP. VIII 18312 (*in civitate Lambaesitana*) d. m. s. Mucatralis Tanurius fecit patri et patrono Mucatrali Auluzeni (filio, *an dat.?*) mil. leg. III Aug. ... natione Thrace natus in civitate Augusta Traianesie. III 12431 (*in Moesia inf.*) ⟨Au⟩luzeni. CORP. III 14507 (*in Moes. sup., saec. II ex.*) *in latere dextro* 51 M. Aur. Auluzon R(emesiana*?*). *cf. ibid. in lat. sin.* a 52 M. Aur. Mucatral. R(emesiana*?*). *huc pertinere puto* Aulozenes. *cf.* Aulazon. *Diehl.*

Auluzenus, Auluzon *v.* Auluzanus.

camalon (*χαμαλόν*) **auma** (*?*) GLOSS. III 199, 51. *cf. Heraeus, Archiv 11 (1900) p. 68.* *Ihm.*

Aumasgaris *cogn. barb.* CORP. VIII 2200 (*in vicinia Thevestae*) dis manibus Aumasgaris Magarsae filio Tascuri F⟨l⟩avi Faus⟨t⟩i fi⟨l⟩ia coni⟨ux⟩ *vel* ⟨ugi⟩. *Diehl.*

aumātio, -ōnis. VIRG. gramm. epit. 14 p. 87, 7 autumnus dicitur de aumatione fructuum, quod colliguntur.

aumatium. FVLG. serm. ant. 61 aumatium dicitur locum secretum publicum sicut in theatris aut in circo. unde et Petronius Arbiter ait (frg. 13) 'in aumatium memet ipsum conieci'. *ὀμμάτιον interpretatur Roensch*, automatium *Turnebus*, naumachium *Wessner* (aumacium, aumaticum, aumantium, naumatium *codd.*). *cf.* GLOSS. V 616, 6 aucmacium est piralis domus. *v. Heraeus, Archiv 11 (1900) p. 69. Goetz, thes. gloss. s. v.* *Ihm.*

Aumemundus, -ī *nom. germ., vix diversum ab* Aunemundus Aunimundus. LEX Burg. praef. 14 p. 34, 8 signum Aumemundi comitis (12). *utroque loco unus tantum liber exhibet* Aunemundi.

matronae **Aumenahenae.** INSCR. Ihm, Matronenkultus 276 p. 145 matroni⟨s⟩ Aumena⟨h⟩en⟨is⟩ (*vel* Aumena⟨i⟩en⟨is⟩).

aumentum *v.* augmentum. **Aumōn** *v.* Aulon *1.*

Aun *v.* Heliopolis.

Aunacharius, -ī *nom. germ.* CONC. Paris. a. 573 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 147, 24 Aunacharius. p. 149, 15 Aunaarius in Dei nomine episcopus eclesiae Autisioderinsis. p. 150, 1 Aunaarius (p. 151, 3). Matisc. a. 583 *ibid.* p. 160, 36 Aunacharius (p. 161, 22, *ubi* aunaharius *AB*). a. 585 *ibid.* p. 172, 17 Aunacharius. CONC. Autiss. *ibid.* p. 184, 1 Vnacharius. GREG. TVR. Franc. 9, 41 (*in exemplari rescripti*) Aunacharius. MARTYROL. Hier. pr. kl. Aug. (*ubi* avinari *cod. Eptern.*). *Diehl.*

Aunam *nomen ducis Horreorum.* LIB. geneal. chron. I 174, 299. *idem* VVLG. gen. 36, 29 Ana *vocatur.*

Aunan, *Ἀνάν.* 1 *nom. vir. hebr.* ITALA gen. 14, 13 (Aug. loc. hept. p. 490, 17) *Abram* habitabat ad quercum Mambre Amorrhis, fratris Eschol et fratris Aunan. *hebr. et* VVLG. Aner. 2 *v.* Onan.

aunapus *v.* rartilia. [*Plenkers.*

Aunara *nom. equi* (*equae*). CORP. VI 10056, 14 *vicit* Aunara b(adia) I. *Diehl.*

Aunatius *nom. vir. barbaricum, ut videtur.* CORP. XIII 3281 (*in Gallia Belgica*) ⟨...⟩us Aunati (filius) Ciurn(ae) coniugi sue. 10010, 243 (*in vasculo Gallico*) Auna⟨ti *?*⟩. *nom. gent. non satis certum* CORP. V 5972 (*Mediolani, periit*) Aunatio Verno. *sed vide etiam* Aunius *et* CORP. inscr. etrusc. I 1495 aθ: vecu auntnal. 1496 (*idem*) aθ. vecu auntanal. 4003. 4004. *Otto.*

aunculus *v.* avunculus. **Aunebredus** *v.* Aunobertus.

Aunedos *cogn. vir. celt.* CORP. XIII 10010, 244 (*in vasculis Gallicis*) Aunedos, Aunedo f(ecit), Aunedo, Aunedu f(ecit). *ab hoc nomine deriv. videtur opp.* **Aunedonnācum** *apud Pictones, nunc* Aulnay. ITIN. Anton. Aug. 459 Aunedonnacum (*v. l.* Aunedonacum Aunedunacum Aunidonacum). TAB. Peut. 2, 1/2 Avedonnaco. *cf. Hirschfeld, Corp. XIII p. 147.*

Aunegilde *nom. mul. germ.* LEX Burg. lib. const. 52 p. 85, 10 Aunegilde *nomin.* (p. 86, 3. 10). p. 85, 7 Aunegildem. *de orthographiae varietate cf. von Salis in adn.*

Aunemundus, -ī *nom. germ.* 1 CORP. XII 2485 (*christ., saec. V ex., inter Augustum et lacum Lemannum*) hic requiiscit bone memoriae Aunemundus. 2 LEX Burg. praef. 14 p. 34, 2 signum Aunemundi comitis. *cf.* p. 35, 2. 12. 17 *et v. Salis ad ll.* *v.* Aumemundus. *Diehl.*

Aunenius *nom. gent., cf.* Aunius. CORP. VII 1336, 345 (*in patella*) Auneni (*?*) Martialis. *Otto.*

fl. **Aunes** *Indiae.* TAB. Peut. 12, 5. RAVENN. p. 43, 20 *flumen. v. Tomaschek, PW. II 2423.* *Diehl.*

Auni. *nom. gentis hebr. non legitur nisi* ITALA num. 26, 17 (Lugd.) Angi et plebs Auni. *Plenkers.*

Aunia *nom. mul. barbaricum, cf.* Aunilla. CORP. II 146 (*in Lusitania*) Aunia Ammini f. .... Avitus et Surus fratres. 820 Caelia Aunia Iuli Fusci Tuberiani uxor. 833 Aunia Angeiti f. 903 Aunia Tangini f. 2840 (*in Hispan. Tarracon.*) Antestia Aunia. 5828 Minicia Aunia Seconti f. *cf.* Aunis *et* Aunus.

Aunicius *nom. gent., cf.* Aunius. CORP. V 891 (*Aquileiae*) M. Aunius M. fil. Pub. Messallinus vet. leg. XV Apol. *Otto.*

Auniga, -ae *cogn. vir. barb.* CORP. VIII 9348 (*Caesareae*) ...⟩a Aunigae ⟨regis⟩ Iubae l. fil(ia). *Diehl.*

Aunilla *nom. mul. barbaricum, sed cf.* Aunius. CORP. XIII 1210 (*in Aquitania*) Aunilla. *cf.* 1211. 3282 (*in Gall. Belg.*) manib(us) Aunille. **Aunillius** *nom. gent.* CORP. V 5374 (*Comi*) d. m. Secundini Aunilliorum. *Otto.*

Aunimundus *v.* Aunemundus.

Aunios *insula Hispaniae citeriori adiacens, nunc fort.* Ons. PLIN. nat. 4, 111 ex insulis ... Corticata et Aunios. *v. Hübner, PW. II 2423.*

Aunis *cogn. mul. barb.* CORP. VIII 9718 (*christ. in Maur. Caes., a. 414*) memoria Reparati Arelli f. Aunis r. e (*?*) p(rovinciae) CCCLXXV. 13478 (*Carthagine*) Auni⟨s *vel* a fidelis in⟩ pac⟨e⟩. *Diehl.*

Aunītes *v.* Amnites.

Aunius, -a *nom. gent., cf. etrusc.* (CORP. inscr. etrusc. I 3802) la. apurθe aunial *et* (4247) larθi aune *et* (4248) teti aunaś. CORP. XI 2951 (*Tuscanae*) C. Aunius Aper. VIII 14610 (*in prov. procos.*) ⟨C.*?*⟩ Aunius Felix sacerd(os) Satur(ni) ⟨p⟩ublicus. *cf. etiam* Aunus, Aunatius, Aunenius, Aunicius, Aunilla, Aunillius. *Otto.*

Auno, -ōnis *cogn. vir. germ.* GREG. TVR. Franc. 7, 47 cum Aunone et filio adque eius fratre Eberulfo.

Aunobaritānus *ethn. et adi. opp. prov. proc.* CORP. VIII 15563 (*a. 292—305*) res publica municipii Aunobaritani.

Aunobertus, -ī *cogn. vir. germ.* INSCR. Bonn. Jahrb. 105 p. 131, 3 (*saec. VII/VIII*) hic requiscit in pace Aunobertus. *ibid.* p. 132, 7 (*eiusdem aetatis*) hic requiiscet in paci Aunebredus. *v. Förstemann, Altdeutsch. Namenbuch 208.*

Aunodi *in vasculo Gallico.* CORP. XIII 10010, 245 (*descr.*).

Aunonēnsis, -e *ad Hispaniae opp. quoddam pertinens, cuius incolae* **Aunonēnsēs,** -ium. HYD. chron. II p. 34, 233 Suevi adversus Aunonensem saeviunt plebem (239). p. 35, 249 Aunonenses pacem cum rege faciunt Suevorum.

Aunonibe (*dat.?*) *cogn. mul. barb.* CORP. III 5027 (*in Norico, cf.* add. p. 1822) Aunoni be Iuliane Sebacau so co(iugi) fe(cit) et | sibi.

Aunulfus, -ī *nom. vir. germ.* GREG. TVR. Franc. 4, 50 Aunulfo (Vnulfo *B2*). *Diehl.*

aunus *v.* ānus *in add.*

Aunus. 1 *nom. Liguris ap.* VERG. Aen. 11, 700 Appenninicolae bellator filius Auni, haud Ligurum extremus .... 11, 715 vane Li-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

gus ..., ... nec fraus te incolumem fallaci perferet Auno! *v. etiam* Oenus. 2 *in titulis*: CORP. XIII 5042 (*in Germ. sup.*) Q. Ael. Aunus IIIIII (vir) Aug. 3258 (*in Gall. Belg.*) Aurel. Aunus vet. leg. VI v⟨ictr⟩icis. 10010, 246 *et* XII 5686, 117 (*in vasculis Gallicis*) Aunus f. *et* Auni m. XIII 5874 (*in Germ. sup., periit*) Aun(...)? *christianus*: CORP. VIII 21555 (*in Maur. Caes., a. 408*) C. Vetti Auni. *cf.* Aunius. *Otto.*

? **avo** est parvum lignum in fundo navis GLOSS. V 616, 7. *Ihm.*

1. Avo *fluv. Callaeciae, Ptolemaeo 2, 6, 1 Ἄβου ποταμοῦ ἐκβολαί, nunc* Rio d'Ave. MELA 3, 10. *cf.* Avobriga.

2. Avo, -onis *cogn. vir. barb.* 1 CORP. VII 1344 d. m. Aurelius vixit annis XI. Avo pate(r) pientissimus tam sibi quam et filio suo posuit: *vide tamen ne sit* Avopate, *quod conferas et* Auvo. 2 GREG. TVR. Franc. 7, 3 Vidastis cognomento Avus (Avius *B 2*)...quodam loco cum Childerico Saxone coniunctus, dum se invicem convitiis lacesserent, unus ex pueris Childerici Avonem (Avionem *B 2*) hasta transfixit. 3 INSCR. Bulletins de la Société des Antiquaires de France 1883 p. 292 (*in fibula*) Iulios Avo. *v. Holder, Altcelt. Sprachsch. I 316. sed cf. ibid. 317* Avor.

Avobriga *opp. Callaeciae; v.* 1. Avo. PLIN. nat. 4, 112 oppidum Abobrica. *incola* **Avobrigēnsis.** CORP. II 4247 (*Tarracone*) L. Sulpicio Q. f. Gal. Nigro Gibbiano Avobrigensi omnibus inrep(ublica) sua honorib. functo flam. Romae dívor. et Aug. p. H. c. 2477 (*Aquis Flaviis, a. 79*) civitates X Aquiflavienses Aobrigens(es) Bibali Coelerni *eqs.* *Diehl.*

āvocāmentum, -ī *n. ab* avocare. PLIN. epist. 8, 5, 3 ero ergo suspensus pro homine amicissimo, dum admittere avocamenta et cicatricem pati possit. 8, 23, 1 omnia mihi studia, omnes curas, omnia avocamenta exemit, excussit, eripuit dolor. paneg. 82 cum sint ista ludus et avocamentum. APVL. apol. 43 posse animum humanum, praesertim puerilem et simplicem, seu carminum avocamento sive odorum delenimento soporari. ARNOB. nat. 5, 14 infantibus credulis avocamenta quaeritantes anus longaevas. LACT. opif. 18, 8 *mens* sibi avocamenta invenit. AVG. c. Faust. 13, 6 p. 383, 26 fabula illa est longa et vana, puerile ludibrium et muliebre avocamentum et aniculare deliramentum. in psalm. 26 serm. 2, 7 quae ibi delectatio tua? quod avocamentum cordis? in euang. Ioh. 7, 2 alia sint studia nostra, alia sint avocamenta animae nostrae. in epist. Ioh. 1, 4 avocamentum mentis est, non firmamentum. CAEL. AVR. chron. 1, 5, 170 utendum etiam peregrinatione terrena atque maritima et animi avocamentis, quibus mentis laxatio fiat. SIDON. epist. 9, 13, 3 si saluberrimis avocamentis, ut qui adhuc iuvenis, tepidius inflecteris. *cf.* avocatio.

āvocātio, -ōnis *f. ab* avocare. CIC. Tusc. 3, 33 levationem ... aegritudinis in duabus rebus ponit *Epicurus,* avocatione a cogitanda molestia et revocatione ad contemplandas voluptates. IVL. RVF. rhet. 13 p. 42, 13 *ἀποπλάνησις* est iudicis a re contraria nobis avocatio. SEN. epist. 56, 4 in his, quae me sine avocatione circumstrepunt. TERT. pudic. 10 si qua te carnis vacillatio, animi avocatio, oculi evagatio de tenore decusserit, deus bonus est. *plur.*: IVST. 37, 4, 1 non in convivio, sed in campo, nec in avocationibus, sed in exercitationibus ... aut cursu aut viribus contendebat. *cf.* avocamentum.

āvocātor, -ōris *m. ab* avocare. TERT. carn. 5 nec mortuorum resuscitatorem, sed vivorum avocatorem. *fem.* **āvocātrīx,** -īcis: TERT. anim. 1 vim istam perniciosissimam nec unquam bonam, atquin omnis erroris artificem, omnis veritatis avocatricem.

āvoco, -āvī, -ātum, -āre *ab a et* vocare. GLOSS. *ἀπασχολῶ. ἀποπλανῶ. ἀσχολῶ.* avocat *περισπᾷ, καταργεῖ, ἀπασχολεῖ.* avocor *μετεωρίζω. verbum rarissimum apud poetas* (PHAEDR. LVCAN. SIL. *singulis locis*, STAT. *duobus; adde* MART. CAP. 8, 805) *plerumque translate adhibetur pro* avertere, abducere. *structura sollemnis cum praep.* ab: *cf.* ARVS. gramm. VII 457, 14 avocat ab illa re: CIC. de rep. I 'a qua isti avocabant'.

aliquem: LEX repetund. (Corp. I 198) 71 neive eum ... avocarier iubeto, neive abducito, neive abducier iubeto, neive facito quo quis eorum minus ad id iudicium adesse poss⟨it⟩. LIV. 1, 6, 1 cum pubem Albanam in arcem praesidio armisque obtinendam avocasset. 4, 61, 3 parte tribunorum exercitusque ad Volscum avocata bellum (ORAT. imp. Claud. Corp. XIII 1668 II 38 cum a[d] census novo tum opere et inadsueto Gallis ad bellum avocatus esset). 26, 33, 5 Fulvium avocari a Capua. 37, 38, 7 nullo a munimento castrorum milite avocato. 38, 7, 1 Aetolos inde avocavit populatio maritimae orae. 45, 20, 2 quorum auctoritate ab armis avocarentur *Galli* (*cf.* 3, 16, 6). 25, 2, 3 consules bello intentos avocare non placebat. 22, 33, 10 consul alter a bello avocaretur (27, 4, 2. 35, 6, 6. *cf.* NEP. Epam. 5, 3 evocas *codd.*). 37, 18, 8 Eumenes avocatus domestico bello (25, 33, 7 *cf.* POMPON. dig. 1, 2, 2, 27). 26, 13, 11 nihil tanta sociorum clade avocati sunt. 2, 34, 9 secedat nunc, avocet plebem (6, 18, 2 PLIN. nat. 18, 13). SIL. 10, 86 coniux Iovis ... avocat ignarum saevo e certamine Poenum. PS. QVINT. decl. 17, 5 cum me repente interrogatione subita avocavit, abduxit *pater*. FRONTIN. strat. 1, 8, 12 avocato in Cariam Tissapherne. 1, 5, 16 necesse Liguribus fuit avocari ad defendenda sua (*cf.* 1, 5, 27. 3, 9, 4). TRAIAN. Plin. epist. 10, 20 milites a signis. CALL. dig. 22, 5, 3, 6 multo minus milites avocandi sunt a signis vel muneribus (*cf.* MACER dig. 49, 16, 13 pr. MOD. dig. 49, 16, 3, 21). SPART. Hadr. 19, 4 ab urbe Roma numquam ullum venatorem aut scaenicum avocavit. *contionem*: MESSALA ausp. frg. Gell. 13, 16, 1 consul ab omnibus magistratibus et comitiatum et contionem avocare potest, *et ter ibidem*. LIV. 43, 16, 9 eo facto avocatam a se contionem tribunus questus. 43, 16, 11 C. Claudio diem dixit, quod contionem ab se avocasset. VIR. ill. 65, 5 *Gracchus* imprudens contionem a tribuno plebis avocavit (*cf.* 73, 2 quod is eo die, quo ipse contionem habebat, ius dicendo partem populi avocasset). ARVS. gramm. VII 490, 23 Cicero cum a ludis contionem avocavit. LIV. 3, 63, 7 inde consules ... in prata Flaminia ... avocavere (vocavere *cod. Veron.*) senatum. CIC. S. Rosc. 90 quos iam aetas a proeliis avocabat. Arch. 12 ut a nullius umquam me tempore aut commodo aut otium meum abstraxerit aut voluptas avocarit aut denique somnus retardarit. Sest. 103 ab industria plebem ad desidiam avocari. Balb. 59 *quos* ab hoc impari certamine atque iniusta contentione avocabat. 60 etiam ab illis eos maioribus discordiis avocarem. Phil. 2, 23 quin Pompeium a Caesaris coniunctione avocarem. 2, 115 *te* ne metus quidem a foedissimis factis potest avocare? 6, 6 quod vero ita avocatur a Mutina, ut. de orat. 3, 63 nos avocat a rostris, a iudiciis, a curia. div. 1, 111 rarum est quoddam genus eorum, qui se a corpore avocent. Tusc. 4, 60 et ille ab intemperantia et hic ab avaritia avocari potest. 5, 42 quem ... temperantia ... a libidine avocet. 3, 35 cum a contuendis nos malis avocat *Epicurus*. fat. 11 a tantis vitiis. fin. 1, 2 a philosophia. Cato 15 quod *senectus* avocet a rebus gerendis. Att. 12, 37, 4 a maestitia. epist. 16, 23, 2 nec tamen te avoco a syngrapha. leg. 2, 10 *ratio* ad recte faciendum impellens et a delicto avocans. 2, 9 hoc ... vim habere ad recte facta vocandi et a peccatis avocandi. PLANC. Cic. epist. 10, 24, 6 quae mens eum ... a tanta gloria ... avocarit et ad cogitationem consulatus ... transtulerit. LIV. 2, 57, 2 ab impetu ad consultandum a[d]vocabantur. 8, 23, 11 Publilium imminentem hostium muris avocari ab spe capiendae ... urbis. SEN. contr. 2, 2, 9 ab indulgentia. VELL. 2, 108, 2 avocata procul a Romanis gente sua. SEN. benef. 4, 14, 4 ab omnibus istis ... cupido avocat. 6, 15, 2 a rebus suis avocati nobis vacant. 5, 23, 1 quid, si occupationibus districtus et in alia ⟨a⟩vocatus occasionem non observavi? (*cf.* PLIN. epist. 1, 24, 3. 9, 2, 1). dial. 1, 3, 10 mero se licet sopiat et aquarum fragoribus avocet et mille voluptatibus mentem anxiam fallat. 5, 39, 4. 6, 2, 4 ne avocari quidem se passa est, intenta in unam rem et toto animo adfixa. 6, 24, 4. 9, 2, 2 nihil avocatus transversis multorum vestigiis passim discurrentium. 11, 17, 1 inter ipsa, quibus avocatur, spectacula. 12, 8, 4. epist. 56, 4 magis mihi videtur vox avocare quam crepitus. illa enim animum adducit, hic tantum aures implet. 56, 11 nulla res nos avocabit, nullus hominum aviumque concentus interrumpet. 80, 1 spectaculi, quod omnes molestos ad sphaeromachiam avocavit. 92, 24 quem (*sapientem*) nullus avocavit dolor. COLVM. 7, 12, 2 idque non solum nihil agricolam iuvat, sed et avocat desidemque ab opere suo reddit. 11, 2, 71 nec tamen haec cura totum avocet eum a cetera ruris cultura. 11, 1, 24 quibus rebus plurimae operae avocantur (11, 1, 20. 12, 52, 8). LVCAN. 6, 448 PLIN. nat. 35, 105 STAT. Theb. 6, 781. silv. 4, 6, 31 hic Aoniis amor avocat antris. QVINT. inst. 6, 4, 20 inferenda est aliqua quaestio atque in eam iudex, si fieri potest, avocandus. 8, 2, 23. 10, 3, 23 illa, quae ipsa delectant, necesse est avocent ab intentione operis destinati. 11, 3, 25 nam ex tempore dicentes avocat a cura vocis ille, qui ex rebus ipsis concipitur, affectus. decl. 262 p. 73, 15 si ancillarum cupiditas a geniali toro avocaret. 295 p. 168, 23 non recessi a custodia, donec me bellum avocavit. 356 p. 388, 25. PS. QVINT. decl. 8, 14 aegros, quos detrahit, quos avocat alia curatio. 10, 18. FRONTIN. strat. 4, 7, 18 ea persuasione avocatos adortus sub leges redegit (*cf.* 1, 4, 14. 1, 8, 12). 1, 5, 14 avocatus in diversum hostis (4, 5, 9). TAC. ann. 3, 37 nullis voluptatibus avocatus. PLIN. epist. 1, 3, 2 an ... intentione rei familiaris obeundae crebris excursionibus avocaris? 1, 24, 3 modus ruris, qui avocet magis quam distringat. 9, 36, 2 ab iis, quae avocant, abductus. SVET. Aug. 40 ne plebs ... frequentius ab negotiis avocaretur. Nero 23 ne quid circa haec occupatum avocaret detineretve. PAVL. dig. 5, 1, 24, 2 ne ab officio suscepto legationis avocetur. 5, 1, 75 *si* morbo impeditus aut rei publicae causa avocatus adesse non potuit reus. CALL. dig. 50, 11, 2 cum avocentur ab opere rustici. APVL. met. 4, 24 puella *nullis* aniculae sermonibus ab inceptis fletibus avocari *potuit*. MIN. FEL. 14, 4 dum verborum lenocinio a rerum intentionibus avocantur. 27, 2 *daemones* a deo vero ad materias avocant. TERT. spect. 2 quos magis periculum voluptatis quam vitae avocet (evocet *cod.*) ab hac secta. 10 spectaculorum inquinamenta, quibus hominem a domino avocarent. PORPH. Hor. carm. 2, 13, 39 dicit et Orionem avocari a propriis venandi voluptatibus. epist. 2, 1, 127 ut avocet a turpibus dictis. sat. 2, 2, 4 haec omnia discite, sed alio tempore, non cum fulgore argenti avocati fueritis. COD. Iust. 10, 50, 1 (*aet. Dioclet.*) ut singuli ... studiis non avocentur (10, 52, 2). SOL. 7, 31 *perdices* hoc mendacio inlicitant obvios et eludunt, quoad provecti longius a nidis avocentur (PLIN. nat. 10, 103 donec in diversum abducat a nidis). PANEG. 10, 37 p. 243, 3 licet aetas ... te avocet ab imitatione virtutis paternae. [IVST. 12, 14, 5 vocatum *codd.*] ARNOB. nat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

2,73 ad *dei* cultum ab rebus opinabilibus nos avocaret. 5,24 *Proserpinam* per floream messem huc atque illuc passim lectionis cupiditas avocaret. Ivl. Rvf. rhet. 13 p. 42,16 *ἀποπλάνησις* est iudicis a re contraria nobis avocatio ... ad aliam rem avocamus ... et ab eo, quod contra nos est, avocatur et suspenditur iudex. Comment. Lucan. 4,30 dum pauci Caesariani hoste⟨m⟩ avocant. 8,167 quo se avocet a proposito cogitandi. Avg. civ. 9,18 *daemones* a provectu animorum nos avocare atque avertere moliuntur. Cassian. conl. 9,35,3 ne fratres adstantes nostris susurris vel clamoribus avocemus et orantium sensibus obstrepamus. Sidon. epist. 5,17,1 numquamque te tantum venatio civitas ager avocat, ut non obiter litterarum voluptate teneare. Vict. Vit. 1,27 nisi consilio prudenti, dum avocatur, nesciente multitudine sepeliretur. Corp. X 1782,17 a tanta tristitia. *nota*: Itala Luc. 21,37 (*codd. plur.*) noctibus exiens avocabatur in monte (*ηὐλίζετο*, Vvlg. morabatur). Colvm. 9,13,14 ab opere mellifico avocatae *apes*. Petron. 72 *canis* avocatus cibo furorem suppresserat.

aliquid: Cic. orat. 45 a propriis personis et temporibus ... avocat controversiam (Qvint. inst. 3,5,15). ac. 1,15 Socrates mihi videtur ... primus a rebus occultis ... avocavisse philosophiam (*opp.* adducere. *cf.* Mar. Victorin. in Phil. 3,1 p. 1218^{A} avocate omnem scientiam vestram a Iudaica disciplina). Phaedr. app. 14,26 amorem crebris avocabat poculis. Sen. dial. 12,17,6 luctum suum aut intempestivis avocare (evocare *cod. Ambros.*, sevocare *Gertz*) lusibus aut sordium ac squaloris foeditate inritare. Frontin. strat. 1,5,18 per haec avocata intentione adversarium evasit (Min. Fel. 15,2. Avg. mus. 6,13,39 avocans intentionem). Liv. 7,2,11 postquam lege hac fabularum ab risu ac soluto ioco res avocabatur et ludus in artem paulatim verterat. Vitr. 8,1,7 solis vehemens impetus ... eripit exhauriendo fervens ex planitie camporum umorem, et si quae sunt aquae apparentes, ex his quod est levissimum tenuissimumque et subtili salubritate aer avocans dissipat in impetum caeli. Sen. nat. 3,15,7 saepe ... inania adposita plenis humorem in se avocaverunt. Plin. nat. 17,118 amputatis omnibus ramis, ne sucum avocent (*cf.* Colvm. 5,11,11 arb. 26,9). Cael. Avr. acut. 3,4,36 clysteribus utendum ob avertendam materiam vel avocandam a locis patientibus. *nota*: Qvint. inst. 9,1,20 sic *in oratione* in terga incurrere datur et arma avocare et velut nutu fallere. *fere i. q. auferre*: Vlp. dig. 39,2,26 si in vicino tuo agro cuniculo vel fossa aquam meam avoces. 39,5,6 meus lapis durat ..., ipsius factum avocare non possum. 9,4,36 nec oberit, quod Serviana potest ei homo avocari. Gaivs inst. 2,148 si ... ab eis avocari hereditas potest (149 Pavl. dig. 28,4,4. Papin. dig. 28,3,17 si ... fratribus partem hereditatis avocarit. *cf.* Pavl. sent. 3,4^{b},8 tantum suo *heredi* avocabit, quantum extraneo). Scaev. dig. 22,3,6 ut partem eius, quod in fraudem datum esset, posset avocare. Pomp. dig. 35,1,110 *pecuniam*. 19,1,3 pr. si quis eam possessionem iure avocaverit (Pavl. dig. 12,6,15,1 Papin. dig. 21,2,66 pr.). 46,3,20 quia avocari tibi res possit (Pavl. dig. 35,2,1,11 Venvl. dig. 43,26,22 pr.). Tert. adv. Marc. 5,9 defendam eas scripturas, quas et Iudaei nobis avocare conantur. *animum, mentem, oculos, sim.*: Cic. har. resp. 18 neque is sum, qui ... eis delecter aut utar omnino litteris, quae nostros animos deterrent atque avocant a religione. epist. 4,5,5 ab hisce rebus animum ac cogitationem tuam avoca atque ea potius reminiscere, quae digna tua persona sunt. Liv. 6,18,2 ne quo externo terrore avocarentur animi ab sanandis domesticis malis. 37,9,1 quibusdam ad Antiochum multitudinis animos avocantibus. Val. Max. 1,1,12 quo animi hominum a deorum cultu avocarentur. Sen. epist. 56,5 animum ... cogo sibi intentum esse nec avocari ad externa. 92,6 vacat ... animus molestia liber ad inspectum universi nihilque illum avocat a contemplatione naturae. Plin. epist. 9,2,1 in quibus parcior fui, partim quia tuas occupationes verebar, partim quia ipse multum distringebar plerumque frigidis negotiis, quae simul et avocant animum et comminuunt. Porph. Hor. carm. 3,1,17 ceteris, quae ad voluptatem animos avocare possint. Lact. inst. 1,22,4 populi feroces animos mitigavit et ad studia pacis a rebus bellicis avocavit. 3,16,3 apparet *philosophos* exercendae linguae causa vel avocandi ⟨animi⟩ gratia artem istam philosophiae reperisse. 2,3,11 non oportet sublimes et excelsos animos avocari atque in terram premi, sed nihil aliud quam caelestia cogitare (*cf.* 6,6,4 a caelestibus avocatum terrenisque demersum ad poenam interficiunt sempiternam). opif. 9,3 si retrorsum avoces animum quasi ad cogitandum et intentionem mentis relaxes (*opp.* intendere animum). ira 17,3 cum soporati sumus ..., animus imagines sibi ... adfingit ... avocatque se falsis. Avr. Vict. Caes. 41,11 condenda urbe (condendae urbi *Anna*) formandisque religionibus ingentem animum avocavit. Fvlg. Virg. cont. p. 91,3 dehinc picturis animum a[d]vocat. Cael. Avr. salut. praec. 2 p. 192 utilis ... avocatus animus aliqua voluptate spectaculi. Itala III Esdr. 4,21 (Colbert. 630 Sangerm. 4) cum muliere avocat animam suam (*ἀφίησι*, Vvlg. remittit). Tert. anim. 45 nec enim exterminat, sed avocat mentem. Lact. opif. 18,8 sicut mens per diem veris visionibus avocatur, ne obdormiat, ita ⟨per noctem⟩ falsis, ne excitetur. Hil. psalm. 118 aleph 9 p. 365,2 non avocato in alia negotia corde. Sen. epist. 58,25 quemadmodum ille caelator oculos diu intentos ac fatigatos remittit atque avocat et, ut dici solet, pascit: sic nos animum aliquando debemus relaxare et quibusdam oblectamentis reficere. Plin. nat. 18,252 ut ne sole quidem oculos tuos a terra ⟨a⟩voces. Colvm. 1,8,13 haec ... negotiatio curam vilici avocat (*sim.* 11,1,24). *inde nonnumquam fere i. q. delectare* (*Roensch, It. u. Vulg. p. 351; Semas. Beitr. 3 p. 10*): Non. p. 282 duci: delectari vel avocari. *huc referri possunt nonnulla ex supra allatis. cf. praeterea*: Ampel. 2,9 Sagittarius ... quem Musae semper dilexerunt eo, quod plausu et lusu sagittarum eas avocaret. Apvl. met. 1,20 lepidae fabulae festivitate nos avocavit. 4,27 ego te lepidis anilibusque fabulis ... avocabo. Tert. spect. 28 in ea (*quiete*) gaudent, in ea avocantur. Porph. Hor. ars 319 verba sordida si non delectant, attamen res avocat auditu digna. Ps. Cypr. aleat. 11 servus cum domino tuo avocare. Arnob. nat. 7,8 quibus (*passerculis, pupulis*) avocare se possint *parvuli pusiones*. 7,41 qui currentibus frustra delectaretur eculeis avocarique se genere hoc ludicri iucundissimum duceret. Serv. Aen. 1,67 concentum symphoniae tubarumque, quibus avocati cives facilius tolerarent ieiunium. Fvlg. Virg. cont. p. 93,20 avocatur fabulis, quibus puerilis consueta est a[d]vocari garrulitas. Hyg. fab. 14 p. 48,17 *Butes*, quamvis cantibus et cithara Orphei avocabatur, victus tamen est dulcedine Sirenum. Hier. epist. 46,11 sudans messor psalmis se avocat (107,12 canticis). Vvlg. Sirach 32,15 praecurre ... prior in domum tuam et illic avocare et illic lude (*παῖζε*). Sidon. epist. 7,18,4 his licebit neniis avocere.

synonyma: abducere, abstrahere, avertere, detrahere, detinere, distringere, remittere (*oculos*), relaxare (*animum*). delectare.
opposita: impellere, vocare, adducere, inritare, intendere (*animum*).

Avodiācō *v.* Abudiacum *sub* Abudius.

āvolātio, -ōnis *f. ab* avolare. Avg. in psalm. 54,8 columba a molestiis quaerit avolationem. 54,13 optat pennas avolationis, optat requiem deserti. *plur.*: 85,7 nec invenit cancellos, quibus se includat, aut obices quosdam, quibus retineat avolationes suas et vagos quosdam motus. *Ihm.*

Avolēnus *v.* Avius.

Avolgigī, -ōrum, -un *gens Hispana.* Corp. II 2633 (*Asturicae, a. 27 p. Chr.*) ex gente Avolgigorum Sempronium Perpetuum Orniacum. 6338^{K} (*in Tarraconensi*) Cadus Pedaccianus Pentovio Aulgigun amico suo. *Diehl.*

āvolo, -āvī, -ātum, -āre *ab* a *et* volare. Gloss. *ἀφίπταμαι.* Pavl. Fest. p. 26 afvolant (aevolunt *codd.*, afvolunt *O. Müller*): avolant (*cf. Archiv 7 p. 506*). *lectio incerta* Titin. com. 125 (volat *codd.*). *apud* Liv. 3,61,7 *rectius praeter R codd. habent* advolant. *proprie*: Acc. trag. 390^{a} sublime avolans pinnata cauda nostrum adulat sanguinem (Cic. carm. frg. 32,14 *idem versus*). Titin. com. 126 de aedi summa, quo avolavit gallus gallinaceus. Colvm. 8,6,6 ut saepe sedes suas perosa *columba*, si detur avolandi potestas, relinquat. Svet. Galba 18 auspicanti pullos avolasse (evol- *codd. deter.*). Gaivs dig. 41,1,5,5 ex consuetudine avolare et revolare solent *pavones et columbae* ..., apes idem faciunt. Vvlg. lev. 14,7 dimittet passerem vivum, ut in agrum avolet (14,53). Is. 16,2 sicut avis fugiens et pulli de nido avolantes. Nah. 3,16 bruchus expansus est et avolavit (*ἐξεπετάσθη*). 3,17. Pavl. Nol. epist. 39,7 locusta est avolans et revertens. Catvll. 66,55 isque (*ales equos*) per aetherias me tollens avolat umbras. Ov. ars 2,19 et levis est *Amor* et habet geminas, quibus avolet, alas. Apvl. met. 5,23 tacitus avolavit *Amor*. Obseq. 66 legionum aquilae visae in sublime avolare. Hyg. fab. 40 p. 69,19 Daedalus pennas sibi et Icaro ... fecit et accommodavit et inde avolarunt. astr. 2,8 p. 45,4 ipse (*Iuppiter in forma aquilae*) ... avolavit. *translate*: *cf. imprimis*: Liv. 38,46,5 velut avium examina ad crepitum primum missilium avolavere. Hier. epist. 79,7 procul sint a conviviis ... omnes aves, quibus amplissima patrimonia avolant. Vvlg. Ier. 49,22 ecce quasi aquila ascendet et avolabit. Os. 9,11 Ephraim quasi avis avolavit (*ἐξεπετάσθη*). 11,11 avolabunt quasi avis ex Aegypto et quasi columba de terra Assyriorum. Cic. Tusc. 1,103 Critoni ... non persuasi me hinc avolaturum neque mei quicquam relicturum (*Plat. Phaedon 64 p. 115 D οἰχήσομαι ἀπιών*). Att. 9,10,3 experiar certe, ut hinc avolem. Verg. Aen. 11,712 iuvenis ... avolat ipse ... conversisque fugax aufertur habenis. Liv. 1,57,8 citatis equis avolant Romam. Ivv. 6,226 inde avolat et spreti repetit vestigia lecti. Iren. 3,18,5 si ... ipse non erat passurus, sed avolaret a Iesu. Amm. 17,1,6 trans ... fluvium ad opitulandum suis necessitudinibus avolarunt *Germani*. 27,10,10 speculatum radices aggerum avolavit cum paucis *Valentinianus*. Hier. epist. 140,14 cum anima fuerit a corpore segregata, vento similes avolamus. psalt. sec. Hebr. 89,10 quoniam transivimus cito et avolavimus (*cf.* epist. 140,14). Vvlg. cant. 6,4 quia ipsi (*oculi*) me avolare fecerunt (*ἀνεπτέρωσάν με*). Is. 8,22. 30,20. Cypr. Gall. iud. 753 infensaque longe avolat *serva*. Sidon. carm. 7,348 sic fatur ... protinus inde avolat. Cic. div. 2,37 qui fit, ut ... alterum non videas, cor subito non potuisse nescio quo avolare? fin. 2,106 fluit ... voluptas corporis et prima quaeque avolat. Sen. dial. 7,23,4 habebit ... opes, sed tanquam leves et avolaturas (*cf.* Hier. epist. 79,7 *supra l. 62*). Amm. 23,4,3 *sagitta* a ballista ex

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

oculis avolat. VVLG. Iob 20, 8 velut somnium avolans (ἐκπετασθέν) non invenietur. MAXIM. eleg. 1, 249 somnus avolat et sera vix mihi nocte redit.

synon.: (aufugere). *oppos.*: revolare, reverti, redire. *Ihm.*

āvolsio, -ōnis *v.* avulsio.

Avolus, -ī *cogn. gall.* VEN. FORT. carm. 4, 21 epitaphium Avoli. inriguis Avolum lacrimis ne flete sepultum. *accedunt presbyter et episcopi*: CONC. Aurel. a. 538 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 84, 24 Advolus (*sic K*, auolus *LN*, auulus *C*). p. 86, 6 Auolus *omnes ll.* CONC. Aurel. a. 541 *ibid.* p. 97, 10 Advolus (*sic K*, auolus *TIN*) ... Sigisterice civitatis episcopus (a. 549 p. 112, 8 *et* CONC. Arel. a. 554 p. 120, 17 Auolo *omnes codd.*). CONC. Aurel. a. 549 *ibid.* p. 110, 18 Avolus (auulus *L*, aluolus *B*) episcopus ecclesiae Aquinsis subscripsi. *non constat cuius civitatis sit episcopus*: CONC. Paris. a. 552 (Mon. Germ. leg. III 1) p. 117, 15 Avolus episcopus.

Avon *v.* Hevaeus.

Avona, -ae *fluv. Britanniae, nunc* Avon, *de quo cf. Hübner, PW. II 2424.* TAC. ann. 12, 31 Avonam (*trad.* antonam) ⟨inter⟩ et Sabrinam fluvios. *cf.* Abona. *Diehl.*

avonculus *v.* avunculus. **Avōnius** (Aonius) *v.* Avius.

avonomicus (-a, -um). *cf. c.* patronymicus. EXPLAN. in Don. gramm. IV p. 537, 7 de avonomicis et patronomicis ... *trahuntur* aliquando et ab avis, ut Aeacides. *Ihm.*

Avonus *nom. barbaricum.* CORP. XII 5686, 118 *et* XIII 10010, 247 (*in vasculis Gallicis*) Avonus f(ecit). *Otto.*

Avopate *cogn. barb.* CORP. II 5731 (*apud Astures transmontanos*) m(onumentum) po(situm) dib. man(ibus) Avopate an. LX ex gente Ablaidacoru fil. p(atri) po(suit). *cf.* 2. Avo.

[**Avoriciēnsis,** -e] *adi. ad oppidum Liburniae vel Venetiae pertinens.* CONC. Grad. (Mansi 9, 926^{C}) Aaron episcopus sanctae ecclesiae Avoriciensis, *alii* Aventiensis: *cogitaveris de* Apsoro *vel* Avendone. *Diehl.*

Avōth Iāīr *indecl.*, חַוֹת יָאִיר, ἐπαύλεις Ἰαΐρ (αὐὼθ Ἰαείρ *cod. A*). *nomen civitatis Palaestinae.* VVLG. num. 32, 41 deut. 3, 14 iud. 10, 4 III reg. 4, 13. HIER. sit. et nom. p. 89, 14 Avothiair, quod interpretatur ἐπαύλεις Ἰαείρ. haec est Basan ..., qui locus nunc vocatur Golan in terra Batanaea. 97, 16. 101, 25. nom. hebr. p. 21, 20 Avothiair gloria luminis vel vita luminis, ita tamen, ut pronuntietur Avathiair. 31, 17. 40, 23. *traduntur formae nominis*: Aoth Iar ITALA deut. 3, 14 (Lugd.). Abotthi Iar LIB. geneal. chron. I p. 188, 513. *Plenkers.*

Aup ... *nom. gent., cf.* Aupidius (*?*), Aupicius. CORP. V 5068 (*in Anaunis*) Aup. Firminus et Paternus et Iustinianus. Aup⟨...⟩ *cogn.* CORP. VIII 8505*?*

Aupagus *v.* Audagus.

Aupiano *legitur in vasculo Gallico* CORP. XIII 10010, 2934 b. *cf.* Aup ....

? **Aupicius** *nom. gent., cf.* Aup ... *et* Aupidius (*?*). CORP. XIII 3182 (*in prov. Lugud.*) Aupici (*?*) Filom⟨usi*?*⟩.

Aupidius *nom. gent., cf.* Aup ... *et* Aupicius (*?*). CORP. VI 12956 (*periit*) P. Aupidio Calyci. *fuitne* Aufidio*?* *Otto.*

Aupledō, -onis *cogn. barb.* CORP. V 5342 (*Comi*) sibi et Aenoni Aupledonis f. *Diehl.*

Aupmiri *legitur in vasculo Gallico* CORP. XIII 10010, 2906 b. *Otto.*

Auprīrius, -ī *cogn. barb.* CORP. VIII 17060 (*Hr. Mnia*) d. m. s. Auprírius vix. XXXX h. ⟨s. e.⟩

Auqus *cogn. barb.* CORP. III 15152 (*in Pannonia inf.*) Auqus Ausquti f. an. XX Capacita Ausquti f. an. XVI. *cf.* Aucus. *Diehl.*

aura, -ae *f.*, αὔρα. *gen.* aurai: VERG. Aen. 6, 747 (aurae *codd.*); **auras**: VERG. *sec.* SERV. Aen. 11, 801 (aurae *codd.*). *vocabulum, quod primum ap.* ENN. (ann. 21) *invenitur, praecipue est poetarum (praeter comicos), qui numero singulari et plurali promiscue utuntur pro metri vel necessitate vel facilitate. notandum, quod interdum per metonymiam (I 3) aliquatenus accedit ad notionem vocabuli* ora, -ae, *maxime in nonnullis iuncturis, ut* aetheriae aurae *sim.*; *hinc permutatio utriusque vocis hic illic in codd. et dissensio editorum de veritate scripturae.* LVCR. 3, 835 *legendum*: sub altis aetheris oris (auris *codd. cf.* 5, 143 *al.*). OV. met. 13, 406 externas ... oras *Bothe* (auras *codd.*). MANIL. 1, 149 in aetherias ... oras *Bentley, al.* (auras *codd.*). AVIEN. carm. ad Flav. 29 Libycas ... *arbos* se sustollit ad oras *Riese* (auras *codd.*). PRISC. periheg. 612 oris difficiles *insulae* nautis (auris, duris *codd.*). *cf. sub* ora. aura *pro* ora *codicum cum edd. agnosco*: AVIEN. ora 172 surgit ... in auras. AVSON. 394, 28 Medullini te feret aura noti. PRISC. perieg. 569 positum regionis et auras. OV. epist. 1, 110 *v. sub* ara. 3, 44 *sub* hora. GLOSS. αὔρα, πνοή. APVL. mund. 10 siccos et superiores mundi flatus ventos nominamus, auras vero humidos spiritus. NON. p. 245 aura est ventus. ISID. orig. 13, 11, 16 (= nat. 37, 5) duo sunt ... spiritus magis quam venti: aura et altanus. 13, 11, 17 aura ab aere dicta quasi aerea, quod lenis sit motus aeris. agitatus enim aer auram facit.
[*it.* ora, *francog.* ore, *hisp.* ora. *M.-L.*]

I ***proprie***: **1** *aer motus* (*spiritus, flatus, ventus*): **a** *generatim*: LVCIL. 248 auram adversam segetem immutasse. 928 simulac paulo vehementius aura inflarit (*de verbo flandi cf.* CVLEX 156 SEN. epist. 102, 26 CVRT. 9, 4, 21 PLIN. nat. 10, 102 *al.*). VARRO rust. 1, 57, 1 granaria ..., quae perflentur vento ab exortu ac septem trionum regione, ad quae nulla aura umida ex propinquis locis adspiret (*de verbo spirandi cf.* CATVLL. 68, 64 VERG. georg. 4, 417 Aen. 5, 844. 7, 8 LVCAN. 8, 246 PETRON. 119 vers. 38 PLIN. nat. 13, 124 QVINT. inst. 10, 3, 24 MIN. FEL. 2, 4 AVG. epist. 126, 3 *al. sibilat aura*: LVCAN. 2, 698. *cf. sub epithetis*). CIC. Tusc. 5, 16 maris ... tranquillitas intellegitur nulla ne minima quidem aura fluctus commovente. nat. deor. 2, 111 vers. (= Arat. 13) *Piscis* horrisonis aquilonis tangitur auris (Arat. 13 alis, *sed cf.* 253. *sim.* aura *cum gen. variorum ventorum*: CIC. Arat. 86. 272 CATVLL. 46, 3. 64, 282 LVCR. 1, 11 VERG. georg. 2, 330 PROP. 1, 18, 2 OV. Pont. 2, 1, 2 GERM. 700 frg. 4, 123 VAL. FL. 4, 722 STAT. Theb. 7, 224 APVL. met. 4, 35 AVIEN. orb. terr. 1265 Arat. 871 CLAVD. 1, 272 PRISC. periheg. 757). CIC. Arat. 202 ni ... opacam pellere nubem coeperit et subitis auris diduxerit Ara. CATVLL. 46, 3 caeli furor aequinoctialis iocundis zephyri silescit aureis. 62, 41 flos ..., quem mulcent aurae, firmat sol, educat imber. 64, 90 aura ... educit verna colores. 64, 282. LVCR. 1, 11 reserata viget genitabilis aura favoni. 1, 387 *aer* quamvis circum celerantibus auris confluat. 3, 196 papaveris, aura potest suspensa levisque cogere, ut ab summo tibi diffluat altus acervus; at contra lapidum coniectum ... noenu potest. 5, 410 pereunt res exustae torrentibus auris. 5, 502 nec *aether* liquidum corpus turbantibus aeris auris commiscet. 5, 819 novitas mundi nec frigora dura ciebat nec ... magnis viribus auras. 5, 1086 *corvi* dicuntur ... imbris poscere et interdum ventos aurasque vocare. 6, 882 taeda ... natans impellitur auris. VERG. ecl. 9, 58 silet aequor et omnes ... ventosi ceciderunt murmuris aurae. georg. 2, 422 *oleae* cum semel haeserunt arvis aurasque tulerunt (SERV. est adsuescere aeris varietati). 4, 172 *Cyclopes* taurinis follibus auras accipiunt (HOR. sat. 1, 4, 19). Aen. 2, 728 nunc omnes terrent aurae (GLOSS. V 126, 19 venti), sonus excitat omnis (*cf.* SIL. 6, 58). 11, 801 *Camilla* nec aurae nec sonitus memor aut venientis ab aethere teli. 11, 863. 12, 370 cristam ... quatit aura volantem (*cf.* SIL. 4, 515. 16, 443). 12, 691 stridunt ... hastilibus aurae. AETNA 101 terra voraginibus conceptas digerit auras. 284 terra minutis rara foraminibus tenues in se abstrahat auras. 287. 292. 299. 314 vallibus exoriens caligat nubilus aer; flumina parva ferunt auras, vis proxima vento est; eminus adspirat fortis et verberat humor. 350. 371 (372 ventorum examina). CVLEX 156 leniter adflans aura susurrantis ... venti. DIRAE 29 ramos inflantibus auris. 49. MORET. 14 lumen defendit ab aura. HOR. carm. 1, 22, 18 arbor aestiva recreatur aura. 1, 23, 4 non sine vano aurarum ... metu; nam seu ... vepris inhorruit ad ventum *eqs.* 3, 4, 8. carm. saec. 32 nutriant fetus et aquae salubres et Iovis aurae. epod. 15, 9 epist. 1, 10, 15 *al.* PROP. 2, 4, 22 huic nullum caeli tempus et aura nocet. 4, 7, 60 mulcet ... Elysias aura beata rosas. OV. am. 1, 6, 52 inpulsast animoso ianua vento: ei mihi, quam longe spem tulit aura meam! 1, 7, 54 populeas ventilat aura comas (epist. 14, 40). ars 2, 650. 3, 301 *al.* rem. 808 lenis alit flammas, grandior aura necat. met. 1, 107 placidi ... tepentibus auris mulcebant zephyri ... flores. 1, 528 vibrabant flamina vestes et levis impulsos retro dabat aura capillos. 10, 59 nil nisi cedentes infelix arripit auras. 10, 591. 15, 411 ventis ... nutritur et aura. Ib. 108 deneget *tibi* afflatus ventus et aura suos. fast. 2, 454 perdidit illius temporis (*Februari*) aura fidem; flamina non constant (PETRON. 122 vers. 149 verni temporis). 3, 642 *al.* 6, 705 *Satyrus tibicen* modo dimittit digitis, modo concipit auras. *nota* MANIL. 4, 593 venti ... erumpunt *de quattuor partibus caeli* ... Boreas ... Eurus *eqs.* ...; hos inter binae mediis e partibus aurae exspirant, similes mutato nomine flatus (*cf.* VITR. 1, 6, 10). VITR. 1, 6, 11 aurae matutinae, quas sol, cum emergit de subterranea parte, versando pulsat, et aeris umorem impetu scandendo trudens exprimit aurarum antelucano spiritu flatus. SEN. Phoen. 421 quis me procellae turbine insano vehens volucer per auras ventus aetherias aget? Oed. 37 non aura gelido lenis afflatu fovet anhela flammis corda. nat. 3, 12, 4 quomodo aer ... ventos et auras movet, sic aqua rivos et flumina. 3, 25, 8 aqua ... non vento tantum, sed aura conpellitur. 3, 29, 6. 5, 3, 3 surgit aura (SVET. frg. p. 234 incipientis aurae). *nota* 5, 7, 2 plana licet abundent aquis, carent aura, hac dico, quae pro vento valet. 5, 8, 2 *et saepius.* 5, 11, 1 dicimus ante lucem auram incitari, eandem subsidere, cum. OCTAVIA 973 lenes aurae zephyrique leves ... vexistis ... Iphigeniam. COLVM. 2, 20, 5 frumenta sic sunt aggeranda, ut omni flatu possint excerni. at si compluribus diebus undique silebit aura, vannis expurgentur. PETRON. 109. PLIN. nat. 2, 115 in domibus ... multis madefacta inclusa opacitate conceptacula auras suas habent (*cf.* 116 flatus ... ventus). 2, 116 illos ..., qui non aura, non procella, sed ... venti sunt. 6, 166 via non reperitur (*sc. per harenas*) ... aura vestigia operiente. 8, 114 fugiunt *cervae* ... secunda semper aura, ut vestigia cum ipsis abeant. 11, 266 muscas, apes, cetera similia cum volatu et incipere audiri et desinere: sonum enim adtritu et interiore aura, non anima, reddi (*cf.* GELL. 10, 12, 9 simulacrum columbae e ligno ... factum volasse; ita erat ... aura spiritus inclusa atque occulta concitum). 17, 73 viridi caelo serantur ac sine aura. 18, 292 omni aura quiescente. 20, 262. SIL. 9, 501 *ventus* evolat ... agens caecam glomerato pulvere nubem; eripuere oculos aurae (9, 522).

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Stat. silv. 5, 1, 153 pinus ... nulli spoliata remurmurat aurae. Theb. 6, 157 caeli violentior aura inpulsaeque noto frondes. 6, 419 stantes ... repectit aura iubas. 9, 404 residens Ismenos in antro, unde aurae nubesque bibunt. Mart. 4, 60, 3. 6, 59, 6. 8, 14, 2 ne ... mordeat ... tenerum fortior aura nemus. 10, 42, 2 lanugo tibi tam mollis, ut illam halitus et soles et levis aura terat. Qvint. inst. 10, 3, 24 inspirantes ramis arborum aurae. Ivv. 12, 66 modica nec multum fortior aura ventus adest. Plin. epist. 5, 6, 5 semper aer spiritu aliquo movetur; frequentius tamen auras quam ventos habet. 5, 6, 14. 30 *cryptoporticus* contenta ... aere suo nec desiderat auras nec admittit. Fronto p. 202, 11 N. Gell. 19, 5, 6 cum aqua frigore aeris duratur et coit, necessum est fieri evaporationem et quandam quasi auram tenuissimam exprimi ex ea et emanare. Apvl. met. 4, 35 Psychen ... mitis aura molliter spirantis zephyri ... suo tranquillo spiritu vehens paulatim ... reclinat. mund. 23 flabris spirantium aurarum graviores et minus puri aeris spiritus differuntur atque purgantur. Min. Fel. 2, 4. Sol. 30, 33 *hyacinthus lapis* sentit auras et cum caelo facit. Lact. inst. 4, 12, 1 animalia quaedam vento et aura concipere. Paneg. 3, 3 p. 103, 30 *deus* ipsas, quae tacitae labuntur, auras placido sinu fundit. Edict. Diocl. 1, 21 etiam de siderum motibus auras ipsas tempestatesque captare. Avson. Mos. 258 raptis ... per inane flagellis aura crepat motoque adsibilat aere ventus. 361, 3. 407, 5. Amm. 20, 11, 30 *iris* indicium est permutationis aurae. 22, 16, 8. 14 *al.* Hier. in Ezech. 12, 21 p. 120 *διαπνεύσει*, id est in ventum et auram tenuem dissolvetur. in Os. 13, 3 p. 146 *ἀτμῷ*, id est vapori sive aurae et spiritui comparari. Vvlg. gen. 3, 8 vocem dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem (Itala Aug. gen. ad litt. p. 367, 2 ad vesperam). III reg. 19, 12. Is. 57, 13 omnes ... auferet ventus, tollet aura. Clavd. 20, 452 levis frondes a tergo concutit aura. Sidon. epist. 8, 12, 4 tam clemens est facies caeli, tam tepida, tam suda et sic auras mage quam ventos habet. Prisc. periheg. 978 fertilis haec tellus fecundis pascitur auris, nam ventis semper florescunt rura secundis. gramm. III 509, 29 solet pulsu solis aer commotus auram facere. Oribas. syn. 1, 24 non utilis *aer*, qui ... montibus ... circumdatus nullam possidet auram. *nota* Carm. epigr. 1535 B 1 aurae etulere parvolum ⟨superae Pium⟩; accessit astris. *de caeli qualitate*: Prisc. periheg. 569 *v. p. 1471, 74. obscaene*: Sidon. carm. 5, 341 ganea ... perenni pressus acescentem stomachus non explicat auram.

b *navigantium adiumentum vel impedimentum*: *significatione propria*: Catvll. 4, 20 laeva sive dextera vocaret aura *navem*. 64, 84 nave levi nitens ac lenibus auris. 68, 64 in nigro iactatis turbine nautis lenius aspirans aura secunda venit. Caes. civ. 3, 8, 2 naves ... usae nocturna aura. Verg. Aen. 3, 356 aurae vela vocant tumidoque inflatur carbasus austro. 3, 530 crebrescunt optatae aurae (*cf.* Hor. sat. 2, 5, 93). 4, 417 vocat iam carbasus auras. 5, 844. 7, 8 adspirant aurae in noctem. Cvlex 344 comes huic (*classi*) erat aura secunda. Hor. carm. 3, 11, 49 i, pedes quo te rapiunt et aurae. 3, 29, 64 me ... tutum per Aegaeos tumultus aura feret geminusque Pollux. Prop. 1, 8, 12 neve inimica meas elevet aura preces. 1, 17, 6 etiam absenti prosunt tibi, Cynthia, venti: aspice, quam saevas increpat aura minas. nullane placatae veniet fortuna procellae? 2, 26^{b}, 30 *puellam* sequar *per mare* et fidos una aget aura duos. 3, 21, 14. Ov. am. 2, 11, 38 epist. 2, 96 *al.* 15, 23 *Venus* dedit faciles auras ventosque secundos. 15, 330 *al.* ars 1, 373 ne vela cadant auraeque resident. 2, 64. 514 *al.* met. 3, 603 *al.* trist. 1, 4, 17 nisi mutatas emiserit Aeolus auras, in loca ... non adeunda ferar. Germ. 156 excipiam ... sinu zephyris spirantibus auras. Sen. Herc. f. 153 laxos aura complente sinus. Ag. 390 *al.* nat. 5, 10, 1. Lvcan. 5, 429 pandens suppara ... colligit auras. 5, 433 non valet ipsa sequi puppes, quae vexerat, aura. 9, 41. Val. Fl. 3, 29. 4, 344. 615 *al.* Sil. 1, 601 superi ... ferte leves auras flatusque ciete secundos. 6, 687. 15, 163 levis inde secunda aspirans aura propellit carbasa flatus. 17, 209 Stat. silv. 3, 2, 88. 130. 4, 3, 106. 5, 1, 149. Theb. 1, 480 laxatis ... aura superstes immoritur velis. Ach. 1, 558. 676. 2, 7 Mart. 10, 30, 13. 10, 104, 17 Svet. Aug. 97. Avson. 394, 28 Medullini te feret aura (ora *codd.*) noti. Vvlg. psalm. 106, 29 *deus* statuit procellam eius in auram et siluerunt fluctus eius. Clavd. 1, 245 ipsi vela regent, ipsis donantibus auras navita tranquillo moderabitur aequore pinum. Pavl. Nol. carm. 24, 356 deus ... pacem procellis imperat, nubes fugat cursumque in aura dirigit. Rvt. Nam. 1, 512 antemnas tendi litoris aura iubet (513 tranquillus ... flatus). *in allegoriis, cum vita humana navigationi comparatur*: Cic. Sest. 101 *v. sub II.* Hor. epist. 1, 18, 88 ne mutata retrorsum te ferat aura. Prop. 2, 12, 8 alterna ... iactamur in unda nostraque non ullis permanet aura locis. Ov. am. 2, 9, 33 ut subitus ... carinam ... ventus in alta rapit, sic me saepe refert incerta Cupidinis aura. ars 3, 100 me flaminibus venti maioris iturum, dum sumus in portu, provehat aura levis. trist. 3, 4, 15 dum me levis aura ferebat (*sim.* 4, 5, 20. 5, 12, 40 *al.*). Val. Max. 5, 7 pr. det nunc vela pii ... adfectus parentium erga liberos indulgentia salubrique aura provecta gratam ... dotem secum adferat. Sen. Ag. 105 quisquis turbae sorte quietus aura stringit litora tuta. *sim.* Oed. 888 lenis et modice fluens aura ... ducat intrepidam ratem (*cf.* Herc. O. 695). Petron. 137 quisquis habet nummos, secura navigat aura. Sil. 7, 242 dum desinat aura sinusque destituat ... subducto flamine ventus (241 flatu ... secundo). Qvint. inst. 12 praef. 2 *nos* aura sollicitante provecti longius. Comm. apol. 63. Ambr. hex. 3, 5, 23 sancti spiritus aura salutaris aspirat (Hier. epist. 2). Hier. epist. 82, 1 exposita ad navigandum vela crebrior exhortationis tuae aura conplevit. *simili imagine* tract. in psalm. 1 p. 7, 27 quocumque ventus traxerit *pulverem*, illuc eius impetus dirigitur; sic et impius ..., quocumque illum aura diaboli traxerit, illuc errore perducetur.

c *administra comesque eorum, quae sensus tangunt; hinc etiam pro ipsis rebus sensus afficientibus (odor, vapor, splendor, calor, sim.)*. *aura affert odores*: Pacvv. trag. 102 ossum inhumatum aestuosam auram (aulam *Ribb.*). 363 terra exhalat auram atque (ad 5) auroram umidam. Lvcr. 2, 851 in olentis olivi naturam, nullam quae mittat naribus auram (*cf.* 848 *flos*, nectar qui naribus halat. 855 adhibere ... odorem). Lvcr. 4, 1180 *v. sub III.* 6, 221 signa notaeque graves halantis sulpuris auras. Verg. georg. 3, 251 notas odor attulit auras (Serv. hypallage est pro: si aurae odorem adportaverint notam. *cf.* Sil. 3, 381 Sol. 23, 7). 4, 417 ambrosiae defundit odorem, quo ... nati corpus perduxit; at illi dulcis compositis spiravit crinibus aura. Ciris 3 Cecropius suavis expirans hortulus auras. Dirae 22 aurae dulces, ... suavis spiritus agri mutent pestiferos aestus *eqs.* Ov. met. 3, 76 vitiatas inficit auras *halitu oris*. 7, 548. 15, 626. Lvcan. 6, 522 *Thessala maga* non letiferas spirando perdidit auras. 10, 166 quod nondum evanuit aura, cinnamon, externa nec perdidit aera terra. Plin. nat. 10, 102 feminae *perdices* aura ab his (*maribus*) flante praegnantes fiunt (*cf. p. 1473, 18*). 12, 86 *odorum* halitum e tota paeninsula (*sc. Arabia*) exsistere, tot generum aurae spirante concentu. Val. Fl. 5, 585 cui ... multa spirat coma flexilis aura (*cf.* 587 croceos odores). Sil. 14, 435 fax nidore gravi foedavit comminus auras. Stat. silv. 5, 3, 42 Sicanii non mitius halat aura croci. Theb. 4, 417 odori sulphuris aura. 9, 28 catervae incestarum avium, longe quibus aura nocentem aera ... tulit (Schol. id est mortibus vitiatam). 10, 46 pingues ... ab ovilibus aurae. Mart. 3, 65, 1 quod spirat ..., de Corycio quae venit aura croco (*sim.* 11, 8, 2). 4, 4, 3 redolet ... piscinae vetus aura quod marinae (12, 32, 7). Apvl. apol. 57 facilius ad eum ... vini aura quam fumi perveniret. Plat. 1, 14 res integrae (resistent egrae *sim. codd.*) et aer purus numquam eiusmodi aura (-ras *codd.*) inficiunt eos (*sensus. agitur de odoribus*). Min. Fel. 38, 2 auram bonam floris naribus ducere. Sol. 27, 51 *basiliscus* ipsas etiam corrumpit auras, ita ut in aere nulla alitum inpune transvolet infectum spiritu pestilenti. Paneg. 2, 6 p. 94, 24. Lact. Phoen. 83 cinnamon ... auramque ... spirantis amomi congerit. Potam. tract. 1 p. 1412^{b} *hominem* spiritus sapientiae sale conditum redolenti aura servaverat. Amm. 19, 4, 5 auras aquasque vitiatas faetore cadaverum. Clavd. rapt. Pros. 2, 202 corrumpit spiritus auras letifer (*cf.* Avg. civ. 22, 22 p. 606 tot venenis fruticum, aquarum, aurarum, bestiarum). carm. min. 27, 99 odor penetrat nares ... et nectare dulcior aura ostia ... Nili vaporat. Pavl. Nol. carm. 28, 242 peccati ..., sicut morbiferam (mortiferam *al.*) de labe cadaveris auram, ... fugiamus odorem. Sidon. epist. 5, 7, 5 *delatorum* si nares afflaverit uspiam robiginosi aura marsupii. Prisc. periheg. 879 cinnama ... iucundae naribus aurae. *cf.* Hor. carm. 2, 8, 24 te (*Barinen*) ... metuunt ... miserae ... nuper virgines nuptae, tua ne retardet aura maritos. *ubi* Porph. amoris aura, quae ad te eos fert, Schol. aut facilitas, qua in amorem trahuntur, aut unguentorum odor (*cf.* Hor. carm. 4, 13, 19 spirabat amores *et Rothstein ad Prop. 2, 24, 5. at* Serv. Aen. 6, 204 *ad h. l.*: id est splendor; *sic etiam Nettleship. contrib. p. 386. v. infra l. 69*). Prop. 2, 27, 15 *v. p. 1475, 4. nota* Plin. nat. 32, 7 fateri hoc exemplo (*sc. torpedinis*) esse vim aliquam, quae odore tantum et quadam aura corporis sui adficiat membra. *similiter de vi magnetica* Clavd. carm. min. 29, 39 ferrum ... maritat aura tenax (*cf. quae praecedunt; ibid.* 33 flatu; 36 spiraminis actu). *affert calorem, splendorem*: Varro Men. 139 simul ac languido corpori solis calidior visa est aura (Non. p. 245 *ad h. l.* aura: tactus). *similiter de vapore* Clavd. 2, 12 tripodas *Phoebi* plenior aura rotat (*cf.* Mart. Cap. 2, 124 fumida quid turicremis aura paret favillis). *nota* Verg. Aen. 6, 204 super arbore sidunt, discolor unde auri per ramos aura refulsit (Serv. auri aura: splendor auri. *cf.* Non. p. 245 Macr. sat. 6, 6, 8 Prisc. gramm. III 509, 30 Gramm. suppl. 241, 23 Isid. orig. 16, 18, 1. *Nettleship. contrib. p. 386. at cf. Norden ad h. l. comment. p. 188 et Callimach. hymn. Dian. 117 φάεος ... ἀύτμήν*). Stat. Theb. 5, 587 servatus Capaneus; moti tamen aura cucurrit fulminis et summas libavit vertice cristas. Lact. Phoen. 44 ubi Sol pepulit fulgentis limina portae et primi emicuit luminis aura levis. Pavl. Nol. carm. 5, 43 (= Avson. 153, 43) da, pater, aeterni speratam luminis auram. Prisc. periheg. 1020 aura viridi ... quae splendet iaspis. *cf.* Hier. in Ezech. 8, 2 p. 82 pro splendore, qui in Hebraico dicitur 'zor', auram Theodotio transtulit, ut in superis refrigeria demonstret.

alio modo visum afficit: Lvcr. 4, 177 *v. p. 1476, 10.* 4, 252 quanto plus aeris ante agitatur et nostros oculos perterget longior aura, tam procul esse magis res quaeque remota videtur. *nota* Arnob. nat. 2, 60 p. 96, 28 *deus* licet nulla possit imaginatione formari, auras tamen nescio quas eius sibi contemplationis affingere. *sonitum ministrat*: Pacvv. trag. 114 hymenaeum fremunt aequales, aura

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

VI *notabilia varia*: *in modum nominum propriorum dicuntur*: PLIN. nat. 9,50 promunturium . . . aurei cornus. PLIN. nat. 33,54 aureae domus *Neronianae*. 34,84. 35,120. 36,111. 36,163 SVET. Nero 31. 38 Otho 7. *de* aurea insula *cf.* AVIEN. orb. terr. 770 PRISC. periheg. 594. *de* micaurea *Hülsen, Röm. Mitt. VI p. 148*. *vix certum unde translate vocentur* COLVM. 6,14,5 aureum . . . medicamentum (VEG. aptum). PLIN. nat. 24,96 aureum πεσσὸν medici vocant ex ea *radicula*. *audacius dictum* TIBERIAN. carm. 2,28 famis (*sic*) aurea *pro 'auri fames'*. *Bickel.*

Aureus *cogn.* *corruptum videtur esse quod traditur* CORP. II 4010 (*in Hispan. Tarracon., periit*) L. Porcius ⟨P. f.⟩ Aureus (*?*). INSCR. christ. Rossi II p. 258,5 Aureus ac simul Iustinus . . . dei pro nomine passi (*vide Rossii adnot.*). *signum*: CORP. III 8830 (*Salonis*) Maximino cui et Aureo sec(utori). LIB. pontif. p. 215,6 *Sergius papa* (*a. 687—701*) basilicam sanctae Aureae in Hostis (*i. Ostiis*) cooperuit, quae . . . fuerat distecta vel disrupta, suoque studio renovavit. *de basilica Agrippinensi*: GREG. TVR. glor. mart. 61 est apud Agripinensim urbem basilica, in qua dicuntur quinquaginta viri ex illa legione sacra Thebeorum pro Christi nomine martyrium consummasse. et quia admirabili opere ex musivo quodam modo deaurata resplendet, Sanctos Aureos ipsam basilicam incolae vocitare voluerunt. *cf.* VITA Dagob. III (Mon. Germ. script. Merov. II 518,7) ad locum qui dicitur ad Sanctos Aureos, ubi requiescit corpore sanctus Gereon cum sociis suis. *nomen equi*: INSCR. Wünsch, Seth. Verfluch. n. 20, 6. 9 *Ἄϋρεος*. 21,8 *Ἄϋρεος ⟨τοῦ⟩ πρασίνου*. 22,10. 27,9. **Aureolus, -a** *nom. serv. saepe* Auriolus *scriptum*. CORP. IV 1805 Aureolus Virgulae. II 2396 (*in Hispan. Tarracon.*) Aureolae. VIII 5038 (*in prov. procos.*) Luria Aureola . . . Aemilius Martialis. VI 16010 dis man. Comicus et Auriola parentes . . . P. Licinio Successo. INSCR. Röm. Mitteil. V p. 28 (*Pompeis, gladiatores*) n. 31 essed(arius) Auriolus Sisen(nae). 32 Auriolus. *cf. infra l. 40.* Aureolus (*Αὐρίολος*), *ex Dacia oriundus, obscuro loco natus, qui sub Gallieno imperium arripuit et occisus est a. 268, cf. Henze, PW. II p. 2545*. TREB. Claud. 5,4 Gallus Antipater . . . principium de Aureolo habuit: 'venimus ad imperatorem nominis sui'. magna videlicet virtus ab auro nomen accipere. at ego scio saepius inter gladiatores bonis propugnatoribus hoc nomen adpositum. habuit proxime tuus libellus munerarius hoc nomen in indice ludiorum (*cf. supra l. 34*). Gall. 2,6 Aureoli imperatoris. 2,7. 3,1. 14,6. 7 *al.* VOPISC. Aurelian. 16. AVR. VICT. Caes. 33,17 (Hauriolus *codd.*). 20 (*trad.* Aurelius *et* Aurilius). PS. AVR. VICT. epit. 32 AMM. 21,16,10 POL. SILV. chron. I p. 521,45. CORP. III 11999 (*in tegula Raetiae*) Aureolus. TREB. trig. tyr. 12,2 *al.* 11 Aureolum Claudius . . . conflicto habito apud eum pontem interemit qui nunc pons Aureoli nuncupatur, atque illic ut tyrannum sepulchro humiliore donavit. *sequitur epigramma cuius versus octavus est*: et pontem Aureoli dedicat et tumulum *Claudius*. AVR. VICT. Caes. 33,18 apud pontem cui ex eo Aureoli (Aureli *et* Aurili *trad.*) nomen est. PS. AVR. VICT. epit. 33,3. ITIN. Burdig. p. 558,3 *sqq.* mutatio Argentia — mutatio Ponte Aurioli (Aureoli *cod. Veron.*) — civitas Vergamo.

Aureus Mōns. **1** *opp. Moesiae superioris; cf. Tomaschek, PW. II 2547*. ITIN. Anton. Aug. p. 132,1 Singiduno castra — Aureo Monte (ab Aureo Monte Vinceia . . .) — Viminacio. ITIN. Burdig. p. 564,5 civitas Aureo Monte. TAB. Peut. 7,1 Monte Aureo. NOT. dign. or. 41,6 Aureomonto (-e *Monacens.*). 41,15 cuneus equitum Dalmatarum, Aureomonto. EVTR. 9,17,2 Probus . . . opere militari Almam montem apud Sirmium et Aureum apud Moesiam superiorem vineis conseruit et provincialibus colendos dedit (PS. AVR. VICT. epit. 37,3). 9,20,2 inter Viminacium et Aureum Montem. *adi.* **Aureomontānus.** NOT. dign. or. 4,28 auxilium Aureomontanum, Tricorno. **2** *Pannoniae inferioris; cf. Tomaschek, ibid.* ITIN. Anton. Aug. p. 243,5 Mursa — ad Novas et Aureo Monte — Antianis. NOT. dign. occ. 32,45 praefectus ⟨legionis⟩ sextae Herculeae cohortis quintae partis superioris, Aureo Monte. *Otto.*

Aurgi *Celtiberorum Arevacorum opp.* PLIN. nat. 3,19 *oppidum* orae *proximum* Aurci (*sic Detlefsen*, Vrci *codd.*). *ethnic.* **Aurgitānus, -a, -um.** *saepius invenitur in titulis huius municipii*: CORP. II 3369 L. Manilius Fortunatus Aurgitanus. 3366 Valeriu⟨s⟩ Atticus Aurg. sev(ir). 3368 Q. Annius Felix Aurg. 3367 incola Aurg(itanus). 3364 L. Manilius Gallus et L. Man⟨i⟩lius Alexander Aurg(itani). *ibid.* municip(ibus) m(unicipii) Aurgitani. 1685 (*in titulo Tuccitano*) ⟨VI⟩vir. munic. Aurgi⟨tani⟩. 3363 M. Fabius Florinus Aurgit. VIvir m(unicipi) Flaví Aurg(itani). 3362 M. Fabius Probus Aurgit. flamen m. F. A. pontifex perp. divo⟨r. et⟩ Aug. *cf.* 3370. [*Diehl.*

Auria *v.* Aurius.

Auriānae ālae *variae, cf.* Aurianus *sub* Aurius. **1** *ala I Hispanorum Auriana; cf. Cichorius, PW. I 1248*: TAC. hist. 3,5 (*a. 69*) Sextilius Felix cum ala Auriana et octo cohortibus ac Noricorum iuventute ad occupandam ripam Aeni fluminis, quod Raetos Noricosque interfluit, missus. CORP. V 4095 (*Cremonae*) C. Iulio ⟨. . f.⟩

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Fal. Ianua⟨rio⟩ ... praef. alae Hisp. Aur⟨ian(ae)⟩. 8660 (*Concordiae*). III 5899 (*in Raetia*) Cl. Romanus dupl. ale Aur. 11911 (*ibid., a. 153*) eq. al. Aur. 11994 (*ibid.*) al. Aur. 11749 (*in Norico, litteris saec. I*) al. Aur. 14349[8] (*in Pannon. inf.*) sesquiplic. alae Aur. I. p. 867 (*a. 108*) *ala* I Hispanorum Auriana ... *quae est* in Raetia. p. 879. VI 3654. INSCR. Blätt. f. Gymnasialwes. 1903 p. 721 ex dec(urione) al. Aur. m. h. m. 2 *ala II Vlpia Auriana; cf. Cichorius, PW. I 1233*: NOT. dign. or. 38 sub dispositione ... ducis Armeniae: ... 22 ala Auriana, Dascusa. CORP. III 6743 (*Dascusae*) de⟨c.⟩ al(ae) II Vlp. Aur. *cf.* ARRIAN. ect. 1 p. 80 H. *ἴλης ἥτινι Αὐριανοὶ ὄνομα* (*εἴλης ητιν ισανριανοι Flor.*). *Otto.*

Auriāna vīlla, māssa *v.* Aurianus *sub* Aurius.

Auriānus *v.* Aurius.

Aurib (*?*) *in signaculo aereo.* CORP. III 12034, 3 (*rep. in urbe Buda*). *Diehl.*

aurica *v.* auriga *p. 1498, 26.*

auricaesor, -ōris *m. cf. c.* aurum *et* caedere. *i. q. aurifossor:* EDICT. Diocl. Corp. III p. 1951, 30, 4 *αὐρικαεσωριβους* (= *auricaesoribus*). *cf. Bürchner, Archiv 6 (1889) 566.* *Münscher.*

aurichalcum, orichalcum, -ī *n.* [*e gr. ὀρείχαλκος transformatum. Th.*]. GLOSS. II 251, 20 *αὐρίχαλκον* hoc aurichalcum, pluralia non habet. III 498, 16 karma (*leg. κρᾶμα*) auricalcum. 202, 46 nicamon (*ὀρίχαλκον?*) auricalcum. II 568, 48 aurochalcum aurum aeramine mixtum. III 325, 7 aurochalcum *κρᾶμα* (527, 22). 434, 48 aurochalcum *χρυσόχαλκος*. II 26, 54 aurochalca *κραματινά*. III 274, 27 *τὰ ὀρίχαλκα* aurichalca. PAVL. FEST. p. 9 aurichalcum vel orichalcum quidam putant compositum ex aere et auro, sive quod colorem habeat aureum. orichalcum sane dicitur, quia in montuosis locis invenitur. mons etenim graece *ὄρος* appellatur. SERV. Aen. 12, 87 inter quae (*metalla*) orichalcum pretiosius visum est, quod et splendorem auri et aeris duritiam possideret. *ibid.* alboque orichalco: auri scilicet comparatione: nam album non est. ISID. orig. 16, 20, 3 est autem nomen compositum ex lingua Latina et Graeca ... fit autem ex aere et igne multo ac medicaminibus perducitur ad aureum colorem. *antiquam iam esse formam in* aur- *comprobant lusus verborum apud* PLAVT. *l. 52 et* CIC. *l. 56.* *formam* aurochalcum *praeter* GLOSS. (*v. supra*) *testantur* NOT. Tir. 77, 16 SVET. Vit. 5 *codd. Memmianus et Gudianus.* aurocalco: ITALA apoc. 1, 15 cod. h (*cf. etiam* AVG. gen. ad litt. p. 270, 21, *ubi* aerocalcum *codd. duo antiquissimi, et derivatum* aurochalcinus). orichalcum (*praeter* PAVL. FEST. *supra l. 26 et infra l. 61*) CHAR. gramm. I 34, 20 metallica semper singularia sunt, ut puta ... orichalcum, aes, aurichalcum (*sim.* DIOM. gramm. I 328, 13 EXC. Bob. gramm. 550, 24). BEDA gramm. VII 263, 1 aurichalcum et orichalcum dicimus et hoc singulariter tantum (*cf.* GRAMM. suppl. p. 85, 2. GLOSS. II 251, 20 *supra l. 21*); *et sic traditur apud* CIC. off. 3, 92. PLIN. nat. 37, 126 (*cod. Bamberg.*) SERV. Aen. 12, 87. PORPH. Hor. ars 202 *et in* EDICT. Diocl. *adde formas* oricalcam: *infra p. 1494, 5.* orecalci: DIOSC. 5, 96. ŏrĭch- *poetae inde a* VERG. (aurich- PLAVT.). *cf. Blümner, Technologie IV p. 193 sqq.*

PLAVT. Curc. 202 auro contra cedo modestum amatorem: a me aurum accipe. :: cedo mihi contra aurichalco cui ego sano serviam. Mil. 658 cedo tris mi homines aurichalco (-calco *codd.*, orichalco SERV. Aen. 12, 87) contra cum istis moribus. Pseud. 688 aurichalco contra non carum fuit meum mendacium. *cf. Otto, Sprichwörter p. 49.* CIC. off. 3, 92 si quis aurum vendens orichalcum se putet vendere (*cf.* MARCIAN. dig. *infra l. 69*). VERG. Aen. 12, 87 auro squalentem alboque orichalco circumdat loricam umeris (SERV. *ad l. supra l. 29*). HOR. ars 202 tibia non, ut nunc, orichalco vincta tubaeque aemula (PORPH. tibia ... quae orichalco ornatur, quod aes simillimum bratteae aureae est). PAVL. FEST. p. 47 cadmea terra, quae in aes coicitur, ut fiat orichalcum. PLIN. nat. 34, 2 reperto *aere* in aliis terris praestantiore maximeque aurichalco, quod praecipuam bonitatem ... diu optinuit. 34, 4 aurichalci bonitatem imitatur in sestertiis dupondiariisque. 37, 126 hae (*gemmae*) funda includuntur perspicuae, ceteris subicitur aurichalcum (ori- *cod. B*). SVET. Vit. 5 proque auro et argento stagnum et aurichalcum (auro- *codd. antiq.*) supposuisse. VLP. dig. 30, 4 pr. si quis putet auri appellatione electrum vel aurichalcum contineri. MARCIAN. dig. 18, 1, 45 quemadmodum si [vas *del. Mommsen*] aurichalcum (auriclamcam F^1, aurichalchicum U^a, aurichalchi U^b) pro auro vendidisset ignorans, tenetur, ut aurum quod vendidit praestet (*cf.* CIC. *supra l. 56*). EDICT. Diocl. 7, 24[a] (*in capite* de aeramento) aerario (*χαλκουργῷ*) in orichalco mercedis in po. I ✠ octo. ITALA apoc. 1, 15 (Firm. err. 24, 7; *cf.* VVLG. *infra l. 80*). HIL. in Matth. 24, 6 aurum, argentum, aes, aurichalcum ... propriam significantiam pro natura uniuscuiusque metalli complectuntur. SERV. Aen. 12, 87 apud maiores orichalcum pretiosius metallis omnibus fuit (*cf. supra l. 29*). VVLG. III reg. 7, 45 omnia vasa ... de aurichalco erant. Sirach 47, 20 collegisti quasi aurichalcum aurum. apoc. 1, 15 pedes eius similes aurichalco (2, 18 *χαλκολιβάνῳ*. *cf.* AVG. gen. ad litt. p. 270, 21 visus est deus ... inferiore parte corporis sicut aurichalcum (*cf. supra l. 39*). DIOSC. 5, 96 colore⟨m⟩ orecalci (irecalci *P*) ostendit *pompholyx*. *plural.* (*cf.* GLOSS. *et* GRAMM. *supra l. 21 et 41 sqq.*), *i. q. arma ex orichalco facta*: VAL. FL. 3, 60 super foribus Bellona reclusis nuda latus passuque movens orichalca sonoro adstitit. STAT. Theb. 10, 660 ipsa insanire videtur Sphinx galeae custos, visoque animata cruore emicat effigies et sparsa orichalca renident. *pro adiect.*: VEN. FORT. vita Radeg. 26, 61 laminam ... oricalcam (*v. l.* auri-). *vix huc pertinet* MARCIAN. dig. *supra p. 1493, 69.* *cf.* aurochalcinus.

aurichalcus, -a, -um *v.* aurichalcum *in fine.*

auricilla, -ae *f.* [*ab* auricula *deminutive. Th.*]. CATVLL. 25, 2 mollior ... imula[m] oricilla. *cf.* auricula *p. 1495, 68 sqq.* *Ihm.*

Auricinta. INSCR. Wünsch, Seth. Verfluch. (*saec. IV/V*) 2 Asterius Auricinta liberaque. *sic* Auricinta *quater.* *Diehl.*

auricoctor *χρυσεψητής* GLOSS. II 27, 9.

auricolor, -ōris *cps. ex* aurum *et* color. IVVENC. 1, 356 auricolor caeli ... aethra.

auricomāns, -ntis [*cf. c.* auricomus. *Th.*]. AVSON. 325, 11 Crocus auricomans.

auricomus, -a, -um [*cf. c. gr. χρυσοκόμης, χρυσόκομος. Th.*]. GLOSS. II 479, 2 *χρυσόκομος*. *aurei coloris comis ornatus*: VAL. FL. 4, 92 auricomis ... Horis. SIL. 3, 608 Batavo. MART. CAP. 1, 12 quod ... hic (*Sol*) vocitetur auricomus. nam Solis augustum caput radiis perfusum ... velut auratam caesariem rutili verticis imitatur. *transl. de auricoloribus arboribus, herbis*: VERG. Aen. 6, 141 auricomos ... qui decerpserit arbore fetus (*v. Norden ad h. l.* MACR. sat. 5, 14, 8 auricomi rami). AVSON. 346, 2 nitet auricomum rus (*sc. vere primo*). MAXIM. eleg. 1, 189 hortis. *neutr. pro subst.*: *nomen lat. herbae sceleratae apud* Ps. APVL. herb. 9. *Münscher.*

Auricomus, -ī *nom. equi.* INSCR. Journal des Savants 1903 p. 258 (*in defixione Africana*), 13 Cursore Auricomu cadant. *Diehl.*

auricula, -ae *f. ab* auris *deminutive.* GLOSS. *ἀκοΐδιον. ὠτάριον. ὠτίον.* II 544, 65 auris auricula *τὸ οὖς* (*cf.* III 400, 35 auriculae ota). ISID. orig. 4, 8, 2 *ὦτα* ... graece auricula dicitur. VEL. gramm. VII 71, 23 pro audiculis ab audiendo auriculas dicimus. ISID. orig. 17, 7, 2 in auriculis, quae initio audiculae dictae sunt. FEST. p. 182 orata ... appellatur a colore auri, quod rustici orum dicebant, ut auriculas oriculas. PROB. app. gramm. IV 198, 11 auris non oricla. *traditur* oricula: RHET. Her. 4, 10, 14 (*codd. mutili*). CIC. ad Q. fr. 2, 15, 4 (*cod. Med.*). POMP. TROG. Plin. nat. 11, 276 (*cod. rescript. Monei*). DON. Ter. Eun. 539 (oriculis *pro* oculis *Wessner, Archiv 12 p. 477*). CHIRON 330 GLOSS. II 139, 48. 523, 43. III 570, 48. 593, 28. 32. oricla: GLOSS. III 615, 18 (539, 44 orecle). *praeterea*: auricla: GLOSS. III 580, 23. 607, 39. auregolarum: GALEN. alfab. 200 (*cod. Pal.*). auriculum: GLOSS. V 340, 7. 12. [*val.* urechie, *it.* orecchio, *francog.* oreille, *hisp.* oreja. *M.-L.*]

de auribus animantium, speciatim de auris parte exteriore: PLAVT. Poen. 375 sine te exorem, sine prehendam auriculis (auris *A*), sine dem savium (Asin. 668). VARRO rust. 2, 9, 4 *canes* capitibus et auriculis magnis ac flaccis. HOR. sat. 1, 9, 77 inclamat ... 'licet antestari?' ego vero oppono auriculam (PORPH. qui antestabatur quem, auriculam ei tangebat atque dicebat: licetne antestari?). POMP. TROG. Plin. nat. 11, 276 oricularum magnitudo loquacitatis et stultitiae nota est. [VITR. 9, 6 (4), 3 auriculae *pro* ungulae *ed. Gal.*] SEN. apocol. 9 auriculam illi tetigit. SEN. rem. fort. 16, 6 non cuius auriculis utrimque patrimonia bina dependeant. COLVM. 6, 5, 4 aenea fibula pars auriculae circumscribitur. *ibid.* ex superiore parte auriculae (PELAGON. 22). 6, 14, 1 radix consiliginis ... perforatae auriculae inseritur (7, 5, 14. 7, 10, 7 *cf.* PLIN. nat. 26, 38). 6, 14, 3 ex diversa auricula sanguinem detrahemus (6, 14, 4. 7, 10, 2). 6, 29, 2 *equus* brevibus auriculis et arrectis (*cf.* PELAGON. 2). 7, 3, 6 pugnacem arietem mitigari terebra secundum auriculas foratis cornibus. 7, 5, 19 auriculae ferro rescindendae [7, 12, 4]. PERS. 1, 59 a tergo quem nulla ciconia pinsit, nec manus auriculas imitari mobilis albas (*cf.* SCHOL. *et* HIER. epist. 125, 18 aut ciconiarum deprehendes post te colla curvari aut manu auriculas agitari asini). 1, 121 auriculas asini quis non habet? (SCHOL. Persius sic scripsit: 'auriculas asini Mida rex habet', sed Cornutus hoc mutavit. *cf.* HYG. fab. 191 p. 122, 7 *syn.* auris. FVLG. myth. 3, 9 p. 77, 3). PETRON. 67 auriculas illi praeciderem. TEST. porcelli p. 242, 6 donabo ... surdis auriculas. PLIN. nat. 8, 75 facie et auriculis hominis. 11, 216 omnium auriculae ac nares, quae modo eminent. 30, 99 muris rostellum auriculasque summas. IVV. 8, 5 Galbam auriculis nasoque carentem. SVET. Aug. 69 feminam ... in convivium rubentibus auriculis, incomptiore capillo reductam. APVL. met. 9, 36. Plat. 4 puer nobilitatis insigne in auricula gestavit. ITALA deut. 15, 17 (cod. Lugd.) pertundes auriculam servi (VVLG. aurem), *et saepius ut in* VVLG. PORPH. Hor. ars 50 alapam ⟨dicimus⟩, cum uno digito imam ferimus auriculam. Ps. LACT. mort. pers. 36, 7 confessoribus effodiebantur oculi, ... nares vel auriculae desecabantur. OPTAT. 3, 7 p. 89, 20 auriculam servi ... abstulerat *Petrus.* 5, 1 p. 120, 1 non de auricula, non de digito voluit aliquid tolli. AMM. 19, 12, 19 natum est monstrum infans cum ... brevissimis duabus auriculis. PELAGON. 34 tactu auriculae aut venae. 205 radicem consiliginis ... adicies ... in auriculae urceolas extremas. 296 auriculas urito. 404 auriculis micat *equus.* CHIRON 62 e radice auriculae (61). 330 oricula curva. HIER. adv. Iovin. 2, 20 nec oculum praeponimus digito nec digitum auriculae. 2, 25 perforabitur nobis auricula. 2, 30 si

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

amputes summitatem auriculae. VVLG. lev. 8, 23 tetigit extremum auriculae (*ὠτός*) dextrae Aaron (Am. 3, 12 *ὠτίον*. exod. 29, 20 lev. 8, 24. 14, 14. 17. 25. 28 *cf.* HIER. epist. 78, 29 hom. Orig. in Ezech. 4 p. 923). VVLG. Matth. 26, 51 percutiens... amputavit auriculam (*ὠτίον*) eius (Marc. 14, 47 *ὠτάριον*. Luc. 22, 50 *οὖς*. Ioh. 18, 10 *ὠτάριον*. 18, 26 *ὠτίον*. *cf.* ISID. alleg. 242 *syn.* auris). VVLG. Marc. 7, 33 misit digitos suos in auriculas eius (*ὦτα*). Luc. 22, 51 cum tetigisset auriculam (*ὠτίον*) eius, sanavit eum. AVG. civ. 11, 27 foramen auriculae (MARCELL. med. 9, 35. 126). SORAN. p. 9, 18 sicuti est a foris novissima pars auriculae. PLAC. med. 12, 1 de vena auriculae *asini*. 13, 1 de mulae auricula. APIC. 8, 372 subaperies auriculam *porcelli* (*syn.* auris). 8, 382. MARCELL. chron. II p. 92, 31 amputata apud comitatum auricula. CAEL. AVR. chron. 2, 3, 67 circa fines auriculae. 2, 3, 69 auriculae vicinantia ... contegemus. acut. 2, 37, 209 dandi ... porcini pedes, ora, auriculae. CASS. FEL. 71 p. 171, 3 in utraque capitis parte iuxta auriculas (*saepius habet* auris). LEX Sal. 29, 1 si quis... oculum eiecerit aut excusserit auriculam vel nasum ampotaverit. HIST. Apoll. rec. A 46 his auditis populi ab auriculis eum comprehenderunt. rec. B 46 leno... vinctis a tergo manibus ad forum ab auriculis ducitur. CORP. III 7266 (= CARM. epigr. 866) Cutius has auris (*duae aures insculptae*) Gallus tibi voverat olim, Phoebigena, et posuit sanus ab auriculis. *in medicina, maxime de interiore aure*: CELS. 2, 1 auricularum dolores, ulcera oris (SEN. nat. 6, 23, 3 VLP. dig. 21, 1, 4, 6 TERT. pudic. 13 PELAGON. 49 *et passim* MARCELL. med. 9, 26. 43. 78. 80. 83. 96. 98. 104 PLAC. med. 2, 19. 3, 3 GALEN. alfab. 200 CAEL. AVR. chron. 2, 3, 65 *cf.* PLIN. nat. 20, 40). SCRIB. LARG. 6 quae res etiam auriculae vel dentibus dolentibus prodest (MARCELL. med. 1, 6). 39 ad auriculae tumorem (*ibid.* auris. MARCELL. med. 9, 32. 112). PLIN. nat. 20, 104 *bulbis* auriculas fractas curat (MARCELL. med. 9, 25 ruptas interius auriculas sanat. 9, 88). 20, 173 sucus eius ... auriculas iuvat (20, 243). 29, 143. 30, 23. 26. 30, 108 sordes ex pecudum auriculis *medentur furunculis*. PLIN. med. 1, 1 *et passim*. CHIRON 527 auriculas lana molli obturabis. 528 *et passim* (*rarius habet* auris). MARCELL. med. 9, 13 sucus infusus auriculae dolenti (*talia passim*). 9, 30 tinnitum vel sonitum auriculae perleniat (*cf.* AVR. Fronto p. 28, 3 N. tibi ... diu tinnisse auriculas). 9, 42 putorem sordesque auriculae ... curat (9, 126). 9, 45 purulentae auriculae (9, 99. 9, 113 purulentae et obtunsae). 9, 66 auriculae, quae molestiam surdiginis patitur. 9, 76 auricula interius ulceros. 9, 85 aqua ingressa auriculam (*cf.* PLIN. nat. 28, 60). 9, 106 suppuratae, *et saepissime* (*frequentius quam* auris). PLAC. med. 30, 5 auricularum successionem emendat. CAEL. AVR. chron. 2, 3, 66.
LVCIL. 236 ne auriculam obsidat caries. RHET. Her. 4, 10, 14 nec mirum, cui etiam nunc paedagogi lites ad oriculas (aur- *E*) versarentur inperito huiusmodi conviciorum. CATVLL. 67, 44 quae mi speraret nec linguam esse nec auriculam. LVCR. 4, 594 omne humanum genus est avidum nimis auricularum (*?* miraclorum *Lachm.*). HOR. epist. 1, 2, 53 iuvat illum sic domus et res ut ... auriculas citharae collecta sorde dolentis. 1, 8, 16 praeceptum auriculis hoc instillare memento. PROP. 1, 16, 28 utinam traiecta cava me vocula rima percussas dominae vertat in auriculas! PERS. 1, 22 tun, vetule, auriculis alienis colligis escas? auriculis (articulis *Madvig*) quibus et dicas cute perditus 'ohe'? 2, 30 quidnam est qua tu mercede deorum emeris auriculas? MART. 3, 28, 1 auriculam Mario graviter miraris olere. tu facis hoc: garris, Nestor, in auriculam (*cf.* 1, 89, 1 *et* 5, 61, 3 aurem). 12, 26, 12 accedit gelidam servus ad auriculam. 14, 142, 2 si recitaturus dedero tibi forte libellum, hoc focale tuas adserat auriculas (*cf.* 4, 41, 2 auribus). PORPH. Hor. epist. 1, 15, 13 in equi ore frenato est quaedam ... auricula (HOR. auris), quae captat famam locorum. ARNOB. nat. 1, 52 surdorum auriculas returare. DON. Ter. Eun. 539 ut spectator oriculis accipiat (oculis aspiciat *codd.*), quod subicere oculis poeta non potuit. HIER. tract. in psalm. I p. 94, 8 quoniam non habebam illam auriculam quae in corde est, addidit mihi, ut dei possim audire sermones. VVLG. I reg. 9, 15 dominus ... revelaverat auriculam (*ὠτίον*) Samuelis (I par. 17, 25 *οὖς*). *nota*: VVLG. I par. 11, 25 posuit ... eum David ad auriculam suam (*ἐπὶ τὴν πατριὰν αὐτοῦ*). *cf.* auricularius *p. 1496, 39.*
proverbialiter (*cf. Otto, Sprichwörter p. 43 et 46 sq.*): CIC. ad Q. fr. 2, 15, 4 *me* et esse et fore oricula infima scito molliorem (*cf.* CATVLL. 25, 2). HOR. sat. 2, 5, 33 gaudent praenomine molles auriculae. PERS. 1, 108 sed quid opus teneras mordaci radere vero auriculas? AMM. 19, 12, 5 *imperator* in hoc titulo ima, quod aiunt, auricula mollior et suspicax. HOR. sat. 1, 9, 20 demitto auriculas, ut iniquae mentis asellus, cum gravius dorso subiit onus. MART. 5, 77, 2 narratur belle quidam dixisse, Marulle, qui te ferre oleum dixit in auricula (*cf. Archiv 12 p. 459*). *vix proverbialiter*: CIC. ad Q. fr. 3, 4, 2 ad inimicitias res venisset, ... auriculam ... mordicus abstulisset.
de ansis lagoenae (*cf. p. 1502, 29*): SYMPH. 257 auriculae⟨que⟩ regunt redimito ventre cavata (*sic S*, geminatae v. cavato *Bährens*).
nomen herbarum: DIOSC. gr. 2, 214 *μυὸς ὦτα*... *Ῥωμαῖοι μοῦρις αὐρίκουλα*. GLOSS. III 616, 30 anagallis i. auricula muris (543, 49. 586, 29. 607, 39 auricla muris). 580, 23 anagalidis i. auricla muris sive confirma. 593, 32 oricula muris consolda (615, 18). 593, 28 oricula Veneris consolda (615, 4. 627, 17). SCRIB. LARG. 153 auriculae murinae. MARCELL. med. 28, 20 de herba..., quae muris auricula dicitur, novem folia tollat. GLOSS. III 570, 48 oricula asinina i. dracontea. 633, 20 Itali dracontea, alii auricula asinina. GLOSS. III 565, 10 hirubutane (*ἱεροβοτάνη*) i. auricula vervecina. 539, 44 hirobottane i. orecle berbicina. GLOSS. III 592, 14 leporis auricula didimus (613, 53. 625, 60). 560, 37 didimos auricula leporis. 546, 34 fisalida (*φυσαλίς*) leporis auricula. *Ihm.*

Auricula *cogn. vir. ab* auricula. *scribitur etiam* Oricula, Oricla, Orecula, *cf.* auricula. CORP. XI 3444 (*Tarquinis*) L. Hortensius L. f. Orecula. XII 2810 (*in agro Volcarum*) Q. Pullius Q. f. Auricula. 5686, 652 (*in vasculo*) Oricla. III 74 (*in Aegypto, a. 2 a. Chr.*) L. Trebonius Oricula. **Oriculo** (Oriclo), -ōnis *cogn. vir., cf.* Fronto *al.* CORP. V 3267 (*Veronae*) L. Calvisius P. f. Oriculo. 3805 (*ibid.*) P. Valerio Q. f. Pob. Oricloni, Pobliciae M. f. Maxsimae. VIII 7450 (*Cirtae*) M. Iulius Oriclo. † 13821 (*Carthagine*) Oriclo in p(a)ce. *v. etiam* Oricla. *Otto.*

auriculāris, -e *ab* auricula. CAEL. AVR. chron. 2, 1, 23 vel otico clystere, quem nos auricularem dicere poterimus (*cf.* auricularius *infra l. 25*). CASS. FEL. 28 p. 47, 8 auricularis sive, ut Graeci, otice adversus dolores et ulcera et veteres aurium passiones. ISID. orig. 11, 1, 71 quintus *digitus* auricularis, pro eo quod eo aurem scalpimus (diff. 2, 63). [COD. Iust. 10, 51 (50), 2 *leg.* articulari morbo].

auriculārius, -a, -um *ab* auricula. *forma* oric- *apud* CELS. *et fort.* PETRON. CELS. 5, 28, 12 p. 215, 32 per oricularium clysterem fistulam eluere (6, 7, 3. 6, 18, 2. 5. 7, 26, 5. 7, 27. ORIBAS. eup. 4, 78 cum auriculario clystere; *cf.* auricularis). 7, 30, 3 p. 320, 21 oriculario specillo linamenta educenda (6, 7, 5. 7. 9. 7, 26, 1). CORP. VI 8908 T. Aelius Amin⟨t⟩as Aug. lib. medicus auricularius. VLP. dig. 50, 13, 1, 3 medicos ... qui alicuius partis corporis vel certi doloris sanitatem pollicentur, ut puta si auricularius, si fistulae vel dentium. *subst.*: GLOSS. II 482, 50 *ὠτακουστής* auricularius (III 165, 60 otacustis auricularis. 372, 68). V 590, 61 auricularius auscultator (626, 28. IV 312, 55 auricolarius). *cf.* auriculosus. *hoc sensu fort. iam* PETRON. 43 habuit ... oricularios (*Reinesius*, oracularios *trad.*) servos, qui illum pessumdederunt. CAES. AREL. testam. 37 reliqua ... vestimenta mea excepto birro auricularii mei tam clerici quam laici ... dividant. VITA Caes. Arel. 1, 21 p. 465, 6 suggessit per auricularios Alarico regi. VVLG. II reg. 23, 23 fecitque eum sibi David auricularium a secreto (*πρὸς τὰς ἀκοὰς αὐτοῦ*). *cf.* I par. 11, 25. *v. Ducange, gloss. s. v.* *nomen piscis*: POL. SILV. nom. anim. chron. I p. 544, 7. *Ihm.*

? **Auricullus** *cogn. vir.* CORP. III 8119 (*in Moes. sup.*) ⟨C. Domiti⟩ C. ⟨f. Au*?*⟩riculli c(ustodis) a(rmorum) leg. VII ⟨C⟩l. ... Neria Claudia ... coniugi eius, Domitia Anthusa mater .... *Otto.*

ὠτακουστής **auriculōsus** GLOSS. III 251, 75 (*cf.* 179, 51 otacustis). II 482, 51 *ὠταρ⟨ί⟩ας* auriculosus. *cf.* auricularius. *Ihm.*

fundus **Auricus**. CORP. X 407 (*apud Volceianos, a. 323*), 4, 14 f. Auricus.

Auriēnsis, -e *ad opp. Hispaniae (Callaeciae) pertinens, quod hodie appellatur* Orense, *de quo cf. Hübner, PW. II 2550 sub* Aurium. CORP. II 5626 (*in conventu Lucensi*) Orieses. 6098 (*Tarracone, saec. II*) Auri⟨ensis⟩. 5613 (*in conventu Bracaraugustano*) Auren⟨si⟩: *neque tamen* n *plane certa est.* CONC. Brac. a. 572 (Mansi 9, 841[E]) Vvitimer Auriensis ecclesiae episcopus. Tolet. a. 589 *ibid.* p. 1002[C] Hildemirus archipresbyter Auriensis ecclesiae. Tolet. a. 646 (Mansi 10, 771[B]) Gaudestens sanctae ecclesiae Auriensis (*v. l.* Aurensis) episcopus. *cf.* CONC. apud Lucum a. 569 (Mansi 9, 816[A]) Tolet. a. 638 (Mansi 10, 671[B]) a. 653 (*ibid.* 1222[D]). Auregensium loca *huc videntur pertinere.* *Diehl.*

? **aurietās** auri fulgor GLOSS. Mai, class. auct. VI 510.

aurifer, -a, -um *cf. c.* aurum *et* fero. PLIN. dub. serm. frg. Char. gramm. I 120, 4 GRAMM. suppl. 101, 5. *poetarum vox inde a* CATVLL. CIC. *aurum ferens*: CIC. carm. frg. 33 (Tusc. 2, 22), 43 draconem auriferam optutu adservantem arborem (*in Hesperidum horto; ex Soph. Trach. 1099 τόν τε χρυσέων δράκοντα μήλων φύλακα.* SIL. 4, 637). SEN. Herc. f. 240 aurifera vigilis spolia serpentis. PLIN. nat. 5, 3 illo aurifero nemore. VAL. FL. 5, 637 nemus auriferum (*sc. in quo vellus aureum servatur*). *imprimis de fluviis, terris*: CATVLL. 29, 19 amnis aurifer Tagus (OV. am. 1, 15, 34 SIL. 16, 450 MART. 10, 96, 3. 12, 3, 3). PLIN. nat. 4, 115 Tagus auriferis harenis celebratur (SIL. 16, 560 SOL. 23, 6). SIL. 1, 155 auriferi Tagus *rex* ascito cognomine fontis. LYGD. 3, 29 Lydius aurifer amnis (*i. Pactolus*). OV. Ib. 300 aqua *Pactoli*. LVCAN. 3, 209 ab auriferis ... exire metallis Pactolon. AMPEL. 6, 9 Hermus et Pactolus auriferi. CLAVD. 24, 61 aurifero Pactoli fonte tumescit Lydia. SIL. 3, 401 decus auriferae ... Corduba terrae (MART. 10, 78, 5 *i. Dalmatiae*). 16, 25 auriferis... Phoenix depulsus ab arvis (*sc. Hispaniae*). STAT. silv. 3, 3, 89 quicquid ab auriferis eiectat Hiberia fossis. MART. 10, 20, 1 ducit ad auriferas ... me Salo Celtiber oras. 14, 199, 2 venit ab auriferis gentibus Astur equus. FLOR. epit. 4, 12, 60 *natura regionis.* PANEG. 12, 4 p. 274, 12 auriferorum opes fluminum. AVSON. Mos. 465 Tarnen. CLAVD. 5, 243 Hydaspen. 8, 128 aquis. 20, 260 amnes. CYPR. GALL. gen. 57 Phisonus auriferis praedives fluctuat undis. *transl.:*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

HIER. in Ier. lib. 3 praef. p. 923/4 *diabolus* mittit in universum orbem epistolas biblinas prius auriferas, nunc maledicas.

synonyma: aurarius, auratus, aureus, aurifluus, auriger.

aurifex, -ficis *m. cf. c.* aurum *et* facere. PRISC. gramm. III 525, 32. ISID. orig. 19, 1, 2 aurifex *vocatur*, qui aurum ⟨faciat⟩. faxo enim pro facio antiqui dicebant. NOT. Tir. 77, 17. NOT. Bern. p. 13ª. [*it.* orefice, *hisp. vet.* orespe. *M.-L.*] VEL. gramm. VII 75, 12 aurifex melius per i sonat quam per u. auruf-: CORP. I 1310 (= IX 4797). VI 4430. auref-: CORP. VI 9203. *auri faber, aurarius* (*v. p. 1481, 40*): GLOSS. *χρυσοχόος*. III 400, 21 ad aurificem *πρὸς τὸν χρυσοχόον*. 22 aurifices *χρυσοχόοι*. PLAVT. Aul. 508 stat fullo, phyrgio, aurifex, lanarius. Men. 525 hoc ... ad aurificem deferas. 682 spinter ut ad aurificem ferres, ut fieret novom. LVCIL. 981 VARRO ling. 8, 62. CIC. Verr. 5, 56 cum vellet sibi anulum facere, aurificem iussit vocari in forum ad sellam Cordubae et ei palam appendit aurum. de orat. 2, 159 (*in imag.*) ad ea probanda, quae non aurificis statera, sed populari quadam trutina examinantur. PLIN. nat. 1, 33, 29 de aurificum chrysocolla. 18, 99 aurificum ad usus. 27, 99 aurificum arte ... candicantibus margaritis. 33, 93. 37, 159 aurum poliant. QVINT. inst. 9, 2, 61 anulum ... cudi ab aurifice. Q. SCAEV. Pompon. dig. 34, 2, 34 pr. aurum quod aurifici faciundum dedisset ..., si ab aurifice ei repensum non esset. POMPON. *ibid.* 5^ies. GAIVS inst. 3, 147 dig. 19, 2, 2, 1. APVL. met. 6, 6 Vulcanus aurifex. LAMPR. Alex. 24, 5 argentariorum, aurificum et ceterarum artium vectigal. ARNOB. nat. 2, 38 *quid* aurifices *esse prodest mundo?* FIRM. math. 3, 3, 14 facit *Iuppiter* aurifices aut eos, qui neto auro vestes pingunt (3, 3, 23. 3, 7, 7. 4, 21, 6 aurifices inauratores bratiarios). COD. Theod. 13, 4, 2 (*a. 337; inter artifices artium*). COD. Iust. 10, 66, 1. 12, 23, 7, 8 (*a. 384*) aurifices specierum. 9 aurifices solidorum. 10 sculptores et ceteri aurifices (artifices *pars codd.*). VVLG. II Esdr. 3, 8 Eziel filius Araiae aurifex (*πυρωτῶν*). 30 Melchias filius aurificis. 31 aurifices (*οἱ χαλκεῖς*) et negotiatores. sap. 15, 9 aurificibus et argentariis (*χρυσουργοῖς καὶ ἀργυροχόοις*). Is. 40, 19 aurifex (*χρυσοχόος*) auro figuravit illud. 46, 6 conducentes aurificem, ut faciat deum. Bar. 6, 45 a fabris ... et aurificibus. RVFIN. Clement. 9, 5. Ps. RVFIN. in psalm. 36, 10 quomodo est in fornace aurificis palea et ardet palea, ut aurum probetur, sic saevit impius, ut iustus probetur (*cf.* AVG. serm. *infra l. 49*). AVG. civ. 21, 4 aurifices insignitoresque gemmarum. gen. c. Manich. 1, 6, 10 aurum *adiuvat* aurificem. serm. 301, 5, 4 aurifex portat, aurifex appendit, aurifex librat. CET. FAV. 27 p. 307, 3. MACR. sat. 7, 16, 23 aurifices ad formandum aurum nullo nisi de paleis utuntur igne. ORIBAS. eup. 4, 16 p. 541 pictoribus et aurificibus. LEX Burg. lib. const. 10, 2 qui aurificem lectum occiderit, CC solidos solvat (Rom. 2, 6 pro aurifice electo C ... solidi inferantur. LEX Sal. 10 add. 4 *in H*). lib. const. 21, 2 quicumque ... servum suum aurificem, argentarium ... exercere permiserit. LEX Sal. 35, 6 si quis ... fabrum ferrarium vel aurifice(m) ... furaverit. LEX Visig. 7, 6, 4 aurifices aut argentarii vel quicumque artifices. EVGIPP. Sev. 8, 3 (*ter*) aurifices barbaros pro fabricandis regalibus. *in imag. de deo*: AVG. serm. 301, 7, 6 totus ... mundus fornax aurificis: ibi iusti tamquam aurum ..., ibi deus sicut aurifex .... deus aurifex in utroque laudatur. 354, 3, 2 in fornace quodam modo aurificis sumus, hoc est in hoc mundo. in psalm. 30 serm. 3, 12 in te tribulatio fornax aurificis est. in psalm. 61, 11 *ter*. 134, 23. Ps. FVLG. RVSP. serm. 67 p. 939^D quibus tornulis aurificis (*sc. dei*) iste est lapis (*sc. Paulus*) aptatus (*sc. gemmae apostolorum*)?

in titulis: *domus Augustae*: CORP. VI 3927 Zeuxis Liviae l. aurifex. 3943. 3944. 3945 M. Iulio divae Aug. l. Agatopodi aurifici. 3946. 3947. 3949. 3950 Protogenes Caesar(is) aurif(ex). 3951 Stephanus Ti. Caesaris aurifex. 4430 Helena auruficis Caesaris. 8741. *privati*: CORP. VI 9149 Hilaro aurifici collegium quod est in domo Sergiae. 9203 Protogeni aurefici. 9204 Nymphius aurifex. 9205. 9206. 9207 Iucundus aurifex de sacra via (*cf.* INSCR. Notiz. degli scavi 1896 p. 49). 9208^b Cephalio aurifex extra port. Flumentan. 9210 aurifex brattiar(ius). INSCR. Bull. comunale di Roma 1902 p. 88, 3 (*bis*). CORP. IV 710 Pansam aed(ilem) aurifices universi rog. V 1982 Priamus aurif(ex). 2308. 8834. IX 4797 (= I 1310) Alexsa aurufex. X 3976 Bassi aurifici (*sic errore lapicidae pro* aurificis) ossa hic sita sunt. 3978. XI 4402. XII 4391. 4464. 4465. XIII 5154 natione Lydus, artis aurifex, corporis ⟨f⟩abr. tignuariorum. INSCR. christ. Hülsen, Beitr. zur alten Gesch. ed. Lehmann II 1902 p. 282 (*a. 572*) hic requiescit in pace Amanti⟨us au⟩rifex.

synonyma vel iuxta posita: argentarius, artifex, (aurarius), brattiarius, faber, inaurator, insignitor gemmarum, pictor. *Münscher.*

Aurifex *cogn. vir.* CIC. de orat. 2, 245 licet, inquit, rogare? (L. Marcius) Philippus (*cos. a. u. c. 663*). ... sedebat iudex L. Aurifex brevior ipse quam testis etiam. CORP. XII 5908 (*Nemausi*) Q. Aureliĭ patris, ... Sex. Aureliĭ Aurificis. *Otto.*

aurificīna, -ae *f. ab* aurifex. GLOSS. *χρυσοχοεῖον*. II 568, 43 aurificina ubi funditur vel facitur (fingitur *a, sc. aurum*). CASSIAN. conl. 21, 15, 1 medicinae, aurificinae vel ceterarum ... artium disciplinae. *nota*: CORP. VII 265 utere felix tabernam aurificinam. *Münscher.*

(**aurificus**) *v.* aurifex *supra l. 68.*

ὠτοκλαδίας **auriflaccus** GLOSS. III 330, 46 (*praecedit ωτοσκλαδιας* flaccus). *cf. Funck, Archiv 8 (1893) p. 371.* *Ihm.*

aurifluus, -a, -um [*cf. c. gr. χρυσορρόης χρυσόρρυτος. Th.*]. *i. q. auriger, aurifer*: PRVD. c. Symm. 2, 605 Tagus aurifluus. ISID. Goth. 1^b chron. II p. 267, 17 tu (*sc. Spania*) aurifluis fulva torrentibus.

aurifodīna, -ae *f.* [*ab* aurum *et* fodere, *cf. c. gr. χρυσωρυχία. Th.*]. GLOSS. metallum. II 26, 52 *χρυσωρυχεία*. 568, 42 locus ubi foditur aurum (*cf.* 479, 5 *p. 1501, 8*). NOT. Tir. 77, 23. *agit de aurifodinis* CASSIOD. var. 9, 3. PLIN. nat. 33, 78 extat lex censoria Victumularum aurifodinae in Vercellensi agro. GAIVS dig. 3, 4, 1 pr. permissum est corpus habere vel aurifodinarum vel argentifodinarum et salinarum sociis (*cf.* auri ... fodina VLP. dig. 7, 1, 13, 5. 24, 3, 7, 14). HYG. fab. 14 p. 46, 20 *Lynceus* sub terra solitus cernere dictus est ideo, quod aurifŏdinas norat.

aurifossor, -ōris *m. cf. c.* aurum *et* fodere. GLOSS. *χρυσωρύχτης* (*cf. p. 1501, 8*). CASSIOD. hist. 11, 15 p. 1196^B Persae aurifossores, quos a Romanis ad mercedem acceperant, reddere contemnebant. *Münscher.*

aurīga, -ae *m.* [*ab* aureae oreae *et* agere. *Th.*]. PRISC. gramm. III 509, 34 *ab* '*aura*' et aurigae *dicuntur*, qui splendorem sibi agunt, qui fit auris populi, hoc est clamoribus. PAVL. FEST. p. 8 *v.* aureax. PRISC. gramm. II 195, 21 'hic' et 'haec auriga' 'huius aurigae'. *ad femin. refertur*: VERG. Aen. 12, 915 COLVM. 3, 10, 9 PRVD. psych. 413. *forma vulgaris* origa *traditur*: VARRO rust. 2, 7, 8. 2, 8, 4. *cf.* SCHOL. Iuv. 6, 345 dicebant ... 'auriga' atque 'origa'. aurica: CORP. VI 10066, *v. p. 1499, 32.* *inde a* CIC. CAES. VARRONE.

proprie, speciatim de iis qui ludis circensibus certabant (*cf.* agitator): *v. Pollack, PW. II 2549.* GLOSS. *ἡνίοχος passim.* IV 209, 49 auriga agitator (curruum agitator *duo codd.*). II 26, 47 auriga agitator *ἡνίοχος ἐλάτης*. SERV. Aen. 12, 85 aurigae proprie sunt currus regentes (*cf. infra l. 50*). ISID. orig. 18, 33 auriga proprie dictus, quod currum agat et regat sive quod feriat equos iunctos. VARRO rust. 1, 52, 1 id fit e tabula lapidibus aut ferro asperata, quae cum inposito auriga aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, discutit e spica grana. 2, 7, 8 admittere *equum* oportet, cum tempus anni venerit, bis die, mane et vespere, per origam: sic appellatur qui admittit. 2, 7, 9 cum eum (*equum*) capite obvoluto auriga adduxisset et coegisset matrem inire. 2, 8, 4 ut ineat equas per origas curamus. *cf.* CHIRON *infra p. 1499, 79.* CIC. rep. 2, 68 ut auriga indoctus e curru trahitur, opteritur, laniatur, eliditur. Att. 13, 21, 3 semperque Carneades *προβολὴν* pugilis et retentionem aurigae similem facit *ἐποχῇ*. CAES. Gall. 4, 33, 2 aurigae interim paulatim ex proelio excedunt atque ita currus conlocant, ut *eqs.* VERG. georg. 1, 514 frustra retinacula tendens fertur equis auriga neque audit currus habenas (QVINT. inst. 8, 3, 78 *cf.* HIER. epist. 107, 10). Aen. 5, 146 nec sic immissis aurigae undantia lora concussere iugis pronique in verbera pendent (*cf.* MACR. sat. 5, 11, 22). 12, 85 circumstant properi aurigae manibusque lacessunt pectora plausa cavis et colla comantia pectunt (*cf.* SERV. *ad h. l.* aurigas pro agasonibus posuit). 9, 328. 12, 469 aurigam Turni ... Metiscum (12, 624. 737. 784). 12, 918 aurigamque sororem. HOR. carm. 1, 15, 26 sive opus est imperitare equis, non auriga piger. sat. 1, 1, 115 ut, cum carceribus missos rapit ungula currus, instat equis auriga suos vincentibus. PROP. 4, 2, 35 est etiam aurigae species Vertumnus. Ov. met. 2, 327 hic situs est Phaethon, currus auriga paterni (2, 312 am. 3, 12, 37). fast. 6, 605 lacrimis auriga profusis restitit. Ib. 369 SEN. Ag. 847. CVRT. 4, 15, 3 ruebant laxatis habenis aurigae. 4, 15, 15 ingens ruina equorum aurigarumque aciem conpleverat. 4, 15, 28 auriga Darei, qui ante ipsum sedens equos regebat. 8, 14, 3. PLIN. nat. 6, 16 ab Amphito et Telchio, Castoris ac Pollucis aurigis (*cf.* IVST. 42, 3, 3 AMM. 22, 8, 24). 7, 186 Felice, russei (*sc.* panni) auriga. 8, 160 excusso in carceribus auriga albati (*ibid. iterum.* 8, 161). 8, 182. 34, 71 Calamidis ... quadrigae aurigam suum inposuit *Praxiteles*, ne, melior in equorum effigie, defecisse in homine crederetur (*cf.* 34, 83. 86). VAL. FL. 3, 50. SIL. 8, 280 cum carcere rupto auriga indocilis totas effudit habenas. 16, 327. 422. HOMER. 513. 673 aurigamque ... Hectoris obtruncat. STAT. Theb. 3, 429. 4, 42 auriga ... comit equos. 6, 284. 429. 7, 585. 737. 8, 447 Iphis eques, pedes Argus, Abas auriga iacebant. STAT. silv. 4, 4, 31. TAC. Agr. 12 honestior auriga (*de essedariis Britannorum*). hist. 2, 94 stabula aurigis extruere. 2, 87 scurrae, histriones, aurigae (*cf.* SVET. Vit. 12). ann. 15, 44 habitu aurigae permixtus plebi vel curriculo insistens (LAMPR. Comm. 2, 9). 15, 67 auriga et histrio et incendiarius *Nero.* SVET. Aug. 43 in circo aurigas cursoresque ... produxit. Cal. 54 Thraex et auriga ... aurigabat extructo plurifariam circo. FRONTO p. 230, 7 N. aurigae agitanti. VLP. dig. 7, 8, 12, 4 si forte auriga fuit, cui usus equorum relictus est, non puto eum circensibus his usurum. TERT. spect. 9 aurigas coloribus idololatriae vestierunt. namque initio duo soli fuerunt, albus et russeus (SVET. ed. Reiff. p. 339, 3 *cf.* ISID. orig. 18, 33). spect. 23. 25. 30. anim. 45 concipe gladiatorem sine armis vel aurigam sine curriculis, gesticulantes omnem habitum artis suae atque conatum. 53. monog. 1 inter alienos spadones et aurigas (prorigas *Rigalt.*) tuos. ANTH. 293 *tit.* de auriga Aegyptio, qui semper vin-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cebat. 306 *tit.* 327, 1 Pascasium aurigam populi fortem esse fatentur (*cf. tit.*). 328, 1 prasino felix auriga colore. 336 *tit.* CAPITOL. Ver. 4, 8 amavit et aurigas prasino favens. VOPISC. Aurelian. 15, 4 ut non praemia dari aurigis, sed patrimonia viderentur. LAMPR. Heliog. 6, 3 aurigas Protogenen et Cordium primo in curuli certamine socios, post in omni vita ... participes habuit (*cf.* 12, 1. 15, 1). Alex. 37, 1 scaenicos et venatores et aurigas sic alendos quasi servos. LACT. inst. 7, 3, 6 auriga currum *regit*. FIRM. err. 8, 2 (*Sol loquitur*). AMM. 14, 6, 14 qui pro domibus excubabat aurigarum. 14, 6, 25. 14, 11, 12. 15, 7, 2 Philoromum aurigam (26, 3, 3 Hilarinum. 28, 1, 27 Auchenium. 29, 3, 5 Athanasius favorabilis tunc auriga). 28, 4, 11. 28, 4, 25. 28, 4, 33 exodiario, venatori, aurigae et histrionum generi omni. SCHOL. Iuv. 7, 114. 115. 11, 195 FAV. EVL. p. 14, 7. PELAGON. 163 licet cura istius corporis tibi aurigae privato non adeo sit necessaria. VEG. mil. 2, 24. COD. Iust. 9, 18, 9, 1 quisquam ex agitatoribus id est aurigis (*a. 389*). HYG. fab. 84 p. 83, 16 Myrtilo aurigae *Oenomai* (astr. 2, 13 p. 48, 5 SCHOL. Germ. Bas. p. 74, 3). fab. 97 p. 90, 5 Automedon auriga Achillis. HIER. in Nah. 3 p. 581 propter aurigas et mimos et histriones seditio concitata. vita Hilar. 16 auriga Gazensis in curru percussus a daemone. epist. 52, 6 sacerdotes idolorum, mimi et aurigae et scorta hereditates capiunt. 60, 10 ieiunia in aurigae modum pro lassitudine et viribus corporis moderabatur (*cf.* 69, 6. 100, 16). 66, 2 discolores equi, sed voluntate concordes unum aurigae iugum trahunt. 69, 9 nunc plerosque cernimus ... favorem populi in aurigarum morem pretio redimere. VVLG. III reg. 22, 34 (II par. 18, 33 *τῷ ἡνιόχῳ*). COD. Theod. 14, 3, 21 (*a. 403*) ex thymelicis vel aurigis. CLAVD. carm. 17, 187 desidis aurigae non audit verbera currus. 20, 341 saltandi dociles aurigarumque periti. 27, 5. carm. min. 7, 2 *et saepius*. AVG. civ. 9, 7 in venatoribus et aurigis (serm. 19, 5 in psalm. 53, 10. 149, 10). serm. ed. Denis 14, 3. certant aurigae ... praemio. in psalm. 39, 8 laudas aurigam, clamas aurigae, insanis in aurigam (39, 9. 11. 72, 34) *et saepius*. CORP. VI 10066 (*a. 439*) Eutumnus aurica (*si recte trad.*). MART. CAP. 5, 515 si iuret auriga 'per lora, per flagella, per frena'. MARCELL. chron. II 102, 2 caballos iam donatis quoque impertivit aurigis. SIDON. epist. 8, 9, 6 veluti iam coronatus auriga de podio. carm. 16, 34 hispidus ardentes auriga intraret habenas. 23, 391. BOETH. diff. top. 2 p. 1183^{D} si in regendis equis auriga non sortis eventu, sed artis commendatione assumitur. CASSIOD. var. 3, 39, 2 a Mediolanensibus aurigis nos aditos esse cognoscat. 2, 9, 2 Sabino aurigae (3, 51, 1 Thomati). CORIPP. Iust. 1, 319. CORP. II 4314 (= CARM. epigr. 1279, 1) hoc rudis aurigae requiescunt ossa sepulchro. 3181 Ael(io) Hermeroti aurige. VI 10046 Hilaro aurig. (*et saepius ibid.*). INSCR. Ephem. epigr. V 1218 (*Afric.*) spectaculum pugilum et aurigarum edidit. *nota: ipse eques accipiendus videtur*: LAVS Pis. 49 sic auriga solet ferventia Thessalus ora mobilibus frenis in aperto flectere campo, qui ... calce citat.

in comparatione vel translate: *gubernator navis*: VARRO AT. (*?*) carm. frg. 2 Tiphyn ... aurigam celeris fecere carinae. *afferunt* CHAR. gramm. I 272, 13 (ab agitatore ad gubernatorem transtulit). 272, 25 (quia, quemadmodum in navi auriga dici potest, ita et in curru gubernator) DIOM. gramm. I 457, 8. 27 POMP. gramm. V 305, 19 (Tiphys gubernator fuerat navis Argus) DON. gramm. IV 399, 21. OV. trist. 1, 4, 16 sed quo rapit impetus undae, aurigam video vela dedisse rati. APVL. met. 4, 31 adsunt Nerei filiae chorum canentes ... et auriga parvulus delphini Palaemon (*cf.* aurigatio). COLVM. 3, 10, 9 videmus hominibus inspiratam velut aurigam rectricemque membrorum animam. TERT. anim. 53 auriga corporis spiritus animalis deficientis vectaculi nomine, non suo deficit (*cf.* AVG. *infra l. 74*). POTAM. tract. 1 p. 1413^{A} dissociato per divortium mortis auriga, qui quattuor istis partibus loca dederat. AMBR. vid. 19, 79 bonus morum auriga nostrorum *Paulus apostolus*. PS. AMBR. serm. 59^{b}, 1 per quadrigam temporum ad metam suam rotatis axibus annus auriga perducitur. HIER. in Soph. 1 p. 673 *Sophonias* habuit ... patrem Chusi, avum Godoliam, proavum Amariam, atavum Ezechiam, et talem quadrigam ipse velut extremus auriga complevit. epist. 52, 13 haec te quadriga velut aurigam Christi ad metam concitum ferat. 64, 22 imperfecta sunt universa, nisi tam decoro currui dignus quaeratur auriga. 100, 16 virtus vero, cum aurigae modo animum rexerit et quasi in curru stans impetus eius et varios appetitus doctrinae habenis composuerit (*cf.* 69, 9). VVLG. IV reg. 2, 12 pater mi, currus Israel et auriga eius (*ἅρμα Ἰσραὴλ καὶ ἱππεὺς αὐτοῦ*. 13, 14). AVG. in epist. Ioh. 8, 9 vae homini, cuius auriga superbia est. serm. ed. Denis. 2, 4 corpus vehiculum, animus utens vehiculo, corpus quasi vehiculum, quod regatur, animus auriga. PS. RVFIN. in psalm. 67, 18 currus dei ... erunt. ... quis enim auriga? dominus in eis, inquit *vide et sequentia*. DRAC. laud. dei 2, 15 ut sol auriga vocetur. *cf. nota Vollmeri*. *nota*: CHIRON 749 genus sic coniungere oportet. aurigam (*i. admissarium*) vetulum in equa iuvene, aut vetula cum equa est, aurigam iuvenem imponito. *cf.* VARRO *supra p. 1498, 36*.

sidus: GLOSS. III 241, 46 *ὁ ἡνίοχος* auriga heniochus. 293, 29. HYG. astr. 2, 13 Heniochus. hunc nos Aurigam latine dicimus, nomine Ericthonium. 2 praef. p. 29, 11 Aurigam a Graecis Heniochum appellatum. *cf.* ISID. orig. 3, 70, 34 Aurigam etiam Ericthonium inter caeli astra collocaverunt. CIC. Arat. 468 Capricornus ab alto lumine pellit Aurigam instantemque Capram, parvos simul Haedos. 255. 464 nat. deor. 2, 110. VITR. 9, 4, 2 *ter*. GERM. 157 est etiam Aurigae facies sive Atthide terra natus Ericthonius. 169. 174. 180. 462. 686 Aurigam totum abscondit ... Capricornus. COLVM. 11, 2, 73 quarto non. Octobris Auriga occidit mane. AVIEN. Arat. 421 nec minus Aurigae qua sunt vestigia curvi, cornigeri late tenduntur pectora Tauri. 1294 huius flammis Aurigae sidus inhaeret. 436. 437. 953. 1235. 1242. 1296 (*cf. etiam* aurigator). AVSON. 370, 4 Auriga et Perseus. HYG. astr. 3, 11 p. 85, 22 caput Aurigae (4, 12 p. 110, 5). 4, 2 p. 99, 23 Aurigae genu utrumque. 4, 7 p. 105, 11 umero sinistro Aurigae. 3, 20 p. 90, 3. 3, 21 p. 90, 14. 4, 12 p. 111, 22. SERV. Aen. 9, 665 supra Tauri cornua et signum, cui Auriga nomen est. ... retinet autem Auriga stellas duas in manu, quae Haedi vocantur. georg. 1, 205 Aurigae signum est haud longe a Septentrione, cuius pedi cornu Tauri una stella adiungit (*ibid. iterum*). INSCR. Jahreshefte des Öst. arch. Inst. V 1902 p. 196 tab. V Auri⟨ga⟩ (*in tabula ahenea figuris siderum ornata prope Iuvavum rep.*).

aurīgābundus *ab* aurigare. IVL. VAL. 1, 9 p. 20, 5 morigerum *equum* imperiosis moribus aurigabundus hac atque aliter Alexander circumducit.

aurīgālis, (-e) *ab* auriga. EDICT. Diocl. 10, 19 corigiam aurigalem. *Ihm.*

aurigammus, -a, -um *cf. c.* aurum *et* gamma. LYD. de magistr. 2, 4 *ἐν ... ταῖς εὐωχίαις* (*sc. ἐχρῆτο Ὀκταβιανὸς*) ... *παραγαύδαις αὐριγάμμοις, ἀντὶ τοῦ χιτῶσι χρυσοῖς γαμματισκίοις ἀναλελογχωμένοις, ἀπὸ τῆς περὶ τοὺς πόδας ὥας καὶ τελευτῆς τοῦ ἐσθήματος ἐξ ἑκατέρων τῶν πλαγίων εἰς γάμμα στοιχεῖον διαζωγραφοῦσι χρυσῷ τὸν χιτῶνα.* *Münscher.*

aurīgāns, -tis [*aut ab* aurum *ductum ad similitudinem verborum* flammigare fumigare *aut ab* aurigo (aurugo) *ad exemplum vocum* caligo caligare. *Th.*]. IVL. VAL. 3, 36 aquae aurigantem colorem.

aurīgārius, -ī *m. ab* auriga. GLOSS. III 493, 12 esafetus aurigarius. 302, 64 *ἐσαφέται* aurigarii (517, 57). IV 440, 30 equisio hippago aurigarius. NOT. Tir. 112, 78. SVET. Nero 5 ut ... in praetura mercede palmarum aurigarios fraudaverit. *inscr. falsa* CORP. VI 555*. *v. Pollack, PW. II 2549.*

aurīgātio, -ōnis *f. ab* aurigare. SVET. Nero 35 *Poppaeam* occidit, quod se ex aurigatione sero reversum ... conviciis incesserat. CHALC. transl. p. 22^{e} Phaethontem ... currus ascendisse luciferos nec servatis sollemnibus aurigationis orbitis exussisse terrena. GELL 6, 8, 4 delphini amantis et pueri non abhorrentis consuetudines lusus, gestationes, aurigationes.

aurīgātor, -ōris *m. ab* aurigare. GLOSS. II 26, 49 aurigator *ἱπποχόμος*. 569, 14 gubernator, moderator. *inscr. falsa* CORP. VI 3052*. *v. Pollack, PW. II 2549.* AVIEN. Arat. 495 (*de sidere*) aurigatorem par sit quoque cura videre. *Ihm.*

aurigena, -ae *m.* [*cf. c. gr. χρυσόγονος. Th.*]. OV. met. 5, 250 aurigenae comitem Tritonia fratri (*i. Perseus aureo Iovis imbre ex Danae prognatus*). SIDON. carm. 6, 14 cum matrem impleret filius aurigena.

Aurigenēs *v.* Origenes.

auriger, -a, -um *cf. c.* aurum *et* gerere. *i. q. aurifer*: CIC. carm. frg. 22, 9 (div. 2, 63) aurigeris divom placantes numina tauris (= *Homer. Il. 2, 306 τελήεσσας ἑκατόμβας. cf.* auratus *1 b*). VAL. FL. 8, 110 aurigerae (*i. aureum vellus ferentis*) caput arboris. AVIEN. orb. terr. 996 Pactolus ... auriger (*cf.* aurifer *p. 1496, 69*). CARM. adv. Marc. 4, 163 intus (*sc. in arca tabernaculi*) spiritus ardens aurigera specie conflatus (*sc. per aurum ligno inductum symbolice ostentus*) iungitur illi (*sc. ligno arcae i. corpori Christi*). *Münscher.*

aurīgineus, aurīginōsus *v.* aurug-.

1. aurīgo, -inis *v.* aurugo.

2. aurīgo, -āvī, -ātum, -āre *ab* auriga. GLOSS. II 26, 48 aurigat *ἡνιοχεῖ*. *depon.*: VARRO Men. 316 asse vinum, asse pulmentarium: secundas, quo natura aurigatur, non necessitudo. *affert* NON. p. 70 aurigatur honeste positum pro moderatur ac regit (*cf.* GLOSS. V 637, 12 aurigatur: moderatur, regit). *proprie*: PLIN. nat. 33, 90 cum ipse (*Nero*) concolori panno aurigaturus esset. SVET. Cal. 18 minio et chrysocolla constrato circo, nec ullis nisi ex senatorio ordine aurigantibus. 54 auriga ... aurigabat extracto plurifariam circo. Nero 4 aurigandi arte in adulescentia clarus. 22 ipse aurigare atque etiam spectari saepius voluit. 24 aurigavit ... plurifariam, Olympiis vero etiam decemiugem. 53 Solem aurigando aequiperare. Vit. 4 Gaio per aurigandi ... studium familiaris (*cf.* COD. Theod. 14, 3, 21 *a. 403* personas ..., quae aurigandi studio detinentur). 17 alterum femur subdebile impulsu olim quadrigae, cum auriganti Gaio ministratorem exhiberet. MACR. exc. gramm. V 620, 18 qui ... Olympiacae palmae desiderium habuit, domi residens ipse, certatum equos suos cum aurigante filio misit. ITIN. Alex. 25 equos bigas aurigantesque facile confixerant. LAMPR. Heliog. 14, 5 certamen aurigandi (augurandi *cod.*) parans. IVL. VAL. 1, 12 p. 22, 13 cum dies certaminis advenisset aurigandique professio studio excitaretur. 1, 43 p. 54, 3

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

una equis et aurigantibus fixis. SYMM. or. 1, 4 neque te quadrigis pernicibus diva aurigante simulabo subtractum. *translate*: VARRO *v. p. 1500, 66.* GELL. 14, 1, 23 si nihil sua sponte . . . faciunt *homines*, sed ducentibus stellis et aurigantibus. NON. p. 520 moderatio, quae temperat aurigatque modos.

? **aurigula** (-cul-) auriga LIB. GLOSS. *Ihm.*

aurilegulus, -ī *m. cf. c.* aurum *et* legere. GLOSS. II 27, 8 *χρυσελέκτης*. 479, 5 *χρυσορύκτης*: aurifossor (*coni. Funck, Archiv 8, 371*; -fodina *trad.*), aurilegulus. COD. Theod. 10, 19, 9 (*a. 378*) ut, si aurileguli transfretare tentassent, severitate iudicis audaciae suae ferrent digna supplicia. 10, 19, 12 (= COD. Iust. 11, 7, 5; *a. 392*) septeni per hominem scripuli largitionibus inferantur ab aurilegulis. *cf.* PAVL. NOL. carm. 17, 269 callidos auri legulos. CORP. III 1307 (*p. 1481, 28*).

aurilegus, -ī *m. cf. c.* aurum *et* legere. NICET. symb. frg. 3 nec aurilegus (*cod.* aurilicus) ante aurum mittit in sacculum, nisi prius terram vel limum laverit universum.

Aurīlius, Aurīliānus *v.* Aurel-. **Aurimantus** *v.* Amyntianus.

? *αὐριμετελλουμ* DIOSC. Vind. C 306^{v} (*-ον* N 162; *?* auri metallum *Wellmann*) *σέλινον ἄγριον* (= *βατράχιον* Diosc. 2, 206). *Münscher.*

? **Aurimius** *nom. gent.* CORP. X 7879 (*in Sardinia, Mommsen non vidit*) L. Aurimi.

Aurīna *nom. mul. fortasse corruptum.* CORP. V 2352 (*Atriae, periit*) Aurinae uxori et Modesto . . . . X 51 (*Vibone, periit*) Latiae P. f. Auleiae Aurinae sacerd. Aug. Aurinus: CORP. XIII 10010, 252 (*in vasculo Gallico*) Aurini m. *cf.* Aurianus *sub* Aurius*? Otto.*

aurī nētrīx, -īcis *f. cf. c.* aurum *et* nere (*cf.* aurum netum *ex. gr.* FIRM. math. 3, 3, 14 *p. 1497, 25*). GLOSS. III 309, 63 *χρυσονήστρια*. CORP. VI 9213 Viccentia . . . auri netrix. *V.*

Auringem . . . urbem *Hispaniae Baeticae.* LIV. 24, 42, 5. *cf.* Oringis. *Diehl.*

Aurīnī *vetus nomen incolarum Saturniae oppidi in Etruria siti.* PLIN. nat. 3, 52 Saturnini qui ante⟨a⟩ Aurini vocabantur.

Aurinia *v.* Albruna.

[**Aurīnus**] *deus ficticius.* AVG. civ. 4, 21 miror autem, quod Argentinus non genuit Aurinum, quia et aurea *pecunia* subsecuta est. quem deum isti si haberent, sicut Saturno Iovem, ita et patri Argentino et avo Aescolano Aurinum praeponerent. 4, 28 quamvis deum Aurinum non colerent *Romani.* *Otto.*

aurio *v.* haurio. **Auriola,** -ī, -us *v.* Aureolus.

auriolaria *v.* agrilaria.

auriolus *v.* aureolus.

Aurios *nom. graec. fictum.* PAVL. FEST. p. 8 Hippocrates (*?*, Hypsicrates *Scal. et Vrs.*) medicus de nomine inventoris id (*sc. aurum*) dictum putat, quem vocitatum ait Aurion. *Diehl.*

auripigmentum, -ī *n. ab* aurum *et* pigmentum. ISID. orig. 19, 17, 12 arsenicum, quod Latini ob colorem auri auripigmentum vocant, colligitur in Ponto ex auraria materia (*cf.* PLIN. nat. 33, 79 *infra l. 68*). VITR. 7, 7, 5 auripigmentum; quod *ἀρσενικόν* graece dicitur, foditur Ponto (CET. FAV. p. 306, 16). CELS. 5, 5. SCRIB. LARG. 114 *ἀρσενικοῦ*, quod est auripigmentum (237). GALEN. alfab. 8 auripigmento, quod alii arsinici dicunt, alii lamna dicunt. CAEL. AVR. chron. 4, 8, 117 auripigmenti, quod Graeci arsenicon vocant (4, 3, 37). GLOSS. *ἀρσενικόν* (III 616, 16 auripigmenta). II 26, 53 *ἀρσενικόν, χρωμάτιον, ψίλωθρον*. III 631, 2 ars⟨en⟩icon auripimentum libanotidus. 566, 65 lemnias i. auripigmento. 624, 73 gariarientico (*?*) id est auripimentis. *forma*: auripimentum GLOSS. *et* ORIBAS. eup. 2^{a}, 29. auropigmentum GLOSS. III 579, 2. auropimentum GLOSS. (III 586, 16 auropimenta) *et* ORIBAS. eup. 2^{a}, 1. *passim apud medicos*: CELS. 5, 2. 6. 7. 8. 9. 5, 22, 2 auripigmentum cum chalcitide. 5, 22, 5. 6. 7. 5, 28, 12. 6, 15. 6, 18, 3. 9. 6, 19 (*bis*) SCRIB. LARG. 227. 230 PELAGON. 317. 344 (*ἀρρενικὸν σχιστόν Hipp. gr.*). CHIRON 619. 721. 847, *saepius.* MARCELL. med. 8, 219. 11, 37. 33, 13. 34, 57 auripigmentum tritum. THEOD. PRISC. eup. faen. 43 auripigmenti pulvis. log. 102 iniciendus est Athenaei veluti causticus ex auripigmento . . . confectus *trochiscus, et saepius.* CAEL. AVR. chron. 4, 3, 37 sollicitam habentes calcis vel auripigmenti iniectionem. CASS. FEL. 1 p. 7, 16. 43 p. 108, 7. 79 p. 191. *adde*: VITR. (*supra l. 49*). PLIN. nat. 33, 79 auripigmento, quod in Syria foditur pictoribus in summa tellure, auri colore, sed fragile lapidum specularium modo (*ibid. iterum*). 35, 30 (*inde* ISID. orig. 19, 17, 12). 35, 49 (*inter colores*). *v. Nies, PW. II 1272 s. 'Arsenicum'. Ihm.*

1. auris, -is *f.* [*i. q. lituan.* ausis *'auris', cf. c. hibern.* ō *gr.* οὖς *got.* ausō *armen.* unkn *'auris', med.* uši *'aures' et c.* auscultare. *Th.*]. *numerus singularis non ponitur, nisi cum revera de una agitur aure, aut in certis quibusdam formulis et locutionibus, quae infra afferentur. accusativi forma* auris *videtur propria fuisse scriptorum liberae rei publicae et apparet saepius in codicibus ex. gr.*: PLAVT. auris *19^{ies}*, aures *5^{ies}* (Amph. 325 Epid. 335 Poen. 1375 Rud. 1293 Trin. 11). auris: ENN. trag. 277. 296. ACC. trag. 169. 406. 449. TER. Haut. 330 Andr. 933 Hec. 482 *optimi.* LVCIL. 616. 917. 959. 1093. VARRO Men. 11. 375 ling. 9, 21 frg. Non. p. 263 (aures *bis*). CIC. *codd. praebent* aures *11^{ies}* (orat. 28. 150. 163. 172. 221 Brut. 193 opt. gen. 11 rep. 6, 18 Tusc. 4, 2 off. 3, 5 frg. Macr. sat. 7, 3, 8), auris *50^{ies}*. CATVLL. 63, 75. 64, 170 (-es 62, 15). LVCR. -is *19^{ies}*, -es *bis* (4, 486. 912). VERG. -is *17^{ies}*, -es *bis* (georg. 4, 349, Aen. 2, 731 *cum varietate scripturae*). HOR. -is *9^{ies}*, -es *bis* (carm. 2, 1, 18. 2, 13, 35). OV. -is *4er* (ars 1, 489 epist. 11, 71 Pont. 2, 4, 13. 2, 9, 25), -es *55^{ies}* (*cf. O. Keller, Gramm. Aufsätze zur lat. Sprachgesch. II 312*). SIL. -is *10^{ies}*, -es *13^{ies}*. APVL. met. 1, 2. 2, 4. 9, 16 apol. 3 flor. 18 p. 91 *et in lapidibus*: CARM. epigr. 227, 3 (*in Memn. statua circa a. 150 p. Chr.*). CORP. III 7266 (Epidauri). *acc. formam* aureis *exhibent codd.* PLAVT. Epid. 434 (*deest in A*) VARRO Men. 124. *confunditur in codd. cum* auris (*ab aura*) *ex. gr.*: LVCR. 6, 777 OV. met. 12, 56 BVC. Eins. 1, 45 VAL. FL. 4, 579 SIL. 17, 42 PORPH. Hor. ars 274 AMM. 17, 5, 13 GLOSS. V 169, 4; *cum* ore: OV. met. 3, 643 STAT. Theb. 12, 12. 545. *ad pronuntiationem posteriorum temporum*: *v.* GLOSS. III 501, 16 oris; *et hos lusus verborum*: (TAC. ann. 1, 41 aures oraque advertere). SIDON. epist. 4, 3, 10 aures et ora. 9, 13, 5 et aure et ore. RVRIC. epist. 1, 3 p. 355 auribus tuis ore garrulo. SEDVL. carm. pasch. 4, 102 qui vocem non ore dabat, non aure trahebat. *in sermone vulgari vices eius suscepit* auricula *sive* oricla *q. v.*: PROB. app. gramm. 4, 198, 11 auris non oricla. *v. Wölfflin, Latin. d. Cassius Felix (Münchner Sitzungsber. 1880) p. 409; Bonnet, Archiv 7, 309; Wölfflin, Arch. 8, 591.* *de etymologia*: VARRO ling. 6, 83 aures (*scr. O. Müller*, audio *codd.*) ab aveo (aucto *F*), quod his avemus di⟨s⟩cere semper . . . . propter hanc aurium aviditatem theatra replentur (*cf.* PLAVT. Mil. 33). LACT. opif. 8, 8 aures, quibus est inditum nomen a vocibus hauriendis . . . aut quia vocem ipsam Graeci *αὐδὴν* vocant ab auditu, per inmutationem litterae aures velut audes sunt nominatae. *cf.* ISID. diff. 2, 55 orig. 11, 1, 46. GLOSS. *ἀκοή, οὖς, ὠτίον*. aures *ἀκοαί, ὠτία, ὦτα καὶ ὠτία*. *a forma proficiscitur translatio haec*: VERG. georg. 1, 171 huic (*aratro*) . . . binae aures, duplici aptantur dentalia dorso (*v.* PALLAD. 1, 42, 1). *cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 9, 6 diotam amphoram dicit, quod ansae eius velut aures sint (*cf. p. 1495, 78*). [*it. sept.* da ora *'dare aures'. M.-L.*]

1 *membrum duplex in capite animalis utrimque positum, quo sonus et voces percipiuntur, audiendi instrumentum*: **a** *hominum*: CIC. nat. deor. 2, 144 extra . . . eminent, quae appellantur aures et tegendi causa factae tutandique sensus, et ne adiectae voces laberentur . . . . sed duros et quasi carneolos habent introitus multisque cum flexibus. CAEL. AVR. chron. 2, 14, 198 aurium laminae frigescunt. PLAVT. Cas. 642 pectus, auris, caput teque di perduint. Most. 1118 *reliquisti filium* cum pedibus, manibus, cum digitis, auribus, oculis, labris. Pseud. 429 homines qui gestant quique auscultant crimina . . ., omnes pendeant, gestores linguis, auditores auribus. VARRO ling. 9, 92 ab aliqua . . . vi et potestate, quae et oculis et auribus latere soleant. CIC. div. 1, 129 deorum animi sine oculis, sine auribus, sine lingua sentiunt. nat. deor. 2, 141 aures, cum sonum percipere debeant, qui natura ⟨in⟩ sublime fertur, recte in altis corporum partibus collocatae sunt. 2, 144 provisum . . . ut, si qua minima bestiola conaretur inrumpere, in sordibus aurium, tamquam in visco inhaeresceret. Tusc. 1, 46 saepe . . . apertis atque integris et oculis et auribus nec videmus nec audimus. *ibid.* viae quasi quaedam sunt ad oculos, ad auris, ad naris a sede animi perforatae. 5, 111 etiamne *sapiens beatus est* si sensibus carebit oculorum, si aurium etiam? fin. 3, 63 ut . . . in membris alia sunt tamquam sibi nata, ut oculi, ut aures, alia . . . . 5, 35 neque est dubium, quin frons, oculi, aures et reliquae partes, quales propriae sint hominis, intellegatur. LVCR. 2, 511 namque aliis aliud retro quoque taetrius esset naribus, auribus atque oculis orisque sapori. 3, 549 velut aures atque oculi sunt atque alii sensus, qui vitam cumque gubernant. 3, 632 at neque sorsum . . . esse potest anima⟨e⟩ . . . lingua neque aures. 4, 486 an poterunt (-rit *codd.*) oculos aures reprehendere, an aures tactus? 4, 839 multo . . . creatae sunt prius aures quam sonus est auditus. HOR. sat. 2, 3, 285 sanus utrisque auribus atque oculis. carm. 2, 19, 3 vidi . . . auris capripedum Satyrorum acutas (*v.* PORPH. *ad l.*). TIB. 2, 5, 92 natus . . . parenti oscula comprensis (compressis *A, corr.* ς) auribus eripiet. OV. met. 5, 159 tela volant . . . praeter utrumque latus praeterque et lumen et aures. 6, 141 *Arachnae* defluxere comae, cum quis et naris et aures. 11, 157 *Tmolus* aures liberat arboribus. 11, 186 *famulus* domini (*sc. Midae*) quales adspexerit aures. 193 (*cf. sub 1b*). LIV. 5, 18, 4 sensus oculorum atque aurium hebetes (SEN. contr. 1 praef. 2 CELS. 2, 1 p. 29). 6, 28, 6 sonum . . . vocis in oculis atque auribus fore. MANIL. 2, 147 dulcem . . . per aures affectum *diligit.* 5, 327 *Orpheus* et sensus scopulis et silvis addidit aures. CELS. 1 praef. in partes quoque humor erumpit, ut in oculos auresque (*cf.* 1, 9 p. 25). 5, 26, 23 p. 192 aliquid ex eminentibus, quales aures . . . sunt. 8, 1 p. 324 in aure . . . primo rectum et simplex iter, procedendo flexuosum, iuxta cerebrum in multa et tenuia foramina diducitur, per quae facultas audiendi est. SEN. dial. 5, 35, 3 in hoc habes aures, ut non modulata tantum et mollia et ex dulci tracta conpositaque accipiant. *ibid.* 4. nat. 2, 12, 6 oculorum velocior sensus est et multum aures antecedit (QVINT. inst. 11, 4, 34 acrior). 2, 28, 2 *vesica* si ferro divisa est, sine ullo aurium sensu (*i. ita ut aures non sentiant*) exit. epist. 41, 1 nec exorandus aedituus, ut nos ad aurem simulacri . . . admittat. 92, 28. 94, 68 omnia ista exempla, quae oculis atque auribus nostris ingeruntur. COLVM. 3, 10, 9 quae tactu quaeque naribus auribusque et oculis indagantur. *ibid.* nihil aures agere valent ⟨nisi⟩ quod est aurium. MELA 3, 56 Panuatios

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*Bursian.*, sannalos *codd.*), quibus magnae aures et ad ambiendum corpus omne patulae nudis alioquin pro veste sint (*cf.* PLIN. nat. 4,95. 7,30). PLIN. nat. 1, 11, 50 de auribus. 2, 6 an sit inmensus et ideo sensum aurium excedens tantae molis (*sc. mundi*) rotatae ... sonitus. 6,192 apud quos (*Sesambros*) omnes sine auribus *sunt*, etiam elephanti. 7,144 expressi ... per aures sanguinis poena exacta. 11,136 aures homini tantum inmobiles. 158 septimo mense genitis saepenumero foramina aurium ... defuere. 251 est in aure ima memoriae locus, quem tangentes antestamur (attest- *codd.*); est post aurem aeque dexteram Nemeseos *locus*. 274 longae esse vitae *homines* ... auribus amplis. 16, 155 proprium ... materiae (*sc. smilacis*) est, ut admota auribus lenem sonum reddat. 28, 37 si quod animal aurem intraverit et inspuatur, exire. SIL. 13, 333 *Panisco* stant aures. MART. 6, 39, 15 *morionis filius est* auribus longis, quae sic moventur, ut solent asellorum. QVINT. inst. 10, 3, 28 nihil eorum, quae oculis vel auribus incursant, ad animum perveniat. IVV. 11, 189 referens ... vultum auremque calentem. PLIN. epist. 3, 1, 10 illi post septimum et septuagensimum annum aurium oculorum vigor integer. SVET. Aug. 79 *Augusto erant* mediocres aures. APVL. met. 2, 24 salvae. 5, 5 praeter oculos et manibus et auribus [h]is (*Amor*) ⟨non?⟩ nihil sentiebatur. 9, 4 aurium flexus. mund. 24 *Iovis* praesentiam non iam cogitatio sola, sed oculi et aures *comprehendunt*. TERT. spect. 2 neque enim ... sumpsimus ... aures ad exceptaculum maliloquii. 23 tales ... aurium fungos a deo ... accepit. anim. 17 falsa ... testatio *Thomae*, si oculorum et aurium et manuum sensus natura mentitur. VLP. dig. 47, 2, 21 pr. nam et qui aurem alicuius tetigit, inquit Trebatius, totum eum videri tetigisse. PORPH. Hor. carm. 2, 19, 3 acutas Satyrorum aures non ad audiendum tantum referen[da]s dixit, sed etiam ad figuram earum. nam sic videmus satyros fingi oblongis auribus acutisque. FAV. EVL. 19, 7 quis est, qui implet aures meas sonus? AMBR. hex. 6, 9, 61 nervi, qui referunt universa, quae vel oculus viderit vel auris audierit. 6, 9, 62 aures extantiores sunt, ut et ornatus decorem praeferant et excipiant omne illud, quidquid de vertice sordium umorisve defluxerit, simul ut in earum sinibus vox repercussa sine offensione interioris ingrediatur anfractus. *ibid.* tenaces ... sermonis accepti ipsos esse anfractus aurium, usus ipse nos docet. HIER. epist. 52, 9 alius in ecclesia oculus est, alius lingua ... alius auris. 53, 2 viva vox ... in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat. VVLG. Iudith 14, 14 cum nullum motum iacentis sensu aurium caperet (*οὐδεὶς ἐπήκουσε*). Iob 12, 5 auditu auris audivi te (*ἀκοὴν ... ὠτὸς ἤκουόν σου*). psalm. 39, 7 aures ... perfecisti mihi (*cf.* HIER. psalt. sec. Hebr. 39, 7 fodisti mihi. *σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι* ITALA Veron. *et* PSALT. Rom. corpus ... perfecisti). 93, 9 qui plantavit (*ὁ φυτεύσας*) aurem, non audiet? prov. 2, 20 aurem audientem ... fecit. eccles. 1, 8 nec auris auditu impletur. cant. 2, 14 sonet vox tua in auribus meis. Sirach 17, 5 aures ... dedit. AVG. civ. 7, 23 p. 301 *esse* secundum gradum animae, in quo sensus est; hanc vim pervenire in oculos, aures, nares, os, tactum. 14, 24 sunt ... qui et aures moveant vel singulas vel ambas simul. serm. ed. Mai 119, 3 omnia ... decipula diabolus quinque his sensibus nostris opponit: ... auribus ad audiendum. MACR. sat. 7, 9, 21 aurium sensus. VINDIC. epist. ad Pentad. p. 487 per singulas partes corporis, ... per aures. BOETH. herm. sec. 2, 4 p. 94, 2 aures ..., quae sunt audiendi instrumenta.

b *reliquorum animantium*: CIC. de orat. 3, 222 *natura* equo aut (et *S*) leoni saetas caudam auris ad motus animorum declarandos dedit. CAES. Gall. 6, 26, 1 cuius (*bovis*) a media fronte inter aures unum cornu exsistit. VARRO rust. 2, 2, 4 *arietes* lana opertis auribus. 2, 5, 7 *pecudes* pilosis auribus. 2, 7, 5 *pullus equi* auribus adplicatis. 2, 8, 6 hinnus ... auribus ut equinis. 2, 3, 5 *capram* non ut reliqua animalia naribus, sed auribus spiritum (si tritum *codd.*) ducere solere. 3, 12, 5 *lepus* auribus longis. VERG. georg. 3, 55 *vaccae* camuris hirtae sub cornibus aures. 84 *equus* micat auribus. 500 *equo aegrotanti* demissae aures. HOR. carm. 2, 13, 35 demittit atras belua centiceps (*i. Cerberus*) aures. epist. 1, 15, 13 equi frenato est auris in ore. OV. met. 3, 195 *Diana* summas cacuminat aures *cervi in Actaeonis capite*. 11, 179 *Midas* induitur ... aures ... aselli (*cf.* 11, 186. TERT. anim. 2 ANTH. 476, 7. HYG. fab. 191 p. 122, 8 'quale cor in iudicandō habuisti, tales et auriculas habebis', quibus auditis effecit, ut asininas haberet aures). 15, 516 adrectis ... auribus horrent quadrupedes (SIL. 10, 458). GRATT. 269 *canibus* sint hirtae frontibus aures. PAVL. FEST. p. 6 aureas diceba⟨n⟩t[ur] frenum, quod ad aures equorum religabatur (*cf.* p. 20). *ibid.* auritus a magnis auribus dicitur, ut sunt asinorum et leporum. p. 289 plauti appellantur canes, quorum aures languidae sunt ac flaccidae et latius videntur patere. PHAEDR. 5, 5, 32 *rusticus* pervellit aurem *porci* (*v. infra proverbia*). 5, 10, 5 suis adripuit aurem. CELS. 2, 18 p. 65 ex eodem sue ... aures *cibus sunt* (*cf.* 2, 24 p. 69). SEN. Phaedr. 1038 *tauro monstroso* stant hispidae aures. Herc. f. 810 canis (*Cerberus*) componit aures timidus. COLVM. 6, 1, 3 *boves* hirtis. 6, 21, 1 *vaccae* pilosis. 6, 30, 5 *iumentorum aegrotantium* aures ... flaccidae. 6, 37, 7 si discolores pilos asinus in ... auribus gerit, sobolem quoque frequenter facit diversi coloris. 7, 6, 2 *caper* flaccidis et praegravantibus. 7, 12, 8 *canis villaticus* deiectis et propendentibus. 7, 13, 1. 8, 2, 8 *gallinae* albis auribus. 8, 2, 9 *gallis* maximae candidissimaeque. SCRIB. LARG. 13 iacent aures hinnuleorum (*Heinsius*, simul eorum *ed. pr.*) primis temporibus: a nono enim die subriguntur. MELA 3, 88 equinis auribus pegasi. LVCAN. 4, 752 *equus* subrigit aures. PERS. 6, 70 mihi ... coquatur (-quetur *alii*) ... fissa fumosum sinciput aure. PLIN. nat. 8, 39 *alcen a iumento* proceritas aurium et cervicis *distinguit*. 48 animi index ... equorum aures. 72 *leucrocota est* ore ad aures usque rescisso. 74 *taurus silvestris* rictu ad aures dehiscente. 114 *cervae* cum erexere aures acerrimi auditus, cum remisere surdi (SOL. 19, 11 *cervae* rectis auribus acutissime audiunt, submissis nihil). 170 aurium referre in his (*asinis*) ... pilos aiunt. 181 *taurus* auribus saetosis. 188 ferocia eius (*arietis*) exhibetur cornu iuxta aurem terebrato. 202 *capri* longis auribus infractisque. *ibid.* auribus ... spirare, non naribus *capras* Archelaus auctor est. 207 *apud sues abortus* remedium, ne ... ante flaccidas aures coitus fiat. 225 *cervi* auribus ... fissis. 10, 68 otus (*noctuae genus*) auribus plumeis eminentibus, unde et nomen illi (*cf.* 11, 137. 29, 117). 132 phasianae in Colchis geminas ex pluma aures submittunt subriguntque. 11, 116 est voluere canibus peculiare suum malum, aures maxime lancinans. 125 *cornua* mobilia ... ut aures Phrygiae armentis *sunt*. 137 *viperae* cavernas tantum habent aurium loco. 153 insectorum omnium et testacei operimenti (*gen. qual.*) oculi moventur sicut quadripedum aures. 246 simiarum genera perfectam hominis imitationem continent ... auribus. 260 *solidipedia animalia* in infantia scabunt aures posterioribus pedibus. 27, 23 alsine (*herba*) ... musculorum aures imitatur foliis. 28, 228 *contra febres quasdam adhibetur* e vena auris asini *sanguis*. 235 praestantissimum *glutinum* fit ex auribus taurorum. 30, 96 *Magi* perungi iubent aegros ... cristis et auribus et unguibus gallinaceorum. SIL. 1, 216 quis (*Numidis*) inter geminas per ludum mobilis aures quadrupedem flectit ... virga. APVL. met. 1, 2 equi ... auris remulceo. 3, 24 *Lucio* aures inmodicis horripilant auctibus. 26 *asinus* deiectis auribus. 4, 5 *asinus* ne cauda et auribus cruribusque undique versum elevatis temptavit exurgere. 7, 13 porrectis auribus profiatisque naribus rudivi fortiter (11, 9). 7, 16 *equus* remulsis auribus ... totum me (*asinum*) commorsicat. 18. 11, 13 aures enormes repetunt pristinam parvitatem. TERT. nat. 1, 14 onocoëtes ... erat auribus cant⟨eriorum⟩. HYG. astr. 3, 1 p. 81, 8 *arctos habet* in utrisque auribus binas *stellas; sic saepius* (*cf.* SCHOL. Arat. p. 220, 17 *stellae* in ambas aures, *ἐφ' ἑκατέρῳ ὠτίῳ*. SCHOL. Germ. Bas. p. 79, 13 *equus* habet stellas ... ad singulas auris singulas claras). CLAVD. 18, 136 *canis* iam scabie laceras deiecit sordidus aures. PELAGON. 47 capitis dolorem indicant ... aures proiectae. 204 *equus aures* flaccidas gerit. 409 *equi* auris una deiecta. *in proverbio*: TER. Phorm. 506 immo ⟨id⟩ quod aiunt, auribus teneo lupum (*v.* DON. *ad h. l.* Graecum proverbium *τῶν ὤτων ἔχω τὸν λύκον, οὔτ' ἔχειν οὔτ' ἀφεῖναι δύναμαι. cf.* VARRO ling. 7, 31. SVET. Tib. 25 cunctandi causa erat metus undique imminentium discriminum, ut saepe 'lupum se auribus tenere' diceret. QVEROL. p. 55, 22 HIER. c. Ioh. 6). *v. infra g.*

c *de auribus ornatis*: PLAVT. Poen. 981 *Poeni* incedunt cum anulatis auribus (*cf.* Men. 541). CAECIL. com. 106 tum ex aure eius stalagmium domi habeo. CIC. facet. dict. 14 (Macr. sat. 7, 3, 7) *Octavio* respondit 'certe solebas bene foratas aures habere' (*cf. adnot.* MACR. *l. l.*: hoc eo dictum, quia Octavius Libys oriundus dicebatur, quibus mos est aurem forare). HOR. sat. 2, 3, 239 filius Aesopi (*histrionis*) detractam ex aure Metellae, scilicet ut deciens solidum absorberet aceto, diluit insignem bacam. OV. ars 1, 432 elapsus ... cava fingitur aure lapis. 3, 129 vos quoque non caris aures onerate lapillis *Indicis*. medic. 22 et quantos onus est aure tulisse duos *lapillos ex oriente*. met. 10, 116 *Cyparisso* nitebant auribus e geminis circum cava tempora bacae. 10, 265 *Pandorae* aure leves bacae. VAL. MAX. 5, 2, 1 *senatus* vetustis ... aurium insignibus novum vittae discrimen adiecit. CELS. 7, 8 p. 284 si magnum id foramen est, sicut solet esse in iis, qui maiora pondera auribus gesserunt. SEN. Herc. O. 661 nec gemmiferas detrahit aures lapis Eoa lectus in unda. Phaedr. 392 nec niveus lapis deducat aures, Indici donum maris. dial. 2, 14, 1 *mulieres habent* oneratas aures. 7, 17, 2 quare uxor tua locupletis domus censum auribus gerit? benef. 7, 9, 4 video uniones non singulos singulis auribus conparatos; iam enim exercitatae aures oneri ferundo sunt ... *mulieres* bina ac terna patrimonia auribus singulis *pependerunt*. CVRT. 8, 9, 21 *Indis* lapilli ex auribus pendent. 9, 1, 30. PETRON. 102 pertunde aures, ut imitemur Arabas. PLIN. nat. 9, 105 parum ... fuerat in gulas condi maria, nisi manibus, auribus ... a feminis iuxta virisque gestarentur. 110 *quamquam margaritae cum maximo periculo captantur*, nec tamen aures feminarum arcentur. 114 binos ac ternos *uniones* auribus *suspendere* feminarum gloria est. 117. 121 *Cleopatrae unio tanti fuit*, ut esset in utrisque Veneris auribus Romae in Pantheo dimidia eorum cena. 12, 2 excogitata sunt aurium vulnera (*sc. foramina ad inaures portandas*). 33, 40 habeant feminae in ... auribus *aurea ornamenta*. SIL. 12, 231 qui miro candoris honore lucet in aure lapis *Indicus*. MART. 9, 59, 18 quidquid et a nivea grandius aure sonat (*sc. uniones*). 11, 50, 4 gemma vel a digito vel cadit aure lapis. IVV. 1, 104 natus ad Euphraten, molles quod in aure fenestrae *arguunt*. SVET. Vit. 7 *Vitellius* ex aure matris detractum unionem *pigneravit*. TERT. scorp. 3 (*translate*) amissuri enim erant in iudicium (-io *A*) sibi vera orna-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

menta aurium, dei voces. HIER. epist. 130, 20 haec monilia in pectore et in auribus tuis haereant. 127, 3 solent ... auribus perforatis rubri maris pretiosissima grana suspendere. VVLG. gen. 35, 4 dederunt ... in aures, quae erant in auribus eorum. exod. 21, 6 perforabitque aurem eius subula (deut. 15, 17). 32, 2 tollite inaures de ... auribus. Ezech. 16, 12 dedi ... circulos auribus tuis. CLAVD. 28, 528 bacis onerat condentibus aures. SVLP. SEV. chron. 1, 18, 2 Hebraeo puero sponte permanenti in servitute auris forabitur. *de auribus simulacrorum, quae ex voto ornantur et votis aurium formam habentibus* (*cf. PW. II 2547*): CORP. III 986 (*Apuli, a. 180 p. Chr.*) auribus Aesclapi et Hygiae et Apollini et Dianae ... fratres Aug(ustales) ... p(ro) s(alute) s(ua) p(osuerunt). II 3386 (*in col. Iulia Gemella, saec. II ex.*) Isidi puel(lari?) ... in auribus zmaragdi duo, margarita duo. III 7266 (*Epidauri Argolicae*) = CARM. epigr. 866 Cutius has auris Gallus tibi voverat olim Phoebigena et posuit sanus ab auriculis. V 759 (*Aquileiae*) Auribus B(onae) D(eae) d(edit). XI 1295 Minervae Aug(ustae) ... aures argenteas v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito). *cf.* XII 654 LAMPR. Alex. 51. **d** *de auribus laceratis, sim.*: PLAVT. Cist. 383 excissatis auribus. Merc. 310 cape cultrum ⟨ac⟩ seca digitum vel aurem (AMM. 30, 8, 4 HIER. epist. 92, 1). CAES. Gall. 7, 4, 10 auribus desectis aut singulis effosis oculis domum remittit. VERG. Aen. 6, 497 *Deiphobi* populata ... tempora raptis auribus (SIL. 6, 50). LIV. 22, 51, 9 Numida ... naso auribusque laceratis. 29, 9, 7 mutilatis (CVRT. 7, 5, 40). 29, 18, 3 decisis (TAC. ann. 12, 14). PAVL. FEST. p. 118 lacer, quod auribus curtatis est. LVCAN. 2, 183 hic aures, alius ... *nasum* amputat (CVRT. 5, 5, 6 TAC. hist. 3, 84). VAL. MAX. 3, 2, 11 os naribus et auribus corrosis (adros- *Par.*) deforme. 3, 3 ext. 3 aurem eius morsu corripuit (arrip- *Par.*). SEN. dial. 5, 17, 3 Telesphorum ... undique decurtatum, cum aures illi nasumque abscidisset. 5, 24, 2 laedere. COLVM. 6, 7, 4 *pecudum aegrotantium* aures ... ferro decidantur. PLIN. nat. 8, 34 *dracones elephantibus* in aurem morsum *defigunt*. VAL. FL. 4, 309 *Amyco* iam tempora manant sanguineaeque latent aures. MART. 2, 83, 3 trunci naribus auribusque vultus *moechi a marito castigati*. APVL. met. 2, 30 per quoddam foramen prosectis (praesect- *alii*) naso prius ac mox auribus. *ibid. fin.* capillis ... deiectis aurium vulnera celavi. HIER. epist. 64, 2 ne truncis auribus *sint*. 97, 2 num idcirco ... os impietate fetidum (foedum *dett.*) non habebitis, si cicatricem pot⟨u⟩eritis in nostra aure monstrare? VVLG. Ezech. 23, 25 nasum tuum et aures tuas praecident. *translate*: VVLG. Ier. 6, 10 ecce incircumcisae (*ἀπερίτμητα*) aures eorum. act. 7, 51 incircumcisis cordibus et auribus. **e** *de aurium doloribus et medicamentis*: GLOSS. III 206, 59 auris dolor, *ὠταλγία*. 296, 61 (aurium dolor). 597, 17 aurium vitium, *ἄκου⟨σ⟩τικός*. TER. Haut. 330 orando surdas iam auris reddideras mihi. CATO agr. 157, 16 auribus si parum audies, terito cum vino brassicam, sucum exprimito, in aurem intro tepidum instillato. VARRO rust. 2, 14 quidam nucibus graecis in aqua tritis perungunt aures *canum, ne a muscis lacerentur*. GRATT. 471 gemina ... cruor ducendus ab aure. CELS. 2, 1 p. 30 infantes ... aurium humor *exercet*. 2, 1 p. 31 vitia longiora. 2, 6 p. 36 ad ultima ... iam ventum esse testantur ... frigidae languidaeque aures. 2, 7 p. 42 circa aures *suppuratio*. *ibid.* auris ... dolor acutus, *et passim* (*cf.* 4, 2 p. 123. 5, 25, 4 p. 183). SEN. benef. 3, 17, 2 aures morbus obstruxit. epist. 78, 19 aurium dolor ob hoc ipsum acutissimus est, quod inter angusta corporis nascitur. 95, 17 tormenta. COLVM. 6, 14, 3 *iumentum* si in opere collum contuderit, praestantissimum est remedium sanguis de aure emissus. 7, 5, 11 de auribus sanguinem detrahimus. SCRIB. LARG. 41 ad tumorem et exulcerationem aurium. PLIN. nat. 20, 4 auribus surdis ... instillatur. *saep.* 20, 16 medetur. *saep.* 20, 45 vitia. *ibid.* fundatur dormituris ... in aures. 20, 69 sonitum aurium sedat (*cf.* 24, 24 sonitus aurium emendat). 22, 132 sesima (sesema *al.*) ... aurium inflammationi inlinitur et ambustis. 23, 59 tarditatem ... aurium gargarizatione purgat. 23, 108 ad ... aures purulentas. 29, 31 auribus opturatis. 29, 33 aures suppuratas. 29, 135 exulceratis et ruptis auribus. MART. 12, 89, 2 quod lana caput alligas, Charine, non aures tibi, sed dolent capilli. 14, 28 si tibi morosa prurigine verminat auris. QVINT. inst. 11, 3, 144 focalia et aurium ligamenta sola excusare potest valetudo *oratoris*. IVV. 3, 122 nam cum facilem stillavit in aurem *venenum*. GELL. 1, 12, 3 quae ... sensu ... aurium deminuta ... sit. APVL. flor. 17 p. 78 aures spiritu obseratae. TERT. adv. Marc. 3, 6 auribus graviter audire. HIER. epist. 125, 20 haec expressius loquor, ut adulescentem meum et linguae et aurium prurigine liberem. LAMPR. Heliog. 16, 3 centurio aure surdiori. AVG. civ. 12, 1 vitium aurium dicitur surditas. *de aurium tinnitu, sim.*: PLAVT. Rud. 806 illud quidem edepol tinnimentum est auribus. CIC. off. 3, 5 arbitror talibus aures tuas vocibus undique circumsonare. epist. 6, 18, 4 personare auris eius huiusmodi vocibus non est inutile. CATVLL. 51, 11 sonitu suopte tintinant aures. LVCR. 3, 156 sonare auris. 6, 1185 sollicitae porro plenaeque sonoribus aures. PROP. 1, 12, 6 Cynthia nec nostra dulcis in aure sonat. LIV. 22, 14, 8 strepunt aures clamoribus. CELS. 1, 3 p. 19 sonant. 4, 5 p. 126. SEN. Oed. 188 resonant. dial. 1, 3, 3 sonat adhuc et vibrat in auribus. PLIN. nat. 28, 24 quin et absentes tinnitu aurium praesentire sermones de se receptum est. APVL. apol. 48 ecquid illi aures obtinnirent. 51 aures sonorae (*cf.* VINDIC. med. 34 CAEL. AVR. chron. 1, 4, 62. 3, 2, 65). MART. 3, 63, 8 *poeta* aliqua semper in aure sonat. ANTH. 452, 1 totis resonant mihi noctibus aures. VVLG. I reg. 3, 11 quicunque audierit, tinnient ambae aures eius. IV reg. 21, 12 Ier. 19, 3. **f** *cum praepositionibus quae designant locum*: PLAVT. Trin. 207 sciunt id quod in aurem rex reginae dixerit (HOR. sat. 1, 9, 9 OV. epist. 3, 23). CIC. Verr. 2, 120 in aurem eius insusurratum. fat. fr. 5 in aurem Pontius: 'Scipio' inquit, 'vide, quid agas' (LVCR. 4, 524 vox ... in auris insinuata). LYDIA 7 mihi quae cantabat in aurem. PAVL. FEST. p. 63 fartores nomenclatores, qui clam (quidam *codd.*) velut infercirent nomina salutatorum in aurem candidati. SEN. contr. 2, 1, 39 acta in aurem legere (tegere *codd.*). PERS. 5, 96 secretam garrit in aurem. PETRON. 28 PLIN. nat. 7, 183. 28, 155. MART. 1, 89, 1 garris in aurem. *ibid.* 6 ut saepe in aurem ... Caesarem laudes. 1, 96, 3. 5, 61, 3. 6, 21, 3 nequius illud in aure⟨m⟩ QVINT. inst. 11, 3, 131 loquuntur (COMM. instr. 1, 18, 12 VVLG. Luc. 12, 3 SVLP. SEV. dial. 1, 20, 4). IVV. 6, 543 arcanam Iudaea tremens mendicat in aurem. 11, 59 coram aliis dictem puero sed in aure placentas. APVL. met. 2, 2 incertum quidnam in aurem mulieris obganniit. 5, 28 avis in auribus Veneris ... ganniebat. EPIT. Alex. 111. AMM. 14, 1, 7 uxori susurrat in aurem. VVLG. Matth. 10, 27 quod in aure (*εἰς τὸ οὖς*) auditis, praedicate super tecta. SVLP. SEV. dial. 3, 2, 2 in aurem suggerit. MART. CAP. 7, 725 Voluptas ... aetheria Cylleni immurmurat aure. TER. Phorm. 1030 habet haec ei quod, dum vivat, usque ad aurem obganniat. AFRAN. com. 283 gannire ad aurem numquam didici dominicam. CIC. fin. 2, 69 ut ... eam (*Voluptatem*) tantum ad aurem admonerent, ... ut caveret. VERG. Aen. 5, 547 Epytiden vocat et fidam sic fatur ad aurem. MANIL. 5, 336 solus et ipse suas semper cantabit ad aures. SEN. benef. 2, 23, 2 quidam furtive gratias agunt et in angulo et ad aurem. PETRON. 25 ad aurem eius Psyche ridens accessit (*cf.* 52). 49 inclinatus ad aurem ... inquam .... 86. QVINT. inst. 4, 2, 124 blandius alia ad aurem invocabat. MART. 3, 44, 12 sonas ad aurem. EPIT. Alex. 109 testamentum ad aurem sibi iussit recitari. VVLG. Bar. 1, 3 legit Baruch ... ad aures (*ἐν ὠσίν*) Iechoniae. 4 Ezech. 8, 18. *inde* apud aures, in aures, in auribus *sim.* *alicuius dicere i. q. coram aliquo dicere*: CIC. ad Q. fr. 1, 1, 9 *virtutem* in luce Asiae, in oculis ... provinciae atque in auribus omnium gentium ac nationum esse positam. VAL. MAX. 7, 2 ext. 11 *ut* quam iucundissime loqueretur, quo scilicet apud regias aures vel silentio tutior vel sermone esset acceptior. TAC. hist. 1, 26 quaedam apud Galbae aures praefectus elusit. ann. 1, 31 apud trepidas militum aures. 2, 39 vago rumore apud imperitissimi cuiusque promtas aures aut rursum apud turbidos. 4, 29 addiderat quaedam contumacius, quam tutum apud aures superbas et offensioni proniores. FRONTO p. 168, 21 N. ne quid loci malignis hominibus adversus me apud aures tuas pateat. GELL. 9, 15, 5 ille apud Iuliani aures in praecipiti stare et subitaria dictione periculum sui facere audebat. APVL. flor. 18 p. 91 principium mihi apud vestras auris auspicatissimum. AMM. 18, 4, 4 apud principis aures nimium patulas. 28, 6, 26 apud aures sacras (*sc. imperatoris*) mentitus est. AVELL. p. 463, 17 apud imperiales aures haec summovenda temptasse. ITIN. Silv. 10, 6 locutus est Moyses in aures totius ecclesiae Israhel. ITALA deut. 31, 11 (Lucif. Athan. 1, 8) legetis hanc legem in conspectu Israel, in auribus eorum (VVLG. audientibus eis). IV reg. 23, 2 (Lucif. non parc. 7) et legit rex in auribus populi (VVLG. cunctis audientibus). PRISCILL. tract. 1, 28 p. 23 prolatum sacrilegii nefas in aures nostras legens Itacius induxit. VVLG. gen. 20, 8 locutus est universa verba haec in auribus eorum (*εἰς τὰ ὦτα*. *cf.* 44, 18 *ἐναντίον σου*. 50, 4 exod. 10, 2. deut. 5, 1 *ἐν τοῖς ὠσίν*. 32, 44 Ios. 6, 5 I reg. 8, 21. 18, 23. 25, 24 II par. 31, 5 Iob 33, 8 prov. 29, 9 Is. 49, 20 Ier. 26, 15. 28, 7. 29, 29. 36, 13. 15 Ezech. 9, 1 Luc. 1, 44. 7, 1). AVG. civ. 2, 27 clamat in auribus civitatis. epist. 178, 6 legatur in auribus eius apostolus dicens. VEN. FORT. carm. 3, 18, 9 quid si tale decus recitasses in aure senatus? COD. Iust. 1, 3, 28, 5 cum veritatem in publicas aures lucemque deduxerint. VARRO Men. 375 ante auris ... parvuli intorti demittebantur sex (sed *codd.*) cincinni. SVLP. RVF. Cic. epist. 4, 12, 2 *vulnus accepit* in capite secundum aurem. VERG. Aen. 5, 435 errat ... aurīs et tempora circum crebra manus. 9, 415 summa telum librabat ab aure (OV. met. 2, 311. 624. her. 9, 112 venit ... ab aure dolor. SIL. 5, 576). 11, 637 ferrum ... sub aure reliquit (OV. met. 8, 382 fixa sub aure feri ... harundo. FRONTIN. strat. 1, 7, 2). OV. am. 1, 4, 24 *querenti* pendeat extrema mollis ab aure manus. met. 5, 488 comas a fronte removit ad aures. 12, 336 *iaculum* missum a dextra laevam penetravit ad aurem. LIV. 8, 7, 10 spiculum inter aures equi fixit (*cf.* 27, 49, 1). CELS. 7, 7, 15 p. 282 reperti ... sunt, qui novem lineis cutem capitis inciderent ... duabus super aures. *ibid.* duo lineas duxerunt a media aure ad mediam alteram aurem. 8, 1 p. 323 duae *capitis suturae* super aures. p. 324 crassissimum ... in capite os post aurem. *ibid. sinus*, qui iuxta foramina auris est. 8, 5 p. 338 *habena* ultra aures ducenda. PETRON. 18 descendentes ab aure capillos ... lenta (tenta⟨ta⟩ *codd.*) manu duxit. PLIN. nat. 11, 131 defluvium *capillorum non fit* circa tempora atque aures (HIER. epist. 117, 7 capilli vel in frontem vel in aures defluunt). 24, 83 *smilacis* lignum ad aures sonare diximus. 29, 69 *viperae* caput quidam dissecant ... inter aures. QVINT. inst. 11, 3, 81

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

labra ... in latus ac paene ad aurem trahuntur. 11, 3, 119 bracchio ab aure protenso. GELL. 1, 14, 2 tum Fabricium planas manus ab auribus ad oculos ... deduxisse. CAPITOL. Aur. 21, 3 exsecto sub aure tubere. **g** *in proverbio* (*v. Otto, Sprichwörter p. 47—49*): VERG. ecl. 6, 3 Cynthius aurem vellit et admonuit (*v.* PLIN. nat. 11, 251 est in aure ima memoriae locus, quem tangentes antestamur). COPA 38 mors aurem vellens 'vivite' ait 'venio'. VAL. MAX. 1, 5, 8 consentaneo (*i. simili*) vocis iactu C. Cassii aurem fortuna pervellit. SEN. dial. 7, 10, 3 haec omnia virtus discutit et aurem pervellit. benef. 4, 36, 1 dabo ... quia promisi ... *et* verba mea redimam et aurem mihi pervellam (*cf.* 5, 7, 6 epist. 94, 55). CALP. ecl. 4, 155 vellit nam saepius aurem invida paupertas. APVL. met. 6, 9 *Venus* caput ... quatiens et ascalpens aurem dexteram ... inquit. AMM. 22, 3, 12 Adrastia aurem, quod dicitur, vellens monensque. PLAVT. Pseud. 123 de istac re in oculum utrumvis conquiescito. :: ... oculum anne in aurem? :: at hoc pervolgatum est nimis (*cf. Apost. 7, 72*[a]. *Append prov. 2, 78 ἐπ' ἀμφότερα καθεύδει τὰ ὦτα· ἐπὶ τῶν ἔξω φροντίδος*). TER. Haut. 342 ademptum tibi iam faxo omnem metum, in aurem utramvis otiosa ut dormias. CIC. Att. 13, 24 sed quoniam tu suscipis, in alteram aurem (*sc. dormiendi causa me vertam*). PLIN. epist. 4, 29, 1 nihil est, quod in dextram aurem fiducia mei dormias. SYMM. epist. 4, 61, 1 Tuentius tuus in utramvis aurem somnum capessat. *v. supra b. de eis, qui audire nolunt vel audita non intellegunt quasi surdi* (*Weyman, Archiv 13, 1903, 265*): TIB. 3, 20, 2 rumor ait crebro nostram peccare puellam: nunc ego me surdis auribus esse velim. (*proprie*) PROP. 2, 16, 36 nisi forte, quod aiunt, turpis Amor surdis auribus esse solet. 48 Iuppiter et surda neglegit aure preces (*cf.* OV. Pont. 2, 9, 25 Iuppiter oranti surdas si praebeat auris). 2, 20, 13 de te quodcumque ad surdas mihi dicitur aures. OV. am. 3, 7, 61 quid iuvet ad surdas si cantat Phemius aures? LIV. 3, 70, 7 haud surdis auribus dicta. 9, 7, 3 surdas ad omnia solacia aures. 24, 32, 6. 40, 8, 11 vereor, ne vana surdis auribus cecinerim. SEN. dial. 6, 1, 6 surdas aures inrito. CVRT. 6, 11, 15 gentium iura nequiquam apud surdas aures invocabat. 9, 2, 30 pulso. 9, 10, 16 *fatigo*. LVCAN. 6, 443 tot surdas gentibus aures. SIL. 16, 344 heu surdas aures! 17, 84 surdas coniunx obstruxerat aures. STAT. silv. 2, 1, 7 surda ... averteris aure. TAC. hist. 3, 67 surdae ad fortia consilia Vitellio aures. PLIN. paneg. 26 plerique inritis precibus surdas principis aures obstrepebant. SYMM. epist. 9, 69 (64) quidquid attuleris, surdis, ut aiunt, auribus ingeretur (*cf.* SEV. MINOR. p. 745[A]). HIER. adv. Pelag. 3, 11 p. 793 ego ad loquendum surdis auribus *paratus sum*. epist. 39, 2 si auditum quoque surdae aures negaverint. VVLG. psalm. 57, 5 sicut aspidis surdae et obturantis aures suas (*cf.* ENNOD. epist. 2, 19, 15). Mich. 7, 16 aures eorum surdae sunt. SVLP. SEV. dial. 2, 8, 1 surdis auribus audientur. *simili sensu de* auribus obturatis, obstructis, occlusis, *cum allusione ad Vlixis et Sirenum fabulam* (*Hom. Od. 12, 165 sqq. cf. Apost. 9, 77 ηρὸν τοῖς ὠσὶν ἐπαλείφεις· ἐπὶ τῶν παραιτουμένων ἀκοῦσαί τινων εἴ τε φαύλων εἴ τε σπουδαίων*): CIC. Tusc. 4, 2 nostrorum hominum ad eorum doctissimas voces aures clausas fuisse. Lael. 90 cuius ... aures clausae veritati sunt. VERG. Aen. 4, 440 placidas ... viri deus obstruit auris (-es *P*). HOR. epod. 17, 58 quid obseratis auribus fundis preces? epist. 2, 2, 105 obturem patulas ... legentibus auris. LIV. 40, 8, 20 reseratae aures sunt. quae posthac secretis alterius ab altero criminibus claudentur. SEN. contr. exc. 2, 7 aures externorum vocibus claude. SEN. epist. 31, 2 sapiens eris, si cluseris aures, quibus ceram parum est obdere: firmiore spissamento opus est, quam in sociis usum Vlixem ferunt. 123, 9 cludendae sunt aures malis vocibus. dial. 6, 2, 5. VAL. MAX. 6, 5, 5 suis auribus obseratis. 7, 3 ext. 6 odio obseratae aures. 8, 7 ext. 1 patientiā duratis auribus (*sic in ras. A*; actionibus *L*) uteretur. CVRT. 8, 1, 49 clausae erant aures obstrepente ira. SIL. 6, 507 si praecluserit aures. QVINT. inst. 7, 1, 31 *propositio* si animos occupavit, prope aures ipsae defensioni praecluduntur. TAC. hist. 4, 69 Valentinus obstruxit civitatis suae aures. ann. 11, 28 clausae aures etiam confitenti forent. APVL. met. 8, 9 aures obseratas ... obtundens. COMM. apol. 868 Faraoni prius induraverat aures. AMM. 27, 11, 6 nec exorari posset nec ad ignoscendum erroribus inclinari, ideoque aures eius non cera, sed plumbis videbantur obstructae. 29, 2, 14 ut videretur aures occlusisse ceris. 30, 5, 7 Valentinianus tamquam auribus cera inlitis ignorabat. AMBR. fid. 1, 6, 47 clausa quodammodo praeterire aure debemus. incarn. 3, 14 quid aures tamquam cera et plumbo clauditis? epist. 51, 3 non audirem? sed aures non possum cera veterum fabularum claudere. HIER. epist. 82, 5 quasi Sireneos cantus obturata aure pertransis. adv. Rufin. 3, 11 p. 540 auribus obturatis recipis. vita Hilar. praef. p. 14 Scyllaeos canes obturata aure transibo. epist. 92, 4 clausa, quod legimus, aure pertransiens. VVLG. prov. 21, 13 qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis. Sirach 27, 15 irreverentia ipsius obturatio aurium. 28, 28 sepi aures tuas spinis. Is. 33, 15 qui obturat aures suas ne audiat sanguinem. SIDON. epist. 9, 6, 2 Vlixeas, ut ferunt, ceras auribus figens fugit adversus vitia surdus. ENNOD. epist. 2, 19, 15 credo more aspidis clausa, ut aiunt (*v.* VVLG. psalm. 57, 5), aure transivit. HIER. epist. 117, 1 iuxta tritum vulgi sermone proverbium iurgantibus et negantibus cunctis nec aures me credo habere nec tactum (*cf. p. 1510, 8 sq.*). *oppositum* aures aperire, apertas habere: TAC. hist. 3, 10 uni Antonio apertae militum aures. HIER. epist. 48, 6 aperiant, quaeso, aures obtrectatores mei. 117, 9 aperi, quaeso, aures tuas et clamorem totius civitatis exaudi. VVLG. Is. 42, 20 qui apertas habes aures nonne audies? 48, 8 Marc. 7, 35. **h** *aures tribuuntur deo, cordi*: PROP. 1, 1, 31 facili deus annuit aure. TERT. ieiun. 9 aures dei advertunt. orat. 11 ne qua⟨ntu⟩m a praeceptis, tantum ab auribus dei longe simus. 17. COMM. apol. 128 *deus* penetrat totum oculis et auribus audit. OPTAT. 2, 1 p. 35 fraudatis aures dei. 6, 1 p. 144 ad aures dei ascendere populi solebat oratio. HIER. epist. 92, 6 quae nos omnia dei auribus patienter ... tulimus. VVLG. I reg. 8, 21 locutus est ea in auribus domini. II par. 6, 40 aures tuae intentae sint ad orationem. 7, 15 II Esdr. 1, 11. psalm. 5, 2 verba mea auribus percipe, domine. 16, 1. 83, 9. 85, 1. 6. 87, 3 Is. 5, 9. 37, 17. 50, 5 Dan. 9, 18 Iac. 5, 4. I Petr. 3, 12. EVCHER. form. 1 aures domini: cum exaudire dignatur. SACR. Leon. p. 356 vox clamantis ecclesiae ad aures ... domine tuae pietatis ascendat. p. 381 ad aures misericordiae tuae domine supplicum vota perveniant. *cordis*: TERT. anim. 9 habens et ille (*animus*) oculos et aures suas, quibus Paulus (populus *codd.*) dominum audire et videre debuerat. IVVENC. 2, 812 cordis si panditis aures. 3, 147 auresque advertite cordis. 2, 754 aures mentis qui gestat apertas. AMBR. incarn. 3, 14 aures scilicet interioris affectus. AVG. civ. 10, 15 p. 425 apud ... *deum* sincerius audiunt, non corporis aure, sed mentis, ministri eius et nuntii. 16, 6 p. 133 aliquid talis locutionis interioribus auribus capimus. conf. 1, 5 aures cordis mei. 4, 5, 10. SEV. MINOR. p. 739[D] cordis mei auribus. VINDIC. med. 44 corde ... semper vigilante, audiente et intelligente, quia et aures habet ad audiendum. BENED. reg. praef. 2 inclina aurem cordis tui. *nota*: VAL. MAX. 2, 2, 3 Graecis actionibus aures curiae exsurdantur. CLAVD. 16, 9 omnibus audimur terris mundique per aures ibimus.

2 *i. q. auditus*: GLOSS. V 169, 40 auras (*i. aures*) ponitur aliquotiens pro auditu. PLAVT. Mil. 799 ne me surdum esse arbitrere (*?*) ... ego recte meis auribus utor. 990 viden tu illam oculis venaturam facere atque aucupium auribus? CIC. Verr. 5, 105 occurrendum esse satietati aurium animorumque vestrorum. *sic saepius* auris et animus *coniunguntur*: ENN. trag. 34 animus atque aures avent. CIC. orat. 177 *bis*. 215. Verr. 4, 131 cum tui nominis terror in auribus animisque aratorum versaretur. S. Rosc. 134 LIV. 22, 39, 2. 27, 50, 7. 40, 20, 5. 42, 14, 2. 42, 42, 7. 45, 19, 9 VAL. MAX. 6, 2 pr. SEN. dial. 2, 9, 4 epist. 100, 3 QVINT. inst. 9, 3, 66 PLIN. epist. 7, 27, 8 paneg. 66 APVL. Socr. 19 SYMM. epist. 1, 95, 2. AVG. civ. 22, 7 ab auribus cordibusque respueret. CIC. Verr. 5, 39 libidines non solum oculis, sed etiam auribus excitabantur. Tusc. 5, 111 etiamne *sapiens beatus erit*, si sensibus carebit oculorum, si aurium? 117 ut idem oculis et auribus captus sit. epist. 16, 22, 1 malo te valetudini tuae servire, quam meis oculis et auribus. CATVLL. 62, 15 nos alio mentes, alio divisimus aures. SALL. Catil. 58, 2 timor animi auribus officit. hist. frg. 1, 136 quasi formidine attonitus neque animo neque auribus aut lingua satis competere (TAC. hist. 3, 73 dux ... velut captus animi non lingua, non auribus competere. ann. 3, 46 oppidani neque oculis neque auribus satis conpetebant). DIRAE 24 dulcia non oculis, non auribus ulla ferantur. HOR. epist. 2, 1, 187 verum equitis quoque iam migravit ab aure voluptas omnis ad incertos oculos et gaudia vana. EPICED. Drusi 351 ad te oculos auresque trahis. LIV. 5, 42, 3 non mentibus solum consipere (*Lipsius*, concipere *codd.*), sed ne auribus quidem atque oculis satis constare poterant. 6, 13, 3 nullius nec oculi nec aures indignitatem ferebant. *saep.* VAL. MAX. 8, 10 pr. *eloquentia* tribus modis homines adgreditur, animos eorum ipsa invadendo, horum alteri aures, alteri oculos permulcendas tradendo. SEN. dial. 5, 14, 1 *regem* omnium oculi auresque *sequuntur*. 7, 11, 4 aures vocum sono, spectaculis oculos ... delectantes. *saep.* epist. 6, 5 homines amplius oculis quam auribus credunt (PLIN. paneg. 64 necdum satis aut oculis meis aut auribus credo. HIER. epist. 61, 1). 43, 5 quid ... prodest recondere se et oculos hominum auresque vitare? QVINT. inst. 11, 3, 14 *vox* aures movet. PLIN. epist. 1, 21, 2 de venalibus *servis* melius auribus quam oculis iudicatur. 8, 14, 4 erat ... institutum, ut a maioribus natu non auribus modo verum etiam oculis disceremus. 8, 20, 2 permulta in urbe nostra iuxtaque urbem non oculis modo, sed ne auribus quidem novimus. IVV. 11, 170 auribus atque oculis concepta urina movetur. TAC. hist. 3, 69 imber repente fusus oculos auresque impediebat. APVL. Socr. 20 p. 166 quod ... arbitror non modo auribus eum, verum etiam oculis signa daemonis sui usurpasse. PS. APVL. Ascl. 20 in homine necessarium vocis auriumque commercium. PASS. Mar. Iac. 12 p. 62, 2 *martyres* qui collegarum relationem adtestarentur auribus et ex audito equorum fremitu ac sono recognoscerent. TERT. anim. 18 segressus (*Rigalt.*, si egr- *codd.*) potissimum ab oculis et auribus. HIER. epist. 18, 16 oculorum dolore cruciati auribus tantum studeamus et lingua. 61, 93 absit hoc a fidelium auribus. VVLG. psalm. 113, 6 aures habent et non audient. 134, 17 Ier. 5, 21. Is. 43, 8 educ foras ... surdum et aures ei sunt. Matth. 11, 15 qui habet aures audiendi, audiat. 13, 9. 43. Marc. 4, 23 *saep.* Luc. 8, 8. apoc. 2, 7 qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat. *sic septies*. AVG.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

civ. 12, 7 p. 522 audire silentium . . . nisi per aures. 22, 8 p. 581 tanto sonitu, quantum nostrae aures ferre vix possent.

tu mihi da tenuis aures animumque sagacem. 5,1381 lenia carmina cantu ... possent auris ... iuvare. Ov. ars 2,159 aurem iuvantia verba adfer. PHAEDR. app. 12, 6 oblectasset cantibus. SEN. benef. 1, 4, 5 quibus (*poetis*) aures oblectare propositum est. epist. 108, 6 delectare. ASCON. Corn. p. 70 blandiri. QVINT. inst. 2, 12, 6 permulcere. 11, 3, 60. 12, 1, 15 mitigare. 12, 10, 52. PLIN. epist. 1, 2, 6 blandiuntur. HIER. epist. 36, 14 nec aures Quintiliani flosculis et scholari declamatione mulcendae *sunt*. 92, 1 prurientibus blandiuntur auribus. AVG. civ. 22, 24 p. 613 ad mulcendas aures quot organa musica, quot cantilenae modos excogitaverit *industria humana*. HOR. ars 274 legitimum ... sonum digitis callemus et aure. PROP. 1, 12, 14 cogor et ipse meis auribus esse gravis (CVRT. 6, 8, 3 saepe Alexandri auribus nimia ⟨i⟩ac⟨ta⟩tione ... gravem fuisse. 6, 10, 37. 8, 1, 22). PROP. 2, 13, 12 me iuvet in gremio doctae legisse puellae auribus et pu[e]ris scripta probasse mea. Ov. trist. 3, 14, 40 nullus in hac terra, recitem si carmina, cuius intellecturis auribus utar, adest. VITR. 1, 1, 8 nisi sonitus ad artificis aures certos et aequales fecerint. 1, 1, 15 in organo non medicus sed musicus modulabitur, ut aures suae cantionibus recipiant iucunditatem. 5, 4, 2 quod ex acuta facta est gravis, ex gravi acuta, apparet auribus. SEN. contr. 1, 2, 4 honorem habitum auribus (-rium *unus*) maiestati[s]que vestrae velim, quod necesse est in hac causa nominare lupanar (CVRT. 5, 1, 38 ad imum — honos auribus habitus sit — ima (una *codd. opt.*) corporum velamenta proiciunt. APVL. apol. 75 multus honos auribus praefandus est: domus eius tota lenonia. AVG. civ. 14, 23 p. 49 *verecundia* compellit veniam honore praefato a pudicis auribus poscere. SIDON. epist. 3, 13, 11 aurium publicarum reverentiam). VAL. MAX. 3, 3 ext. 4 multorum aures illa lingua ... admiratione sui adtonitas habuerat. 8, 7 ext. 15 ut ... regiis auribus familiarem et adsuetum sonum vocis adhiberet. SEN. epist. 56, 1 omnia genera vocum, quae in odium possunt aures adducere. CALP. ecl. 4, 13 quidquid id est, silvestre licet videatur acutis auribus. 4, 148 carmina ... obesis auribus apta. 7, 19 nec nostras invidus aures despice. PLIN. frg. Char. gramm. I 123, 3 consuetudini et suavitati aurium ... summam esse tribuendam. MART. 4, 82, 4 non tetrica nugas exigat aure meas. 4, 86, 1 si vis auribus Atticis probari ... libelle. 6, 1, 3 quem (*libellum*) si terseris aure diligenti. 6, 82, 6 cuius (*Martialis*) nequitias iocosque novit, aurem qui modo non habet Batavam (*i. barbaram*). 7, 12, 2 excipiatque meos, qua solet aure, iocos. 7, 12, 11 iuro ... perque tuas aures, magni mihi numinis instar, lector. 7, 28, 8 exige, sed certa, quos legis, aure iocos. 7, 69, 5 vivet opus quodcumque per has emiseris aures: tam non femineum nec populare sapit. 7, 99, 3 *carmina* solent sacra Caesaris aure frui. 9, 26, 9 iudicium metuit nostra Thalia tuum: ipse tuas etiam veritus Nero dicitur aures. QVINT. inst. 1, 4, 7 an cuiuslibet auris est exigere litterarum sonos? non hercule magis quam nervorum. *ibid.* 1, 5, 19. 1, 8, 11 poeticis voluptatibus aures a forensi asperitate respirent. 2, 5, 13 audientibus securitas aberit nec quae dicentur superfluent aures. 2, 6, 2 emendationem auribus modo accipiunt. 3, 1, 3 ne ieiuna atque arida traditio averteret animos et aures praesertim tam delicatas raderet, verebamur. 8, 3, 62 non ... satis efficit ... oratio, si usque ad aures valet. 12, 2, 17 qui haec non vocibus tantum sibi nota atque nominibus aurium tenus in usum linguae perceperit. 9, 3, 5 *figurae* ut novitate aurem excitant, ita copia satiant (PLIN. epist. 8, 18, 11 aures hominum novitate laetantur). 9, 4, 61 aures continuam vocem secutae ductaeque velut prono decurrentis orationis flumine tum magis iudicant, cum ille impetus stetit et intuendi tempus dedit. 9, 4, 93 aures tamen consulens meas intellego multum referre, verene longa sit, quae cludit, an pro longa (GELL. 13, 21 (20), 1 aurem tuam interroga, quo quid loco conveniat dicere ... arbitrio consilioque usus auris). 11, 3, 40 ornata est pronuntiatio ... auribus sedens. est enim quaedam ad auditum accommodata non magnitudine, sed proprietate. 11, 3, 4 impetrant aures, ut quibus nullus est in bibliothecis locus, sit ... frequens in theatris. 11, 3, 44 ars ... variandi cum gratiam praebet ac renovat aures, tum dicentem ... reficit. TAC. dial. 19 novis ... eloquentiae itineribus opus est, per quae orator fastidium aurium effugiat. *ibid.* cum condicione temporum et diversitate aurium formam quoque ... orationis esse mutandam. 20 horum auribus et iudiciis obtemperans nostrorum oratorum aetas. 21 *oratio* auribus iudicum accommodata (ann. 13, 3 ingenium amoenum et temporis eius auribus adcommodatum). 27 nec iam vos offendi decebit, si quid forte aures vestras perstringat. 34 habebant ipsius populi diversissimarum aurium copiam. *ibid.* saepe cognitae populi aures. hist. 1, 90 *genus orandi* crebro fori usu celebre et ad implendas populi aures latum et sonans. PLIN. epist. 3, 15, 4 confido ... me non sic auribus duci, ut omnes aculei iudicii mei illarum deli⟨ni⟩mentis refringantur. 3, 18, 9 severitate aurium laetor. 8, 1, 2 quem aures ⟨meae⟩ sic sequentur? paneg. 3 considerabo, quid aures eius pati possint. FRONTO p. 20, 17 N. quae sint aures hominum hoc tempore, quanta in spectandis orationibus elegantia. p. 21, 9 ubi quid in coetu hominum recitabis, ut scias auribus serviendum. p. 22, 1 delenimenta ... mulcendis volgi auribus comparat (GELL. 5, 1, 6). p. 65, 5 nos vero, qui doctorum auribus servituti serviendae nosmet dedimus (GELL. 13, 21 (20), 21 Lucretius aeque auribus inserviens. GRAMM. suppl. 183, 6). AVR. Fronto p. 61, 3 de auribus nihil dico, nam omnium aures tuae vocilae subserviunt sub iugum subactae. VEL. gramm. VII 48, 5 *has* quinque litteras efferri ... non est dubium iis, qui aures habent. *id.* 77, 15. GELL. 13, 21 (20), 10 ut si aliter dixeris mutaverisque et aliquid tamen auris habeas, sentias suavitatem sonitus claudere. 10, 3, 15 si quis est tam agresti aure ac tam hispida. 13, 21 (20), 7 rudis profecto et aure agresti homo. 13, 25, 22 verba ... Ciceronis ... etiamsi durae auris hominibus non placent. 16, 8, 5 *novas et inconditas voces* pati aures per insolentiam vix possunt. 17, 2, 10 si quis aurem habeat non sordidam nec proculcatam. APVL. apol. 3 bonus ... quisque rudis et imperitas auris ad male audiendum *habet*. met. 1, 3 tu ... crassis auribus et obstinato corde respuis, quae forsitan vere perhibeantur. TERT. nat. 1, 3 nomen ... non auribus asperum. pudic. 7 scribimus ... ex naturae disciplina, ex lege auris et linguae. SOL. praef. 1 cum et aurium clementia et optimarum artium studiis praestare te ceteris sentiam. AMM. 22, 16, 16 Didymus iudicio doctarum aurium incusatur. HIER. epist. 21, 13 dum aures versibus ... capiunt, animam quoque penetrant. 66, 9 eruditis contentus auribus, 84, 8 quaeso te, ut parcas Romanis auribus. AVG. civ. 2, 21 p. 79, 31 *concentum* immutatum aut discrepantem aures eruditae ferre non possunt. VVLG. Iob 34, 3 auris enim verba probat. SVLP. SEV. Mart. 1, 3 si aures eorum vitiosus forsitan sermo perculerit. dial. 1, 27, 2 dum cogito me hominem Gallum inter Aquitanos verba facturum, vereor, ne offendat vestras nimium urbanas aures sermo rusticior. dial. 3, 2, 1 religiosas potius quam doctas aures ... adtulistis. MART. CAP. 4, 337 ipsam, quam aures vestrae probavere, grammaticam. SIDON. epist. 4, 3, 1 examen aurium tuarum. RVRIC. epist. 1, 3 p. 355 velim disertissimis auribus tuis ore garrulo non tam officiosus quam iniuriosus existere. BOETH. mus. 1, 9 nec omne iudicium dedunt auribus, et quaedam tamen ab eis nonnisi auribus explorantur.

10 *saepius circumscribit audientem, auditorem*: CIC. dom. 109 quo magis est istius furor ab auribus vestris repellendus. CAES. civ. 2, 27, 2 auribus Vari serviunt (*v. supra p. 1517, 80*). SEN. Phaedr. 874 aures pudica coniugis solas timet. epist. 20, 2 iuvenum et otiosorum aures disputatione varia ... detinent. 94, 12 aures eius contraria monitionibus tuis fama possedit. 123, 15 eos ... perniciosos esse auribus nostris, qui voluptatem laudant. TAC. dial. 17 veteres vocitatis oratores, quos eorundem hominum aures adgnoscere ... potuerunt. ann. 13, 14 neque principis auribus abstinere, quominus testaretur. 11, 32 Vibidiam ... oravit pontificis maximi aures adire. MART. 10, 19, 5 centum studet auribus virorum. 7, 52, 5 aures non auditoris, iudicis esse puto. QVINT. decl. 294 p. 20, 2 hoc auribus vestris non novum crimen est. IVV. 4, 86 quid violentius aure tyranni ...? HIL. ad Const. 2, 6 magniloquentiae vanitate aures simplicium verbis fallentibus illudimus. c. Const. 13 o miseras aures meas, quae tam funestae vocis sonum audierunt! 14 humanas aures tantae impietatis verba non suscepturas esse. AVSON. 419, 61 expectare nunc aures praesentium scio ..., quod desiderio concipiatur. HIER. epist. 100, 1 aures simplicium et leviorum sua persuasione decepit (*cf.* 140, 1). CLAVD. 18, 372 Romae aures impulit fides. 202. 304 auribus Italiae exempla nocerent. CATVLL. 64, 170 fors etiam nostris invidit questibus auris. HOR. epist. 1, 20, 19 cum tibi sol tepidus pluris admoverit auris. PROP. 4, 5, 58 istius tibi sit surda sine aure (aere *N*, arte *deter.*) lyra. SEN. epist. 105, 6 contentus sit unius auribus. MART. 2, 86, 12 scribat carmina circulis Palaemon, me raris iuvat auribus placere. 12, 24, 10 aurem non ego tertiam timerem. QVINT. inst. 10, 1, 32 Sallustiana brevitas, qua nihil apud aures vacuas atque eruditas potest esse perfectius, apud occupatum ... iudicem et ... ineruditum captanda est. PS. QVINT. decl. 15, 4 ad subscriptionis huius immanitatem expectasse publicae severitatis aures. 15, 12 quatenus ad publicas aures secreta vestra proferre voluisti. TAC. ann. 4, 69 congressus, conloquia, notae ignotaeque aures vitari. CARM. epigr. 116 publicas aures togatus studiis delectavit suis. PORPH. Hor. epist. 1, 19, 43 superbe fastidi⟨en⟩s ceterorum aures Caesari soli legas. HIL. syn. 3 et licet non sine aliquo aurium scandalo et piae sollicitudinis offensione restiterint. HIER. epist. 40, 1 ut Origenem Romanum facerent et Latinis auribus eum [con]donarent (*cf.* 133, 3 quattuor Origenis *περὶ ἀρχῶν* volumina Latinis infunderet auribus). 100, 11 aures simplicium et leviorum sua persuasione decepit. VVLG. Sirach 25, 12 beatus, qui ... enarrat iustitiam auri audienti. AVELL. p. 131, 18 nec sit apud aures ... Christianas pigra suggestio. *nota*: *de ministris regis Persarum*: APVL. mund. 26 aures regiae et imperatoris oculi quidam homines vocabantur (*cf. Xenoph. Cyrup. 8, 2, 10*).

11 *i. q. oboedientia*: TERT. patient. 5 apud Adam ... nondum aures sibi debentem impatiens etiam tacendi est. EVCHER. form. 6, 35, 17 aures: oboedientia fidelis. *i. q. audientia, aditus ad aliquem*: CIC. Att. 1, 18, 1 auris nactus tuas unius. CLAVD. 6, 17 iam dominas aures, iam regia tecta meremur. 25, 17 nam mihi conciliat gratas impensius aures vel meritum belli vel Stilichonis amor. *Sinko.*

? **2. auris** *inter nomina* 'eorum que se non movencium' POL. SILV. chron. I p. 543, 29 auris ostrium. *cf.* Athen. 3, 35 p. 88A *τὸ ὄστρεον τοῦτο ὑπὸ Αἰολέων καλεῖσθαι οὓς Ἀφροδίτης*. [*fort. comparandum francog.* ormier *i. auris maris. M.-L.*]

Auris mōns *v.* Aureus mons.

auriscalpium, -ī *n. ab* auris *et* scalpere. GLOSS. II 482, 57

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ὠτογλυφίς auriscalpium (26, 42 aurisclarium. 528, 62 aurisculpum. III 325, 19). III 23, 29 ὠτογλύφιον aurescalpium (203, 35). 368, 8 ὠτόγλυφον. MART. 14, 23 auriscalpium: si tibi morosa prurigine verminat auris, arma damus tantis apta libidinibus. *in medicina*: GLOSS. II 370, 60 μηλωτρίς auriscalpia (*cf.* III 207, 59 milotis auriscalpium). SCRIB. LARG. 56 ubi fuerit dolor, auriscalpium lana molli involvitur, deinde tinguitur ferventissimo oleo atque ita denti primum, deinde proximis gingivis superponitur (*ibid. iterum*). 41. 227 auriscalpio averso, quam partem κναθίσκον Graeci vocant, sensim temptare . . . oportet, quo celerius excidant *haemorrhoides* (MARCELL. med. 31, 6). 230 uvam . . . per auriscalpium lana involutum perunctum ex parte, qua tollenda est, amputat. MARCELL. med. 9, 35.

auriscalpius, -ī, *m. cf. c.* auriscalpium. AVELL. p. 4, 5 quem (*Damasum*) in tantum matronae diligebant, ut matronarum auriscalpius diceretur.

Aurisillianēnsis *v.* Aurusulianensis.

aurītulus, -ī *ab* auritus *deminutive. de asino*: PHAEDR. 1, 11, 6 hic auritulus clamorem . . . totis tollit viribus.

aurītus, -a, -um *ab* auris. PAVL. FEST. p. 8 auritus a magnis auribus dicitur, ut sunt asinorum et leporum, alias ab audiendi facultate (*cf.* SERV. georg. 1, 308). PRISC. gramm. II 441, 23 ab auribus auritus. GLOSS. II 27, 17 auritus ὠτοπετής, ὠτοπάροχος, ὀξυαχο⟨υ⟩σίλογος. 569, 10 auritus auratus (aures *b*) ioco trahens (aures acute intendens *Löwe*, aures contrahens *Schoell*). *inde a* PLAVTO. AFRAN. com. 403 nam quod vulgo praedicant aurito me parente natum, non ita est (*affert* MACR. sat. 6, 5, 6 *qui haec*: 'auritos lepores' non Maro primus usurpavit [VERG. *infra l. 28*], sed Afranium sequitur, qui in prologo ex persona Priapi ait). VERG. georg. 1, 308 auritosque sequi lepores (SERV. id est maiores habentes aures). OV. fast. 6, 469 simul auritis violae demuntur asellis (ars 1, 547 asello. am. 2, 7, 15 ut auritus miserandae sortis asellus. AVG. serm. 204, 2 asinus animal auritum). GERM. 341 auritum Leporem sequitur Canis (*cf.* AVIEN. Arat. 751 *et* 707 super auritum . . . Capricornum, *ubi* hirsutum *coni. Grotius*). MART. 7, 87, 1 si meus aurita gaudet lagalopece (*animal ignotum, varia coniecerunt*) Flaccus. APVL. met. 4, 19 canes . . . venaticos, auritos illos et horricomes ad comprimendam bestiam cohortantur. SOL. 30, 5 Psambaris nulla est aurita quadrupes. PLAVT. Asin. prol. 4 face nunciam tu, praeco, omnem auritum poplum. Mil. 608 speculabor, ne quis . . . nostro consilio venator adsit cum auritis plagis. *nota*: Truc. 489 pluris est oculatus testis unus quam auriti decem (*cf.* PAVL. FEST. p. 179 APVL. flor. 2 p. 6). HOR. carm. 1, 12, 11 auritas fidibus canoris ducere quercus (SERV. georg. 1, 308 sensum audiendi habentes. *cf.* SIDON. carm. 2, 72 silvas. 23, 190). PRVD. apoth. 767 o mors auritis iam mitis legibus! o mors surda prius, iam docta sequi, quodcumque iubetur. SIDON. carm. 16, 4 auritos erexit carmine muros. ENNOD. carm. 1, 9, 23 aurito famuli cum fortia sensu corda domat. PLIN. nat. 10, 136 Pegasos equino capite volucres et gryphas aurita aduncitate [rostri] fabulosos. PALLAD. 1, 42, 1 instrumenta . . . ruri necessaria . . . paremus aratra simplicia vel, si plana regio permittit, aurita, quibus possit contra stationes umoris hiberni sata celsior sulcus adtollere (*cf.* VERG. georg. 1, 172 *p. 1502, 27*). PAVL. NOL. carm. 23, 128 auritus . . . calix tribus undique figitur uncis. *Ihm.*

? Aurītus CORP. XIII 10010, 253 (*in vasculis Gallicis*) Auri⟨t⟩us (*?*). *Otto.*

aurivestrīx, -īcis *f. cf. c.* aurum *et* vestire. CORP. VI 9214 Sella Epyre de sacra via aurivestrix. *Münscher.*

? Aurivia *nom. mul.* CORP. XIV 2332 (*in agro Albano, periit*) Auriviae fil(iae).

Aurium *v.* Auriensis.

Aurius, -a *nom. gent., cf.* Aus-. Auria *gens municipii Larinatis, de qua v. Klebs, PW. II 2550*: CIC. Cluent. 11 A. Cluentius Habitus fuit, pater huiusce, iudices, homo . . . municipii Larinatis, ex quo erat, virtute, existimatione, nobilitate facile princeps. is cum esset mortuus Sulla et Pompeio consulibus, reliquit . . . nubilem filiam, quae brevi tempore post patris mortem nupsit A. Aurio Melino consobrino suo, adolescenti in primis, ut tum habebatur, inter suos et honesto et nobili. 188. 21 Larinas quaedam fuit Dinaea, socrus Oppianici, quae filios habuit M. et N. Aurios . . . . M. Aurius adolescentulus bello Italico captus apud Asculum in Q. Sergii senatoris . . . manus incidit et apud eum in ergastulo fuit. N. autem Aurius, frater eius, mortuus est. 23 Oppianicus . . . M. Aurium . . . interficiendum . . . curavit. . . . litteras Larinum ad Aurios, illius adolescentis suosque necessarios mittunt . . . . quas litteras A. Aurius, vir fortis et experiens et domi nobilis et M. illius Aurii propinquus, in foro . . . recitat. 25 *Oppianicus* dixit . . . *a Sulla* sibi esse imperatum, ut ⟨A.⟩ Aurium illum . . . et alterum ⟨A.⟩ Aurium et eius L. filium . . . proscribendos interficiendosque curaret. 31 Auria *C. Oppianici uxor.* CORP. VI 10206 *superscriptum imagini retiarii* Aurius. 28362 Varia Sabina . . . Auria Cyrilla matri suae. II 6257, 30 (*in vasculis*) L. Auri of. *sim. fuitne ille* Aurelius *? cf.* 4970, 79. **Auriānus** *adi.* GREG. M. epist. 1, 186 (*a. 599*) Gregorius Constantio episcopo Mediolanensi. . . . clericos ecclesiae Comensis . . . asserentes diversas res suas iniuste ab aliis, inter quos et a nostra ecclesia possessionem, quae villa Auriana dicitur, detineri. LIB. pontif. p. 54, 16 Momms. massa Auriana, territurio Laurentino. *cogn.* CORP. VI 3224 T. Aurelio Sperato eq. sing. . . . natione Raeto . . . Aurelius Aurianus sesq. secundus heres amico. *cf. etiam* Aurianae alae. **Auronius,** -a *nom. gent.* CORP. VIII 6394 (*in prov. Num.*) C. Auronius Melicio. *cf.* IX 3421 (*Peltuini*) ⟨C⟩hrestus Oroniae (*?*) Iullittae. **Aurusius,** -a *nom. gent.* CORP. VI 2541 L. Messius L. f. Pup. Potens Tergeste . . . Q. Aurusius Felix ex t. f. c. *cf.* V 4247 (*Brixiae*) M. Orusius Tertullus. *v. etiam* Oranius, Orenius *al.* *Otto.*

auro, -āvī, -ātum, -āre *ab adi.* auratus *ductum, q. v. infra l. 17.* PRISC. gramm. II 433, 6 ametallorum quoque nominibus solent nasci verba, ut ab auro 'auro, auras'. *auro obducere*: MANIL. 4, 515 vitreum findens auravit aries *Phrixi* vellere pontum. CORP. II 4230 (*Tarracone, post Hadrianum*) ad statuas aurandas. ITALA exod. 39, 6 (Monac.) au[ro]raverunt (κατεχρύσωσε, VVLG. 38, 28 vestivit argento) capitula columnarum auro et ornaverunt eas.

partic. pro adi. **aurātus,** -a, -um *ab* aurum. [*it.* orato, *francog. vet.* oret, *hisp.* orado. *M.-L.*] *compar.*: TERT. idol. 6. GLOSS. III 164, 32 χρυσωτός (chrysantos *codd.*). II 26, 29 au[gu]ratum κεχρυσωμένον. 40 auratum χρυσωθέν. orat-: ACT. Arv. Corp. VI 32383 (*inter a. 166 et 169*) a 10. *est vox adamata poetis inde ab* ENNIO; *sed tamen deest apud* TER. HOR. GRATT. PHAEDR. MART., *satis rara in oratione soluta; pluries legimus tantum apud* LIV. (19^ies^), SVET. (6^ies^), PLIN. nat. (5^ies^), SEN. phil. (*quater*), CIC. (*ter*) (*nec non saepe technice in* ACT. Arv.), *binis locis apud* SEN. contr. VAL. MAX. CVRT. PETRON., *singulis apud* VARRONEM rust. QVINT. TAC. FLOR. APVL. TERT. Vind. I.

1 *auro ornatus vel obductus, inauratus*: ISID. diff. 1, 49 aureum auro factum, auratum ex alia materia factum et mixtum auro operitur. a *de instrumentis, vestimentis hominum deorumque*: ENN. ann. 467 crateris ex auratis. trag. 30 (Cic. ac. 2, 89) intendit . . . Apollo arcum auratum. PLAVT. Stich. 377 lectos eburatos, auratos (IVV. 6, 594). LVCIL. 66 (*loc. corr.*). CIC. p. red. in sen. 28 curru (LIV. 10, 7, 10. SEN. contr. 10, 1, 8 qui . . . tres auratos currus *i. tres triumphos* contemneret. CVLEX 43 *Solis*. SEN. Oed. 424 *Bacchi*). parad. 49 tecta in villis (LVCR. 2, 28 laqueata aurataque. OV. met. 8, 701 QVINT. inst. 8, 6, 28 HIER. epist. 77, 11). VARRO rust. 1, 1, 4 quorum imagines ad forum auratae stant. VERG. Aen. 1, 741 cithara. 2, 448 trabes (LYGD. 3, 16 PROP. 3, 2, 10 SEN. Thy. 646 STAT. silv. 1, 3, 35 PRVD. perist. 220 CLAVD. carm. min. 31, 42). Aen. 5, 250 chlamydem (TAC. ann. 12, 56. SPART. Hadr. 17, 12 *bis*. AVSON. 354, 3 HYG. fab. 273 p. 148, 18). 8, 655 porticibus (*sc. in clipeo*). 9, 302 ensem (HOMER. 628 AVIEN. Arat. 723). 10, 171 aurato fulgebat Apolline puppis. 11, 858 pharetra (CLAVD. 10, 134). 12, 163 cui (*Latino*) tempora circum aurati bis sex radii fulgentia cingunt, Solis avi specimen. CARM. (*in Augustum factum*) Suet. Aug. 70 vers. 6 fugit et auratos Iuppiter ipse thronos. CIRIS 32 additur (*in peplo*) aurata delectus cuspide Typhon. 151 auratam (aurea iam *trad.*) . . . pallam (STAT. Ach. 1, 262). TIB. 2, 3, 54 vestes tenues, quas femina Coa texuit auratas disposuitque vias. PRIAP. 9, 7 auratas Phoebum portare sagittas. PROP. 2, 1, 33 regum auratis circumdata colla catenis (SIL. 17, 630). 2, 33, 40 calice (AMBR. Hel. 15, 55). 3, 3, 14 lyra (*Phoebi*. OV. met. 8, 15). 4, 7, 40 cyclade. OV. am. 1, 2, 47 ibis (*sc. Amor*) in auratis aureus ipse rotis. epist. 13, 32 veste (met. 8, 448 vestibus; *opp.* atras. SIL. 16, 436. CAPITOL. Aur. 17, 4 sericam et auratam. Maximin. 27, 8. LAMPR. Alex. 4, 2 *opp.* alba. 34, 5 TREB. Gall. 8, 3. FIRM. math. 3, 6, 1 purpureis aut auratis. IVST. 12, 3, 9. 20, 4, 11. HIL. epist. ad fil. 5 (*bis*) sericas et auratas. AMBR. Tob. 5, 19 HIER. epist. 22, 27. 117, 6 SALV. eccl. 3, 87. COD. Theod. 10, 21 tit. de vestibus holoveris et auratis). OV. met. 1, 470 *telum Amoris*. 5, 52 monilia (SIL. 7, 638). 14, 263 amictu (AVSON. 417, 65). 15, 620 cornua (*sc. Cipi*) . . . auratis miram referentia formam postibus insculpunt (PAVLA Hier. epist. 46, 11). fast. 2, 793 vagina *ensis*. LIV. 9, 40, 16 scuta (10, 39, 12 picta atque aurata). 28, 27, 4 fornicibus signa aurata inposuit (37, 3, 7. 38, 35, 6. 39, 7, 9). 38, 35, 4 seiuges in Capitolio . . . positi. 38, 35, 5 clipea aurata (Φ *pauci*, aer- *B* Φ *pl.*). 40, 34, 5 statuam . . . auratam, quae prima omnium in Italia statua (statuta *Gronov. Madvig.*) aurata est (44, 6, 3. CARM. epigr. 417, 7 = CORP. V 5049 *saec. I* auratam *sc. statuam* faciunt. VAL. MAX. 2, 5, 1 [*cf.* NEPOT. 12, *ubi Kempfi coni.* inauratam *non necessaria*]. 8, 15 ext. 2 *opp.* statuam solido ex auro. CAPITOL. Max. Balb. 12, 4 TREB. trig. tyr. 32, 5. AMM. 19, 6, 12 *coni. Petschenig*, armatas *trad.* CORP. V 532 II 23 *a. 138—161.* V 4192, 8). SEN. Ag. 429 prora. Herc. f. 543 balteo (epist. 76, 14 TREB. Gall. 20, 3). Herc. O. 609 tenet auratum limen Erinys. Phaedr. 385 sedis auratae toro. Thy. 229 sceptra. benef. 2, 12, 1 socculum auratum, immo aureum (HIER. epist. 79, 7 socci). CVRT. 4, 7, 24 navigio. 8, 9, 26 columnas. PERS. 3, 40 laquearibus (AMBR. hex. 6, 8, 52 HIER. epist. 46, 10 PAVL. NOL. epist. 31, 6). PETRON. 119, 17 aula (*i. cavea*). PLIN. nat. 36, 69 fastigium addere *obelisco* auratum. 72 apici *obelisci* auratam pilam addidit (CLAVD. carm. min. 30, 144 *lusoria*). VAL. FL. 1, 273 auratis Argo . . . corymbis. 6, 57 dracones (*in scutis*). 8, 203 haeserat auratae genibus Medea Minervae (*sc. eius effigiei in Argus corymbo*). SIL. 1, 164 armis. 4, 324 aurato praefulgens murice *Hannibal*. 13, 122 pectine. 15, 256 torque (CARM. poet. min. V 81, 5, 4). HOMER. 587 galeam. 656 lances. STAT. Theb. 1, 521 lychnis. 6, 920

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

casside. IVV. 2, 96 reticulum. 6, 430 aurata (aut lata *superscr. p*) ... pelvis. 10,212 lacerna. SVET. Iul. 84 pro rostris aurata aedes ad simulacrum Veneris Genetricis collocata. Aug. 31 forulis. Claud. 21 metis (*in circo maximo*). Nero 30 rete. Dom. 7 duas circensibus gregum factiones aurati purpureique panni ad quattuor pristinas addidit. CORP. VI 1444, 6 (*aet. Traiani*) donato ... coronis muralib. II vallarib. II. classicis II auratis II. APVL. Socr. 23 p. 173 cingula. PAVL. dig. 34, 2, 32, 1 vasa. LAMPR. Heliog. 29, 1 gemmata vehicula et aurata. Alex. 37, 2 mantelia (*opp.* pura). TREB. Gall. 8, 6 hastae. 16, 4 purpuream tunicam auratamque virilem. trig. tyr. 16, 1 papiliones. VOPISC. Car. 20, 4 pallio. FIRM. err. 28, 5 dii lignei et aurati et inargentati. AVSON. 325, 49 auratis fulgentia cingula bullis. COD. Theod. 10, 21, 1 (*a. 369*) auratas ac sericas paragaudas. 2 (*a. 382*). 15, 7, 11 (*a. 393*) nulla mima ... textis utatur auratis. AMM. 28, 4, 18 flabella. HIER. epist. 38, 4 calceorum. 53, 5 in aurato synagogae templo (CLAVD. carm. min. 29, 24). 130, 14 gemmis aurata ... altaria. VVLG. II Macc. 5, 2 stolas (*διαχρύσους*). CLAVD. 1, 178 trabeas. 22, 175 figuris (*i. statuis*). 28, 376 caelata metallo classis (*sc. in simulacris*) ut auratum sulcaret remige fluctum. 28, 646 fascibus. rapt. Pros. 2, 35 aurato trahitur circumflua *Delos* ponto (*sc. in veste Dianae*). MART. CAP. 1, 36 chely. 2, 176 virga, cuius caput auratum. 6, 580 lunae orbes ac solis auratos (*in peplo*). 6, 588 caelicolarum auratam curiam. 9, 906 testudine. SIDON. epist. 1, 11, 3 quod (*poema*) ... apicibus (*i. litteris*) auratis ... tabula ... acciperet. carm. 15, 4 aurato micat aere caput *Palladis*. PAVL. PELL. 146 aurata instrueret nostrum sphera (*i. σφαῖρα, pila lusoria*) concita ludum. ENNOD. carm. 1, 4, 3 sprevit aurati decus omne pepli. VEN. FORT. vita Germ. 13, 44 missoria. CORP. XII 1904 (*Viennae*) tegulas aeneas auratas. INSCR. christ. Rossi II p. 269, 2 vers. 1 auratis ornantur prandia fulcris.

b *de hominibus vel bestiis auro ornatis eorumque corporum partibus*: PLAVT. Epid. 222 vestita, aurata, ornata ut lepide, ut concinne, ut nove! Men. 801 bene. Ov. ars 2, 299 auratast: ipso tibi sit pretiosior auro. LIV. 9, 40, 3 tunicae auratis militibus versicolores. 45, 38, 2 scandentis Capitolium, auratos purpuratosque (*sc. imperatores*). SEN. dial. 2, 18, 3 ipse (*Gaius*) perlucidus, crepidatus, auratus. ITALA apoc. 17, 4 mulier aurata (*κεχρυσωμένη*; VVLG. inaurata) auro et lapide pretioso. HIER. vita Pauli 17 illi pauperculo paradisus patet, vos auratos gehenna suscipiet. VERG. Aen. 12, 536 telum ... aurata (*i. aurata galea tecta*) ad tempora torquet. PROP. 3, 13, 57 auratos ... lacertos *Eriphylae*. Ov. am. 3, 13, 26 auratos (*i. loris auratis adstrictos*) ... pedes. fast. 2, 310 aurato (*sc. veste aurata insigni*) conspicienda *Omphale* sinu. IVV. 6, 123 nuda papillis prostitit auratis. PROP. 3, 12, 12 ferreus aurato ... cataphractus (*sc. Medi*) equo. SEN. epist. 41, 6 leo aurata iuba mittitur (*sc. in spectaculo*). STAT. Theb. 9, 686 auratis adverberat *equus* unguibus armos (CLAVD. rapt. Pros. 1, 18). CLAVD. 28, 577 dorso *equorum*. carm. min. 47, 10 armos *equi*. *speciatim: technice in sermone sacerdotali de hostiis*: VERG. Aen. 9, 624 statuam ante aras aurata fronte (*i. cornibus auratis*) iuvencum. VAL. FL. 3, 431 bidentes. CARM. epigr. 264, 2 (= CORP. VI 504, *a. 376*) bicornes. *cf.* ANTH. 14, 9 obtulerat ... se ... aurata fronte iuvencum (*sc. Iuppiter virginibus circa Europam*). LIV. 7, 37, 1 eum ... centum bubus eximioque uno albo opimo auratis cornibus donat (PLIN. nat. 33, 39 hostiae. VAL. FL. 1, 89 dabit auratis ... cornibus igni colla). LIV. 4, 16, 2 Minucius ... bove aurato ... est donatus. 25, 12, 13 Apollini *sacrum facere* bove aurato et capris duabus albis auratis, Latonae bove femina aurata (= MACR. sat. 1, 17, 29). ACT. Arv. Corp. VI a. 86, 1 Iovi o. ⟨m. bovem⟩ auratum, Iunoni reginae bovem ⟨au⟩ratam, Minerv⟨ae bovem⟩ auratam, Saluti publicae bovem a⟨ur⟩atam. 12 ⟨bove mari⟩ alb(o) aurat⟨o⟩. 16 bove femina alba aurat(a). 17. 47. a. 87. a. 38, a 7 bove aurato vovi esse futurum. 9 bove aurata esse futurum. 19 *sqq.* a. 27, 17. a. 50—54, 11. a. 91, I 14 *et saepius*. a. 87 Ian. 3, 51 bubus au⟨ratis II⟩. 53 (FLOR. epit. 4, 18, 3). a. 101, I 51 tauro aurato vovimus. 54. a. 224, 12 (SEN. Herc. O. 785 tauris). IVV. 6, 48 auratam Iunoni caede iuvencam. TERT. idol. 6 hanc saginatiorem et auratiorem et maiorem hostiam.

2 *poetice pro aureus (cuius vocis plerique casus dactylis non apti nisi per synizesin contracti, cf. aureus p. 1489, 3)*: **a** *ex auro, imprimis de rebus mythicis vel divinis*: CATVLL. 64, 5 auratam ... Colchis avertere pellem (MANIL. 5, 377). Ov. epist. 6, 2 auratae vellere dives ovis. MANIL. 1, 263 aurato ... Aries in vellere fulgens (2, 212 GERM. 532 CLAVD. 26, 23). GERM. 114 pecoris villis aurati. SEN. Med. 983 spolium ... Colchi pecudis auratae tenent (VAL. FL. 5, 490 exuvias. CARM. poet. min. V 117, 4). VERG. georg. 4, 371 gemina auratus taurino cornua voltu Eridanus (AVSON. Mos. 471 exeris *sc. corniger Mosella* auratam taurinae frontis honorem). VAL. FL. 5, 209 aurato ... iacet Inachus antro. SIL. 15, 425 aurata puerum (*sc. Ganymedem*) rapiebat ad aethera penna ... aquila. PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 175, 26 Iupiter ... pudicam mulierem fefellit auratus. FVLG. myth. 1, 19 Danae imbre aurato corrupta est (CLAVD. 24, 226 auratos Rhodiis imbres ... indulsisse Iovem). CLAVD. carm. min. 30, 170 Hippomenes ... aurato ... flexit Schoeneida pomo. MART. CAP. 8, 811 volitandi per mundum remigia (*i. alae*) crebrius aurata crispantur. *nota*: FVLG. aet. mund. p. 169, 23 aurata morte principem condemnatum (*sc. Crassum, cui Parthi aurum in os infuderunt*). **b** *auri splendorem, colorem habens, praesertim de siderum fulgore caelesti*: VERG. georg. 1, 217 candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus (*sc. sidus*). CARM. epigr. 963 (= CORP. VI 17130 *a. 12 a. Chr.*) aurato surrexit ... Lucifer astro. MANIL. 5, 235 astris. CARM. poet. min. V 58, 2, 2 Scorpion aurati submergunt cornua Tauri. AVIEN. Arat. 1049 auratam protendit Aquarius urnam. MART. CAP. 2, 98 (*in carm.*) auratis ... flagrans splendebat in armis, qui trahit ... Sirion. 2, 116 aurato fulget ... Phosphorus astro. CARM. epigr. 1389, 17 (= CORP. XII 2094 *Viennae a. 579*) Martius (*sc. mensis*) aurati redimitus siderae (*sic*) veris (*ver per enallagen dicitur auratum pro sidere veris aurato*). CVLEX 203 piger aurata procedit Vesper ab Oeta. Ov. hal. 106 aurata sparulus cervice refulgens. 114 ardens auratis muraena notis. LVCAN. 9, 728 aurato nitidi fulgore dracones. PETRON. 122 vers. 182 nitor Phoebi ... aurato praecinxit fulgure vultus *Caesaris*. PLIN. nat. 37, 172 Lysimachos *lapis* Rhodio marmori similis auratis venis. 37, 179 stellata *gemma* nunc sanguineis, nunc auratis guttis. STAT. Theb. 3, 411 auratae textum sublime coronae *Soli* deripiunt *Horae*. 5, 510 auratae crudelis gloria fronti (*i. crista serpentis*) prominet. 7, 661 pendentes ... sonant aurata lynce pharetrae. silv. 4, 2, 31 aurati ... putes laquearia caeli (*cf. p. 1520, 76*. INSCR. christ. Rossi II p. 152, 31 vers. 1 aspicis auratum caelesti culmine tectum astriferumque micans praeclaro [-re *trad.*] lumine fultum). CARM. poet. min. V 58, 7, 6 Iunius *mensis* auratis foliis iam pascua (pocula *R*) miscet. MART. CAP. 1, 13 caesariem (*cf. p. 1494, 19*). 1, 14 qui (*amnis*) hunc (*Solem*) sequebatur auratus ac fulgidus et flammis coruscantibus rutilans. 9, 912 (*in carm.*) Cynthia noctis honos lampade menstrua auratis rubuit praedita cornibus. SIDON. epist. 22, 73 auratum verrit coma concolor *Delii* axem. *nota lusum verborum amatorium*: CARM. epigr. 938, 1 (*Caesareae Mauret.*) pulveris aurati pluvia sit sparsa papyrus (*de χρυσογραφίᾳ cogitandum*), rescribet Danae (*sc. ob pluviam auream, cf. p. 1521, 78*) sollicitata 'veni'. **c** *i. q. aurifer*: LVCR. 6, 811 aurata metalla (metulla *codd.*). MANIL. 4, 672 aurati ... fluunt amnes. SEN. Herc. O. 625 aurato flumine clarum radiare Tagum (MART. CAP. 6, 628 licet eam [*Lusitaniam*] Tagus ... arenis inlustret auratis). STAT. silv. 3, 3, 62 Bacchus ... aurato reficit sua cornua limo *Hermi*. SOL. 40, 10 Pactolus, quem aurato fluore incitum aliter Chrysorrhoan vocant. **d** *transl. i. q. pulcher, egregius*: FVLG. myth. 1 praef. p. 15, 5 Platonis auratum eloquium. MART. CAP. 3, 226 protulit *Grammatica* limam ..., quae octo partibus auratis (*sc. orationis*) velut diversis nexionibus interstincta vibrabat. 5, 429 feminam (*sc. Rhetoricam*) auratae vocis (433 oris aurati venientis feminae *sc. Rhetoricae*).

iuxta ponuntur: eburatus, gemmatus, holoverus, inargentatus, laqueatus, ornatus, pictus, purpureus, sericus. *opponuntur*: albus, ater, aureus (solido ex auro), purus.

composita: deaurare, inaurare -atus, subaurare -atus.

derivata: auramentum, auraticius, auratilis, aurator, auratura. *subst.* aurata *v. s. v.* *Münscher.*

Auro *nom. mul.* CORP. XIII 822 (*Burdigalae*) d. m. e⟨t⟩ me⟨mo⟩ria⟨e⟩ Romulus et Victoriae Auro m⟨a⟩ter. *Otto.*

aurochalcinus, -a, -um *ab* aurochalcum. CORP. XIII 5261 (*in lamella aurea*) deo invicto typum aurochalcinum Solis. *Ihm.*

aurochalcum *v.* aurichalcum.

auroclāvus, -a, -um [*cf. c.* auro clavatus. *Th.*]. GLOSS. II 479, 7 *χρυσόσημον* auroclavum. ITIN. Silv. 25, 8 si vela vides, auroclava oloserica (oles- *cod.*) sunt, si cortinas vides, similiter auroclavae oloserica sunt. SCHOL. Iuv. 6, 482 auroclavas vestes miratur.

aurolentus *v.* aurulentus. [*Münscher.*

[**Aurona**]. VIB. SEQ. geogr. p. 156, 8 *mons* Maxteria iuxta oppidum Auronae Hispaniae.

Auronius *v.* Aurius.

Aurophitē, -ēs *nom. mul. myth.* HYG. fab. 97 p. 91, 22 Cycnus (Guneus *Bunte*) Ociti et Aurophites filius. *Diehl.*

aurōra, -ae *f.* [*cf. c. gr. ἠώς ἕως, aeol. αὔως, ind.* uṣáḥ '*aurora*', *theodisc.* ōstan, *anglosax.* ēast '*oriens*', *lituan.* auszti '*dilucescere*'. *Th.*]. VARRO ling. 7, 83 aurora dicitur ante solis ortum, ab eo quod ab igni solis tum aureo aer aurescit. PRISC. gramm. III 509, 28 ab aura ... dicitur aurora. proprie enim ipse ascensus solis, id est prima pars diei, aurora dicitur, in qua solet pulsu solis aer commotus auram facere. alii autem a splendore solis dictam putant. GRAMM. suppl. 241, 23 aurum dicitur ab aura id est a splendore: inde et aurora dicitur prima pars diei. ISID. orig. 5, 31, 14 est ... aurora diei clarescentis exordium et primus splendor aeris qui graece *ἠὼς* dicitur, quam nos per derivationem auroram vocamus, quasi eororam. *cf.* PAVL. FEST. p. 9 quidam ad similitudinem aurorae coloris nomen traxisse existimant *aurum*. *inde a* PLAVTO. *nota formam* Arora *in tegula Helvetica* INSCR. Helv. Mommsen 273 (CARM. epigr. 1786 p. 825). [*raet.* orur. *M.-L.*]

proprie: *praeter testimonia supra l. 66 sqq. allata cf. imprimis*: CHALC. comm. 71 ortus *dicitur* primus splendor solis invehentis diem. hunc poetae iubar et interdum auroram cognominant. SERV. Aen. 3, 587 'aurora' vel 'crepusculum matutinum' tempus quod ante solem est. GLOSS. matutinum tempus. matutinum tempus, diei initium vel nubes rube⟨n⟩s ante solem. nubes rosea ante solem

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

(*vel* ante mane). quae ante solem procedit (*cf.* Isid. orig. 5, 31, 13 quae solem praecedit). Gloss. ἠώς *passim*. II 27, 5 aurora ἠώς, ἡμέρα. III 290, 71 διάφανμα aurora (*cf.* 426, 4 διαφαινα). Plavt. Poen. 217 usque ab aurora ad hoc quod diei est [postquam aurora inluxit, numquam concessamus]. Pacvv. trag. 363 terra exhalat auram atque auroram umidam. Acc. trag. 493 ante auroram, radiorum ardentum indicem. 675 iamque auroram rutilare procul cerno (*cf.* Ps. Rvfin. in Ioel 2, 1 *sq.* rutilans aurora). Cic. Arat. frg. 6, 4 cum primum gelidos rores aurora remittit. Catvll. 64, 281 aurora exoriente vagi sub lumine solis (Amm. 31, 12, 10). Lvcr. 2, 144 primum aurora novo cum spargit lumine terras. 2, 578 nec nox ulla diem neque noctem aurora secuta est. 4, 538 perpetuus sermo nigrai noctis ad umbram aurorae perductus ab exoriente nitore. 4, 711 gallum noctem explaudentibus alis auroram clara consuetum voce vocare (*cf.* Ov. met. 11, 598). 5, 657 roseam Matuta per oras aetheris auroram differt et lumina pandit. Maecen. frg. Quint. inst. 9, 4, 28 sole et aurora rubent plurima. Verg. Aen. 3, 521 iamque rubescebat stellis aurora fugatis (*cf.* Cvlex 44. Ov. met. 2, 144 effulget tenebris aurora fugatis. 3, 600 aurora rubescere prima coeperat. 4, 81. 7, 100. 15, 665 Homer. 635). Ov. met. 3, 184 qui color infectis adversi solis ab ictu nubibus esse solet aut purpureae aurorae. 6, 48 ut solet aer purpureus fieri, cum primum aurora movetur (*cf.* 14, 228 Lvcan. 4, 734). fast. 3, 711 cum teneras aurora refecerit herbas. 4, 721 nox abiit oriturque aurora. epist. 18, 195 sub aurora, iam dormitante lucerna somnia quo cerni tempore vera solent. Liv. 1, 7, 6 ad primam auroram somno excitus (Plin. nat. 11, 30 prima aurora. *cf.* Ov. *supra l. 19.* Amm. *infra l. 32 sq.* Mythogr. 1, 139 ubi prima surgit aurora, dubia lux est). Manil. 1, 526 auroramque novis nascentem ostendere terris. Lvcan. 4, 734 sub aurorae primos . . . motus (*cf.* Stat. silv. 1, 6, 9). 8, 779 percusserat astra aurorae (-ra *VB*) praemissa dies. Stat. Theb. 3, 3 quam umentibus astris longus ad auroram superet labor. Amm. 19, 1, 2 cum primum aurora fulgeret. 20, 3, 1 a primo aurorae exortu adusque meridiem (27, 2, 5). 21, 12, 5 aurora iam surgente (Vvlg. Iob 3, 9 Mythogr. 1, 139 Sidon. epist. 2, 2, 14). Serv. Aen. 6, 535 ortus . . . diei habet auroram. Hymn. Ambr. I 7, 29. 30. Hier. in Ioel 2 p. 185 sicut . . . mane et diluculum subito tenebras fugat et cunctos montes aurora collustrat. Vvlg. gen. 32, 26 dimitte me, iam enim ascendit aurora (ὄρθρος. II Esdr. 4, 21 ab ascensu aurorae). II reg. 23, 4 lux aurorae, Iob 24, 17 si subito apparuerit aurora. 38, 12 numquid . . . ostendisti aurorae locum suum? psalm. 73, 16 tu fabricatus es auroram et solem (Ps. Rvfin. in psalm. 73, 16 sicut post auroram sol inardescit). *nota*: Vvlg. cant. 6, 9 quae progreditur quasi aurora consurgens (ὡσεὶ ὄρθρος). Exc. barb. chron. I p. 279 sub aurora occisus est Zacharias. Sidon. epist. 5, 17, 4 frigore . . . autumnalis aurorae. Inscr. christ. Rossi II p. 89 n. 42, 3 fontibus e niveis credas aurora (*sic in opere musivo*, ad astra *codd.*) subire correptas nubes roribus arva rigans. Virg. gramm. epist. 1 p. 112, 22 vespera est, cum lucis oriente aurora nox finiatur. Isid. diff. 1, 35 album *est* quod aurorae constat esse vicinum.

Aurora *personata, poetarum usus* (*frequens apud* Verg. Ov.): *v. Rapp, Roschers Lex. I 1 p. 1252 sqq. referri huc possunt etiam aliqua ex supra notatis; cf. praeterea* Aucena *et* Tithonius. Gloss. IV 431, 27 Aurora dea temporis matutini. Prisc. gramm. III 509, 25 Aurora . . . nomen . . . proprium *est*. potest tamen, quando pro die accipitur, loco appellativi accipi: quando enim deam significat, proprium est. Trag. inc. 215 (Fest. p. 197) sed iam se (de *Scaliger*) caelo cedens Aurora obstinet suum patrem. Laev. carm. frg. Gell. 19, 7, 6 rubentem Auroram 'pudoricolorem' appellavit *Laevius* et Memnonem 'nocticolorem'. Lvtat. epigr. Cic. nat. deor. 1, 79 v. 1 constiteram exorientem Auroram forte salutans, cum subito a laeva Roscius exoritur. Cic. carm. frg. 1 praevius Aurorae, solis noctisque satelles *sc. Hesperus* (Ov. epist. 17, 112 praevius Aurorae Lucifer ortus erat. *cf.* met. 11, 296 Stat. Theb. 12, 50). Cic. Arat. 65 umida non sese vestris Aurora querellis ocius ostendet, clari praenuntia Solis. Bibac. carm. frg. 8 interea Oceani linquens Aurora cubile. Verg. georg. 1, 447 (Aen. 4, 585. 9, 458) ubi pallida surget Tithoni croceum linquens Aurora cubile. Aen. 4, 129 (11, 1) Oceanum interea surgens Aurora reliquit (*cf.* Ov. fast. 1, 461 proxima prospiciet Tithono Aurora relicto. Stat. Theb. 2, 135. Anth. 579, 1 Aurora Oceanum croceo velamine fulgens liquerat. Avson. 446, 2 Oceano extulerat roseos Aurora iugales. 449, 2 liquerat in tepido Tithonum Aurora cubili. Coripp. Ioh. 6, 455. 7, 83). Verg. Aen. 1, 751 Aurorae . . . filius *i. Memnon* (*cf.* Gloss. IV 431, 28. V 543, 6 Ov. met. 13, 594 *sq.* am. 1, 13, 3. Manil. 1, 767 Auroraeque nigrum partum. Avien. orb. terr. 369. Dict. 4, 4 Memnon Tithoni atque Aurorae filius. Serv. Aen. 1, 489 Mythogr. 2, 194 Sidon. carm. 9, 21 Prisc. periheg. 237 Coripp. Ioh. 1, 187). Verg. Aen. 6, 535 roseis Aurora quadrigis iam medium aetherio cursu traiecerat axem (Serv. *ad h. l.*). 7, 26 Aurora in roseis fulgebat lutea bigis (Ov. met. 7, 703 lutea. Val. Fl. 2, 261 roseis Auroram surgere bigis vidit. Anth. 579, 1. 584, 1 Lact. Phoen. 35 Avson. 428, 2). Verg. Aen. 12, 77 crastina . . . Puniceis invecta rotis Aurora rubebit (Stat. Theb. 2, 698 crastina . . . aurora videbit. Ov. met. 3, 150 croceis invecta rotis Aurora. *cf.* am. 2, 4, 43 croceis Aurora capillis. Epiced. Drusi 281 croceis . . . equis). Aen. 3, 589 (4, 7). 4, 568. 10, 241. 11, 182 Aurora . . . almam extulerat lucem (*cf.* georg. 1, 249). georg. 4, 544 ubi nona suos Aurora ostenderit ortus (4, 552 *cf.* Aen. 5, 65. 105 Ov. fast. 2, 267 Sil. 17, 158 Stat. Theb. 3, 440. 12, 563). Lydia 72. Tib. 1, 3, 94 nobis Aurora nitentem Luciferum roseis candida portet equis. Eleg. in Maecen. I 119 Aurorae Tithonus . . . coniunx (122 *cf.* Prop. 2, 18, 7. Ov. epist. 15, 199 Phryx erat Aurorae coniunx. Arnob. nat. 4, 27 adamatum esse ab Aurora Tithonum. Prob. Verg. georg. 3, 46 Serv. georg. 3, 48 Aen. 1, 489 Schol. Stat. Theb. 2, 134. 5, 751 Hyg. fab. 270 p. 145 Mythogr. 1, 139. 2, 194). Prop. 3, 13, 16. Ov. met. 2, 113 vigil nitido patefecit ab ortu purpureas Aurora fores et plena rosarum atria. 4, 630 dum Lucifer ignes evocet Aurorae, currus Aurora diurnos. 5, 440 udis veniens Aurora capillis. 13, 621 Aurora . . . toto rorat in orbe. 7, 209. 721. 835. 13, 576 fast. 5, 733 epist. 4, 95 ars 1, 330. Epist. Sapph. 87 hunc ne pro Cephalo raperes, Aurora, timebam (Serv. Aen. 6, 445 amorem in se movit Aurorae *Cephalus*. Hyg. fab. 189 p. 120. 270 p. 145 astr. 2, 42 p. 80, 2). Epiced. Drusi 281 hunc Aurora diem . . . croceis roscida portet equis (Sil. 15, 440 tenuemque ut roscida misit lucem Aurora. Coripp. Ioh. 1, 243. 7, 83 Iust. 2, 1). Sen. Thy. 822 insueto novus hospitio Sol Auroram vidit occiduus. Herc. f. 883. apocol. 4 tenebris Aurora solutis induxit rubicunda diem. Octavia 2 vaga caelo sidera fulgens Aurora fugat. Val. Fl. 1, 283 septem Aurora vias totidemque peregerat umbras Luna polo. 4, 423. Sil. 3, 332 Aurorae lacrimis (*i. rore*) perfusus. 10, 525. 12, 575. 15, 251. 16, 135. 230. Stat. silv. 1, 2, 218 quam segnis votis Aurora mariti! Theb. 2, 135 Mygdoniis elata cubilibus alto impulerat caelo gelidas Aurora tenebras, rorantis excussa comas multumque sequenti Sole rubens. 2, 334 Ach. 1, 929. Apvl. met. 3, 1 punicantibus phaleris Aurora roseum quatiens lacertum caelum inequitabat (6, 11). Anth. 588, 1 praevia flammiferi currus Aurora rubebat. 589, 1 vix Aurora suo rubefecerat aethera curru. Avson. 361, 15 raperetne rosis Aurora ruborem. Serv. Aen. 1, 132 Astraeus . . . cum Aurora concubuit, unde nati sunt venti (Schol. Stat. Theb. 2, 4 Hyg. fab. praef. p. 11, 18 astr. 2, 25 p. 67, 22 Mythogr. 1, 183. 2, 51). Clavd. rapt. Pros. 2, 46 Aurorae *dux Sol.* carm. 8, 561 Aurorae nuntius Aethon (*cf.* Serv. Aen. 11, 89). 10, 270 Aurorae vincis digitos umerosque Dianae. 22, 473 Aurora comas *ornat equorum Solis.* carm. min. 53, 34 habenas Aurorae. Schol. Stat. Theb. 3, 35 ex Hyperione . . . natos . . . Solem et Lunam, pariter et Auroram (Hyg. fab. praef. p. 11, 15). 1, 345. 2, 137. 139. Mart. Cap. 2, 116 ambrosium promens Aurora pudorem. 2, 219 ni rosetis purpuraret culmina Aurora. 9, 902 Aurora exoriens roseis spectabit ocellis floris resecta praemia. Sidon. carm. 22, 49 cum solis radiis Aurora rubebat. *inde nonnumquam pro oriente vel populis orientis*: Verg. Aen. 7, 606 seu tendere ad Indos Auroramque sequi Parthosque reposcere signa (Serv. ingenti ambitu dixit ipsum ortum diei pro populis). 8, 686 victor ab Aurorae populis *Antonius* (Serv. victorem Orientis Antonium). 9, 110 ingens visus ab Aurora caelum transcurrere nimbus. Ov. met. 1, 61 Eurus ad auroram Nabataeaque regna recessit (*cf.* Pont. 4, 9, 3). Sen. Herc. O. 1521 sub Aurora positis Sabaeis, . . . sub occasu positis Hiberis. Val. Fl. 5, 559 Stat. Theb. 6, 279. Ivv. 10, 2 omnibus in terris, quae sunt a Gadibus usque Auroram et Gangen. Opt. Porf. carm. 14, 20 Indus et Aurorae miles. Avien. orb. terr. 1287 at flumen ad Indum Auroraeque latus Scytha miti proximus austro accolit. Clavd. 7, 69 gentesque remotas colligit Aurorae (18, 427). 21, 155 totam pater undique secum moverat Auroram. 28, 84 divitis Aurorae solium. 20, 527 tendit ad Italiam supplex Aurora (*tanquam patrona Asiae*). carm. min. 30, 116 sedibus Aurorae famulas properatur ad urbes. *cf.* carm. 5, 100. 8, 130. Sidon. carm. 2, 343 expetat Aurorae partes (*cf.* 2, 418). Prisc. periheg. 909 huius (*Euphratis*) ad auroram ripis devolvitur altis Tigris.

Aurōra, -ae *nom. mul. in titulis christianis*: Corp. XI 6289 (*Fano Fortunae, saec. IV*) hic iacet puver Taurinus ann(orum) XVII filius Aurorae de invictos sen(iores). V 5420 (*a. 463*) hic requiescit Aurora spectabilis *femina*.

aurōrēsco, -ere *ab* aurora. Ps. Arnob. confl. 1, 18 aurorescente die. Rvfin. recogn. 10, 53 cum iam auroresceret. *Ihm.*

? **Aurōriānus,** -a *cogn.* Corp. XIII 4218 (*in Germ. sup.*) M. Restionius Restitutus et M. Restitutius Auroria⟨nus⟩ et Restitutia Auro⟨riana⟩. *Otto.*

aurōro (-āre) *ab* aurora. Varro Men. 121 aurorat ostrinum hic indutus supparum, coronam ex auro et gemmis fulgentem gerit luce locum afficiens. *adde* Gloss. IV 312, 35 aurorans inluminans (*sic saepius*). V 270, 3 aurorans inluminans colore rutilo. Itala exod. 39, 6 (Monac.) auroraverunt *pro* auraverunt. *Ihm.*

1. aurōsus, -a, -um *ab* aurum. *formam vulgarem* aurusus *exhibet* Galen. alfab. 31. 44. 174. 180. 222. Gloss. II 27, 16 πλούσιος, πολύχρυσος. 413, 20 πολύχρυσος opimus, aurosus. 569, 7 dives auri. Papias: aurosum gilbum. **a** *i. q. aurifer*: Plin. nat. 33, 67 si et aurosa tellus subest. Lampr. Heliog. 31, 8 scobe auri porticum stravit et argenti . . ., ut fit hodie de aurosa arena. **b** *i. q. aureus, de colore*: Pallad. 1, 5, 1 ne aurosi pulveris lapidosa macies *sit gleba*. Veg. mulom. 3, 17, 1 si auroso colore fuerit *membrana pupillae*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

opposita, insanabilem scias (CHIRON 72 GALEN. alfab. 8). HERM. Pal. vis. 4, 1, 10 habebat ... bestia super caput colores quattuor: nigrum et igneum sive sanguineum et aurosum (*χρυσοῦν*; vulg.: aureum) et album. 4, 3, 4 aurosum (*τὸ δὲ χρυσοῦν μέρος*; vulg.: aurea autem pars) autem vos estis, qui evadetis seculum. PS. APVL. herb. 113, 4 omnem humorem aurosum per nares eiiciet *cucumeris succus. cf. ibid.* tit. PS. DIOSC. herb. fem. 2 florem aurosum profert (3 *ter.* 4. 19 *et saepius*). GALEN. alfab. 31 flus ⟨habet⟩ aurusum ⟨acorum⟩ (44 aurusum. 100 aurosum. 222 aurusum). 174 lapis fuligenus (*φλόγινος*) ... invenitur auruso vel flameneo colure. 180 misy ... similiter gliba est aurusa fulgens. EVSTATH. Bas. hex. 5, 9 p. 919^{C} puniceus quidem habetur in hoc flore *liquor*, purpureus autem vel candidus vel aurosus in alio. 7, 6 p. 943^{C} unde aurosam lanam maritimae nutriunt pinnae. PLIN. VAL. 2, 37 spumae argenti aurosae triginta septem *uncias*. *Münscher.*

2. aurōsus, -a, -um *ab* aura. ORIBAS. syn. 5, 37 iacere debent in locis aurosis (*ἐν τόποις εὐπνόοις*). *Hey.*

Aurrī, -ōrum *statio ut videtur Illyrici situs incerti.* COD. Iust. 6, 21, 14 (*a. 294*) s. V non. Mai. Aurris CC. conss.

Aurru *statio Africae in via Tacapis Leptim magnam.* ITIN. Anton. Aug. p. 76 (*v. l.* aurii, auri, aurum). *cf.* Aurusulianensis. *Diehl.*

aurufex *v.* aurifex.

aurūgineus (aurig-), -a, -um *ab* aurugo. CAEL. AVR. chron. 2, 11, 132 praecordiorum dolor cum colore aurigineo sequitur eos, qui ex iecore fluunt. GALEN. alfab. 8 *auripigmentum* sincerissimum ex aurogenio colure limpidissimo (*var.* auriguneo, aurigeneo, aurogeneo). 180 aurigenio colore (*var.* aurigineo, aurugineo).

aurūgino, -āre *ab* aurugo. TERT. anim. 17 qui redundantia fellis auruginant.

aurūginōsus (aurig-), -a, -um *ab* aurugo. *semper pro subst.*: GLOSS. auruginosus *ἰκτερικός* (*saepius*). IV 312, 56 auriginosus (V 591, 47 aurug-) arcuatus. III 601, 35 ictericus eruginosus quod est effusio fellis rufi vel meliti: vertitur in omnem corporis contrarietatem. 603, 31 omiomeris eruginosus (*cf.* 602, 2. 605, 23). 600, 15 eruginosus galzinia (*cf.* aurugo). MARCELL. med. 22, 13 auruginosis ex aquae mulsae cyathis duobus avellanae duplum dabitur. VINDIC. med. 37 p. 232 ictericum ... qui apud nos auriginosus seu arquatus vocatur, nam vulgo morbum regium vocant. PS. DIOSC. herb. fem. 18 ictericos sive auriginosos curat. PS. APVL. herb. 1, 32 ad ictericos id est morbo regio qui sunt auriginosi (aurug- *V*).

ausculto, -āvī, -ātum, -āre [*auris vocabulum continere videtur. alterum compositionis membrum minus perspicuum, fortasse cf. c.* cluere inclutus, *ut Graecis in usu fuit ὠτακουστεῖν. Th.*]. *deponens testatur* CHAR. gramm. I 293, 24 ausculto tibi et auscultor, *et fortasse* NOT. Tir. 27, 53. *exhibent* COLVM. 8, 5, 14 *et* GLOSS. II 27, 21 auscultatur *ἐπακροᾶται.* 305, 26 Plac. V 7, 9 (*G*). *verbum imprimis priscorum scaenicorum et sermonis vulgaris* (*v. Wölfflin, Philol. 34, 143*). *ex poetis habent*: PLAVT. *69ies*, ENN. PACVV. CAECIL. *singulis locis*, TER. *17ies*, AFRAN. *bis*, CATVLL. HOR. (sat.) *singulis locis. in oratione soluta*: CATO *ter*, VARRO *bis*, CIC. SEN. phil. COLVM. PLIN. nat. *singulis locis*, FRONTO *bis*, GRAN. LIC. *semel*, APVL. *11ies*. *scripturam* ausculto *praebet* FRONTO p. 192, 12 (*pr. m.*) *et* p. 237, 15 (*sec. m.*). *pronuntiationem* asculto *testatur* CAPER gramm. VII 108, 6 ausculta non asculta, *quae duxit secum scripturam* absculto *vel* obsculto: CORP. IV 2360 opsculta. COM. pall. inc. 74 (Varro ling. 6, 83) obsculto (*F*). ITALA Iob 9, 1 (Vat.) abscultes. COMMENT. Lucan. 6, 497 ascultet (*corr. ex* astultet). GREG. TVR. *semper* abscultare: Franc. 3, 6 p. 113. 4, 46 p. 181. 6, 40 p. 280. 7, 8 p. 295 dorm. 3. 7 (*v. Bonnet, Latin de Grég. de Tours p. 143*). BENED. reg. praef. obsculta *optimi* (*v. Traube, Textgesch. der Reg. S. Benedicti p. 606 sq. et 695*). GLOSS. IV 302, 16 (*v. Roensch, Coll. phil. 311*). V 169, 10. *ad constructionem quod attinet noverunt grammatici accusativum et dativum*: PRISC. gramm. III 281, 7 ausculto tibi et te. Attici *ἀκροῶμαί σοῦ καὶ σέ. cf.* 320, 7 *et* BEDA gramm. VII 262, 7. *tantum dat. placet* DIOM. gramm. I 313, 4 CHAR. gramm. I 293, 24 PRISC. gramm. III 370, 18 ARVS. gramm. VII 457, 1. *re vera conformatur structura ad notionem, ut verbum notione audiendi i. e. auribus percipiendi coniungatur cum accusativo rei vel personae, enuntiatione hypotactica et acc. c. infinitivo* (PLAVT. Pseud. 523[a], *versus ex dittographia conceptus.* APVL. met. 9, 3 HIER. hom. Orig. in Luc. 8); *notione aures advertendi, oboediendi cum dativo. etymologia*: VARRO ling. 6, 83 ab auribus verba videntur dicta audio et ausculto .... ab audiendo etiam auscultare declinatum, quod hi auscultare dicuntur, qui auditis parent. GLOSS. ausculto *ἀκούω.* auscultor *ἐπακροῶμαι, κατακροῶμαι.* auscultat *ἀκροᾶται, ὠτακουστεῖ,* auscultator *ἐπακροᾶται.* auscultat, advertit intente, advertit, intendit. ausculta, audi, animadverte. [*val.* ascultá, *it.* ascoltare, *francog.* écouter, *hisp.* escuchar. *M.-L.*]

1 *aures admovere ad aliquid audiendum, audire libenter vel data opera* (*videtur enim habere vim intensivam*): NON. p. 246 auscultare, audire. *absolute*: PLAVT. Amph. 1006 iam ille hic deludetur probe, siquidem vos voltis auscultando operam dare. Merc. 465 dico iam tibi :: auscultabitur. Mil. 80 mihi ad enarrandum hoc argumentum est comitas, si ad auscultandum vostra erit benignitas, qui autem auscultare (-bunt *codd. praet. B*[2]) nol[l]et, exsurgat foras, ut sit ubi sedeat ille, qui auscultare volt. Poen. 493. 495. Stich. 456 ausculto atque animum advorto sedulo. Trin. 780 perlubens. *cf.* 1041. Truc. 400 lubens. TER. Ad. 420 non hercle otiumst nunc mihi auscultandi. CATO or. frg. 40, 1 (Gell. 1, 15, 8) quod si non conveniatis, cum convocari iubet, ita cupidus orationis [est ut] conducat, qui auscult⟨n⟩t. POMPON. Atell. 12 atque auscultare disce, si nescis loqui. HOR. sat. 2, 7, 1 iamdudum ausculto et cupiens tibi dicere servus pauca reformido. SEN. epist. 33, 6 multum conferant rudibus adhuc et extrinsecus auscultantibus. VVLG. cant. 8, 13 amici auscultant (*προσέχοντες τῇ φωνῇ σου*). Is. 32, 3 aures audientium diligenter auscultabunt (*τὰ ὦτα ἀκούειν δώσουσι*). Ier. 8, 6 attendi et auscultavi (*ἐνωτίσασθε δὴ καὶ ἀκούσατε*). MART. CAP. 5, 464 taedium auscultantium. *sic praecipue in formulis imperativis*: PLAVT. Asin. 350 ausculta ergo, scies. 588 tacite (-ti*? v. Abraham, Fleckeis. Jahrb. Suppl. 14 p. 182*)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

auscultemus. 649 auscultate atque operam date et mea dicta devorate. Aul. 820 Capt. 338 Cas. 287. Merc. 568 prius hoc ausculta atque ades. Most. 484. 489 modo *cf.* 491. 1138. 1152. Persa 701 ergo, ut scias. Poen. 493. 495. Pseud. 1008 modo. TER. Andr. 536 paucis (*cf.* Ad. 806). 784 Ad. 113. 679 pater, obsecro, ausculta :: Aeschine, audivi omnia. Enn. 100. Phorm. 62 ergo. 996. Haut. 890 quin tu. PACIAN. epist. 3, 23 HIER. epist. 18, 15. 58, 9 audi ergo . . . ausculta paulisper. 108, 22 breviter. adv. Rufin. 2, 25 audi aemule et obtrectator, ausculta. hom. Orig. in Ier. 6 p. 778. VVLG. num. 23, 18 sta, Balac, et ausculta; audi, fili Sephor. *aliquem*: PLAVT. Aul. 496 ego hunc ausculto lubens. Poen. 841. Pseud. 523 te. AFRAN. com. 306 ne ego illos velitantis ausculto lubens. CATVLL. 67, 39 cui (*ianuae*) numquam . . . licet . . . populum auscultare. HIER. epist. 14, 6 dominum . . . dicentem. 124, 9[a] ecclesiasten. VVLG. Iob 34, 2 et eruditi auscultate me. SVLP. SEV. epist. app. 2, 7 p. 333 non detrahentem auscultes. SIDON. epist. 9, 3, 6 docentem te. IORD. Get. 13, 78 absque invidia vera dicentem ausculta. Rom. 5 apostolum. *aliquid*: PLAVT. Pseud. 427 homines qui gestant quique auscultant crimina. FRONTO p. 237, 15 N. summum artificem (*Arionem*) audire, cuius vocem praeterea nemo umquam post illa auscultaret (autsc- *sec. m.*). APVL. Socr. 16 p. 155 qui hanc Platonis divinam sententiam me interprete auscultatis. 18 p. 162 silentio . . . aut ingrata auguria Heleni aut incredita vaticinia Cassandrae. ITALA Iob 9, 1 (Reg. Vat.) peto, ut abscultes verba mea (VVLG. auscultes). AMBR. serm. 42, 3 vicissitudinem caelestium praemiorum. FVLG. myth. praef. p. 9, 20 barbarorum morem. VVLG. gen. 4, 23 sermonem (*ἀκούσατέ μου τῆς φωνῆς*). I reg. 15, 22 et auscultare magis quam offerre adipem (*ἀκοὴ ὑπὲρ θυσίου*). Iob 33, 1 sermones meos. 34, 16 vocem eloquii mei. 37, 14 haec. prov. 4, 20. Is. 42, 23 attendat et auscultet futura (*εἰσακούσατε εἰς τὰ ἐπερχόμενα*). PS. THOM. euang. 6, 1 Zacheus auscultabat omnia, quae loquebatur Iesus ad Ioseph. GREG. TVR. Franc. 3, 6 consilium. 4, 46 verba. PAVL. NOL. carm. 6, 212 dicta. CASSIAN. inst. 4, 39, 2 monita . . . sitiens ac libenter. BENED. reg. praef. obsculta . . . praecepta . . . et inclina aurem cordis tui. *cum enuntiatione hypotactica*: PLAVT. Amph. 300 ⟨ut⟩ hic auscultet quae loquar. Bacch. 983 lacrumans tacitus auscultabat quae ego loquebar. 1005 ausculta porro, dum hoc, quod scriptumst perlego. Cas. 133 concludere in fenestra⟨m⟩ firmiter, unde auscultare possis, quom ego illam ausculer (osc- *P*). Most. 99 argumenta dum dico ad hanc rem. Poen. 822 quid habeat sermonis. Stich. 197 quae loquitur auscultabo prius quam conloquar. Trin. 148 si quid dicas. Truc. 59[a] auscultat, observat, quam rem agam (quem pernam *codd.*). TER. Haut. 771 ausculta, quod superest fallaciae. COLVM. 8, 5, 14 auscultetur, si pipiant *pulli*. FRONTO p. 192, 12 N. sicut eos, qui . . . maximis laudibus ferunt, laetus ac libens audio, ita siquis quid remurmurat aut deprecatur, multo scrupulosius au[t]sculto. APVL. apol. 38 quae dicam. met. 1, 2 quid sermonis agitarent. AMBR. paenit. 24 quid illi . . . reponatur. HIER. epist. 18, 15 quid in alio loco dicat. 22, 9 qualibus eos epulis refici imperaverit. adv. Rufin. 3, 7 quid feceris. adv. Pelag. 2, 12 quod dicitur (*cf.* hom. Orig. in Ier. 6 p. 801 in Ezech. 7, 21 p. 249). in Dan. 11, 2 p. 702 audit ordinem rerum et ausculta quod quaeris. RVFIN. apol. 1, 19 quid faciunt. in Luc. 11. VVLG. gen. 23, 11 quod loquor. AVG. c. epist. fund. 12 p. 208, 23 quae fuerint ante constitutionem mundi. *cum accus. c. inf.*: [PLAVT. Pseud. 523[a] agedum, nam satis libenter te ausculto loqui (*dittographiam agnovit Bergk*)]. APVL. met. 9, 3 illos . . . ausculto de meis sic altercare fortunis. HIER. hom. Orig. in Luc. 8 eandem esse humilitatem. *in theatro, de spectaculis*: NON. p. 246 auscultare, videre, spectare (*v.* audio *p. 1281, 41*). AFRAN. com. 265 vidisti (videt *codd.*) ludos? :: hinc auscultavi procul. 2 *subauscultare, clam atque ex insidiis aliorum sermones excipere*: PLAVT. Bacch. 404 hinc auscultabo, quam rem agant (*cf.* Curc. 279). Merc. 477 omnia ego istaec auscultavi ab ostio, omnem rem scio. Truc. 95 ad fores auscultate atque adservate aedis. PLIN. nat. 35, 84 ipse (*Apelles*) post tabulam latens, vitia quae notarentur, auscultabat. ITALA Gal. 2, 4 (Mar. Victorin. in Gal. p. 1158[c]) qui subintraverunt auscultare (explorare VVLG. *κατασκοπῆσαι*). VVLG. Sirach 21, 27 stultitia hominis auscultare per ostium (*ἀκροᾶσθαι παρὰ θύραν*). 3 *alicui homini vel rei i. q. aures adhibere dictis alicuius, praecipienti aut monenti obtemperare, obsequi*: NON. p. 246 auscultare est obsequi. GLOSS. auscultem obtemperem. auscultare (-ri *G*) parere, obsequi, ob⟨o⟩edire: PLAVT. Asin. 65 omnes parentes . . . liberis suis, qui mi auscultabunt, facient obsequellam. Aul. 237 tu condicionem hanc accipe, ausculta mihi, atque eam desponde mi. Bacch. 855 filio. Cas. 204 tace sis, stulta, et mi ausculta. Cist. 771 tibi. Curc. 223 si recte facias . . . auscultes mihi atque . . . exturbes. Mil. 496. 805 nunc tu ausculta, Pleusicles :: tibi sum oboediens. Most. 586. 634. Persa 273 Paegnium, ausculta :: emere oportet, quem tibi oboedire velis. 574 Poen. 197. 309. 311. 1406 sorori. Pseud. 237 animo. 453. Rud. 515 dum tuis ausculto magnidicis mendaciis. 540. 694 Stich. 146. 602 Trin. 662. ENN. trag. 247 mi[hi] ausculta, nate: pueros cremari iube (*contra metrum*). PACVV. trag. 85 nam isti, qui linguam avium intellegunt, magis audiendum quam auscultandum censeo. CAECIL. com. 196 audire, ignoti quom (quod *codd.*) imperant, soleo, non auscultare. TER. Andr. 209 seni. 664 mihi deos satis scio

fuisse iratos, qui auscultaverim (*sc.* ei). Ad. 906. 935 Haut. 585. COM. pall. inc. 74 audio, ⟨h⟩aut ausculto (obsc- *F*). CATO agr. 5, 3 cui iussus siet, auscultet. or. frg. 40, 1 (Gell. 1, 15, 8) itaque auditis, non auscultatis, tamquam ⟨ph⟩armacopolam. CIC. S. Rosc. 104 mihi ausculta: vide, ne tibi desis. APVL. apol. 83 improbo ac nefario homini per alienas litteras falsum facere temptanti ne[c] auscultarent, sibi potius audirent. 94 Rufino ac similibus. met. 5, 25. 6, 17 mihi. 6, 31 meis . . . consiliis. 8, 31. ARNOB. nat. 2, 2 cui auscultare deberetis et credere (*cf.* 2, 11). ITIN. Alex. 29 quibus (*captivis*) auscultans fide dicti praevisa. 42 iussis. VVLG. act. 8, 10 cui auscultabant (*ᾧ προσεῖχον*) omnes a minimo. AVG. persev. 13, 32 illi absurditati. RVFIN. hist. 3, 39, 3 vera tradentibus. PS. RVFIN. in Os. 13, 1 profanus populus ariolorum vocibus libenter auscultat. MART. CAP. 5, 464 ut cui potius auscultandum sit, appareat. 8, 807 Prieniae . . . nihilum gravate sententiae. 9, 897 commentis. PASS. Fructuos. 2 noli verbis Fructuosi auscultare. *Sinko.*

ausculum *v.* osculum.

Ausculum, -ī *oppidum Apuliae tribu Papiria, hodie* Ascoli di Satriano. *cf. Corp. IX p. 62. in libris saepe cum nomine oppidi Piceni* Asculum *confunditur, sed dipthongum testantur nummi inscripti Avhνσκλι, Ανσκλι al.* FEST. p. 197 Osculana. CORP. IX 665 Auscul. *proelio inter Romanos et Pyrrhum a. u. c. 475 commisso oppidum clarissimum factum est*: FRONTIN. strat. 2, 3, 21 apud Asculum. FLOR. epit. 1, 18, 9 in Apulia deinde aput Asculum melius dimicatum est. DIONYS. ant. 20, 3 *περὶ πόλιν Ἄσκλον*. PLVT. Pyrrh. 21 *δύο περὶ Ἄσκλον μάχας*. ZONAR. 8, 5 *πρὸς Ἀσκούλῳ πόλει ὄντι* (*cf.* HOR. sat. 1, 5, 87). *adi. et incolarum nomen* **Ausculānus,** -a, -um *et* **Ausculīnus,** -a, -um. FEST. p. 197 Osculana pugna in proverbio, quo significabatur victos vincere. INSCR. numm. Osc. Conway n. 29 *ανσκλα-* (norum). LIB. col. I p. 210 ager Ausculinus, *in nummis Oscis ανhνσκλι, ανσκλιν*. CORP. IX 665 civit(atis) Auscul. APPIAN. b. c. 1, 52 *Ἀσκλαίων*. *lectio inc.* PLIN. nat. 3, 105.

Auscus, -a *cogn. barb. cf. Ausci.* CORP. II 2929 (= 5813) (*Tarracon.*) M. Porcius Ausci fi. III 5265 (*in Norico*) Ausco Muscionis f. 11715 Aus⟨ca?⟩ Adiutori viva fecit. 11720 Ausscu(s) Saturnini f. 10815 (*Pann. sup.*) Ausc⟨a⟩e f(iliae). VI 24081 Aur. Auscus sti(pendiorum) X: *eques singularis, igitur peregrinus.* XII 616 S⟩ecun(do) L. Ausc. f. 5686, 119 (*in vasculis*) Ausci (*sed v. Hirschf. adn.*: *estne* Fusci *? coll.* 5686, 373). XIII 10010, 254 Ausci. **Auscia,** -ae *nom. gent.* CORP. VI 18201 T. Flavio Secundo Auscia Secunda coniugi suo bene merenti fecit. XIV 2333 (*in agro Albano*) Auscia Arricina (*'vix recte descripta'*). *Jacobsohn.*

civitas **Ausdec** (*?*). CORP. III 14437[2] (*in Moes. infer.*) termin(i) pos(iti) t(erritorii) c(ivitatis) Ausdec( ) adver(sus) Dac(os). *Diehl.*

Ause. 1. *nom. uxoris Cham* LIB. geneal. chron. I 166, 14. 2. *v.* Osee. *Plenkers.*

Auseculānī, -ōrum *Hirpinorum populus.* PLIN. nat. 3, 105 Auseculani *codd. omnes praeter opt. Leidensem A et Paris. E, qui exhibent* Aeculani, *quam lectionem probat Mommsen, Corp. IX p. 62.*

Ausēlius, Ausēlia *v.* Aurelius. [*Diehl.*

Ausenius *v.* Ausius.

Auser, -is *fl. Etruriae, hodie* Seschio, *antiquis temporibus in Arnum apud Pisam, nunc in mare influit, cf. Hülsen, PW. II 2558.* PLIN. nat. 3, 50 colonia Luca . . . inter amnes Auserem et Arnum. CASSIOD. var. 5, 176 in fluminibus navigeris . . . id est in . . . Ausere (*codd.* Ansere). 5, 20, 3 (*codd.* Ausere, Auxere, Ansere). GLOSS. V 423, 23 Auser est proprium nomen fluminis. *nom.* Auseris: GREG. M. dial. 3, 9 Auseris fluvius . . . saepe inundatione factā cursus sui alveum egressus (*pars codd.* Ausaris). Ausur: RVT. NAM. 1, 566 *praebet* quam (*i.* Pisam) cingunt geminis Arnus et Ausur aquis. *gen.*: *Αἴσαρος*: STRAB. 5, 222 *δυεῖν δὲ ποταμῶν . . . Ἄρνου τε καὶ Αἴσαρος. confundi videtur cum* Aesare *Bruttiorum.* *Jacobsohn.*

fl. **Ausere** *Africae in Syrti minore.* TAB. Peut. 7, 2. 7, 1 Ausere fl. *cf.* RAVENN. p. 143, 6 Auceritim (-ti *cod. Basil.*) *statio.*

Auses *v.* Osee. **Ausētānī** *v.* 2. Auson.

Ausidēna, Ausidia *v.* Aufidena. **Ausidius** *v.* Ausius.

Ausilimdi *in via a Tacapis Leptim magnam.* ITIN. Ant. Aug. p. 74 (*v. l.* aux-, as-).

Ausimum, Ausimātēs *v.* Auximum. **Ausitis** *v.* Hus.

Ausivos *cogn. barb.* CORP. II 5817 (*in Conventu Cluniensi*) ⟨A⟩sinius Ausivos Rutili f. *Diehl.*

Ausius, -ī *nom. gent.* CORP. VI 160a (*fortasse a. 142*) M. Ausius Fiocus. **Ausenius,** -ī *nom. gent.* CORP. VIII 9252 (*in prov. Mauret. Caes.*) ⟨d.⟩ m. Ausenia O. illa vixit an. VI m. I. Auseni⟨us⟩ ingenuus fi⟨liae piis⟩simae. **Ausidius,** -ī *nom. gent.* CORP. X 1468 (*Herculanei, c. a. 35 p. Chr.*) L. Ausidio L. f. Hor. Montan. comiti C. Calvisi Salvini. XI 4786 (*Spoletii*) L. Ausidio Pr. ⟨. . .⟩ mil. coh. XI qui vix. annis XX m. X diebus VII L. Ausidius Comparatus pater. *Jacobsohn.*

auso, -āre *ab* audeo. GRAMM. suppl. 50, 24 *cod. Bern. B* (*om. cod. Bern. A*) neutralia . . . verba . . . : . . . resurgo, auso, ructo. *cf. Archiv 1 (1884) 246.* [*ital.* osare, *francog.* oser, *hisp.* osar *M.-L.*]. *Hey.*

Auso *v.* Auson. **Ausoba** *v.* Sodisinam.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ausocērētes *v.* Aucoceretes.

1. Ausōn, -is, *Αὔσων.* 1 *nom. myth. v. Ausones p. 1540, 23 sqq.* 2 *cogn. vir. ut videtur barb.* INSCR. Rhen. Bramb. 1428ª Primius Auso optio. *vide etiam* 2. Auson.

2. Auson, -is, *opp. Hispaniae Tarraconensis, nunc* Vic d'Osona, Vich, *de quo cf. Hübner, PW. II 2556 sub* Ausa, *2558 sub* Ausetani, *Holder, Altcelt. Sprachsch. I 297 sub* Ausa. CORP. II 6110 (*Tarracone, saec. II*) d. m. Pom(pei) Fal⟨isci?⟩ Ausone mercandi causa et ⟨.... XIII 6858 (*prope Mogontiacum*) T. Caecilius T. f. Gale(ria) [*huic tribui adscriptum erat oppidum, cf.* II 4619] Ausoni [*pro* Ausone, *alii veluti Bücheler* CARM. epigr. 373 *interpretati sunt* Ausoni(us)] mil. leg. IIII Mac. (centuria) Munati, anno(rum) XXXVII aer(um) XVII hic situs est. L. Sempronius Auso(ne) [*trad.* AVS·O, *alii habuerunt pro cogn. v.* 1. Auson] (centuria) Iuli Martialis exs testame⟨nto⟩ fecit. Ps. ISID. chron. II p. 382, 8 Ausona. *ethn. et adi.* **Ausētānus,** -a, -um. PTOL. 2, 6, 69 *Αὐθητανοί (-ᾶνοι, -άνοι) cum oppido Αὔσα.* CAES. civ. 1, 60, 2 Ausetani (LIV. 21, 23, 2. 29, 1, 25. 29, 2, 5. 29, 3, 3. 34, 20, 1). PLIN. nat. 3, 22 radice Pyrenaei Ausetani. 3, 23 Latinorum Ausetani. PROVINC. laterc. Veron. 14, 8 Ausitani. CORP. II 4537 (*Barcinone*) ex d. d. Ausetanor. 1181 (*Hispali*) praef. cohort. primae Ause⟨...⟩. LIV. 21, 61, 8 in Ausetanos ... procedit. 26, 17, 4 in Ausetanis is locus est. LIV. 29, 2, 2 per agrum Ausetanum (39, 56, 1). *adi.* **Ausonitānus,** -a, -um. CONC. Tarrac. a. 516 Mansi 8, 544ᴮ episcopus Ausonitanae civitatis. *alterum ethn. et adi.* **Ausonēnsis,** -e. CONC. Tolet. a. 589 Mansi 9, 1001ᴰ Aquilinus Ausonensis ecclesiae episcopus (Barcin. a. 599 *ibid.* p. 484ᴬ). a. 653 Mansi 10, 1222ᴮ Guericus Ausonensis episc. *cf.* CONC. Tolet. a. 633 Mansi 10, 641ᴰ Stephanus Ausensis ecclesiae episcopus. *Diehl.*

3. Ausōn *v.* Ausones *p. 1540, 23.*

Ausona *v.* Ausones *p. 1537, 76.*

Ausone *v.* 2. Auson. **Ausonēnsis** *v.* 2. Auson.

Ausonēs, -um *nomen vetus et graecum Auruncorum (q. v.), quo poetae omne Latium, res Romanas Italiamque appellabant; cf. Hülsen, PW. II 2561.* STEPH. BYZ. *Νῶλα, πόλις Αὐσόνων. Ἑκαταῖος Εὐρώπῃ.* DIONYS. ant. 1, 22, 3 *Hellanicus δύο ... ποιεῖ στόλους Ἰταλικοὺς διαβάντας εἰς Σικελίαν· τὸν μὲν πρότερον..., τὸν δὲ μετὰ τοῦτον ἔτει πέμπτῳ γενόμενον Αὐσόνων Ἰάπυγας φευγόντων.* STRAB. 5, 242 *Ἀντίοχος μὲν οὖν φησι τὴν χώραν ταύτην Ὀπικοὺς οἰκῆσαι, τούτους δὲ καὶ Αὔσονας καλεῖσθαι. Πολύβιος δ' ἐμφαίνει δύο ἔθνη νομίζων ταῦτα· Ὀπικοὺς γάρ φησι καὶ Αὔσονας οἰκεῖν τὴν χώραν ταύτην περὶ τὸν κρατῆρα. ἄλλοι δὲ λέγουσιν οἰκούντων Ὀπικῶν πρότερον καὶ Αὐσόνων· οἱ δ' ἐκείνους κατασχεῖν ὕστερον Ὄσκων τι ἔθνος, τούτους δ' ὑπὸ Κυμαίων, ἐκείνους δ' ὑπὸ Τυρρηνῶν ἐκπεσεῖν.* ARISTOT. pol. 4, 1329 b *ᾤκουν δὲ τὸ μὲν πρὸς τὴν Τυρρηνίαν Ὀπικοὶ καὶ πρότερον καὶ νῦν καλούμενοι τὴν ἐπωνυμίαν Αὔσονες.* STRAB. 6, 255 *πόλις ... τῆς Βρεττίας Τεμέση ... Αὐσόνων κτίσμα.* DIODOR. 5, 7. CASS. DIO frg. 2, 1 *Αὔσονες γὰρ κυρίως ... οἱ Αὐροῦγκοι λέγονται μέσον Καμπανῶν καὶ Οὐόλσκων κείμενοι. ἔνιοι δὲ καὶ μέχρι Λατίου Αὐσονίαν ἐνόμισαν εἶναι, ὥστε ἐκ τούτου τινὲς καὶ πᾶσαν τὴν Ἰταλίαν φασίν. cf.* Ausonia. STEPH. BYZ. *Αὔσων, ὁ Ἰταλός. ... Λυκόφρων* (922) *'κτείνουσιν αὐτὸν Αὔσονες Πελλήνιοι'. καὶ Αὐσονίς τὸ θηλυκόν* (APPIAN. civ. 5, 57. 59 *ἡ Αὐσονίς (γῆ)*), *καὶ Αὐσόνιος καὶ Αὐσονία ἡ χώρα, ἀφ' οὗ Αὐσονιεύς· καὶ Αὐσόνειος, Λυκόφρων* (1047) *'ὁ δ' Αὐσονείων ἄγχι Κάλχαντος τόπων'. καὶ Αὐσονίτης, ὁ αὐτός* (593) *'παρ' Αὐσονίτην Φύλαμον δομήσεται'. καὶ Αὐσονῖτις θηλυκόν, ὁ αὐτός* (44) *'ὁ τῆς θαλάττης Αὐσονίτιδος μυχούς'. καὶ Αὐσόνιος κτητικόν. v. etiam graeca Αὐσονικός et Αὐσονοκράτωρ, Αὐσονάναξ, Αὐσονάρχης.* LIV. 8, 16, 1 (*a. u. c. 418*) Ausonum ... gens Cales urbem incolebat; Sidicinis finitimis arma coniunxerat. 8, 16, 10 capti cum urbe Ausones sunt. 9, 25, 1 in agros atque urbes Ausonum. 9, 25, 3 Ausonum gens proditione urbium, sicut Sora, in potestatem venit. 9, 25, 9 (*a. u. c. 440*) deletaque Ausonum gens ... perinde ac si internecivo bello certasset. PLIN. nat. 3, 56 Latium antiquum a Tiberi Cerceios .... colonis saepe mutatis tenuere alii aliis temporibus, Aborigines, Pelasgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli, et ultra Cerceios Volsci, Osci Ausones, unde nomen Lati processit ad Lirim amnem. 3, 95 (*v.* Ausonium mare, *infra p. 1539, 12*). SERV. Aen. 7, 727 Aurunci: isti graece Ausones nominantur. 8, 328 convenae *sunt* de diversis *locis venientes*, ut Ausones (Ausonii *Hamburgens.*) et Sicani. (auct.:) quamvis quidam Ausones cognominatos ab Ausone, Vlixis et Circes filio, dicant. 11, 253 antiqui Ausonii: quia, qui primi Italiam tenuerunt, Ausones dicti sunt. auct. georg. 2, 168 Volscosque verutos: hi sunt autem qui olim Ausones dicebantur. STAT. silv. 4, 5, 37 Ausonum portus (*i. Italiae*). *adi.* FVLG. Virg. cont. p. 85 *de Vergilio*: Ausonum vatum clarissime. AVIEN. Arat. 102 Ausone easdem (*ἄρκτους*) voce feras ursasque et plaustra vocare solemus. **Ausona** *Ausonum urbs, quam Mommsen Corp. X p. 465 ipsam esse Suessam iudicavit.* LIV. 9, 25, 4 Ausona et Minturnae et Vescia urbes erant *Ausonum.* *adi.* **Ausonius,** *ex graeco Αὐσόνιος, ante Martianum Capellam a solis poetis usurpatum, nisi quod Plinius et qui eum secuti sunt* Ausonium mare *dixerunt.* GLOSS. Ausonium Italicum. Auxinium Romanum vel Latinum. VERG. Aen. 8, 328 tum manus Ausonia et gentes venere Sicanae, saepius et nomen posuit Saturnia tellus. *cf.* SERV. (*supra p. 1537, 68*). 3, 171 Corythum terrasque requirat Ausonias. 3, 378 Ausonio ... portu (9, 98). 4, 236 nec prolem Ausoniam et Lavinia respicit arva. 4, 349 Ausonia Teucros considere terra (6, 807). 5, 83 Ausonium Thybrim. 6, 346 finis ... Ausonios. 7, 39 Ausoniis ... oris (7, 198). 7, 105 urbes Ausonias. 7, 537. 7, 547 sanguine (12, 838). 9, 636 acies urbemque. 10, 268 Rutulo regi ducibusque ... Ausoniis (12, 183). 11, 41 cuspidis Ausoniae. georg. 2, 385 Ausonii, Troia gens missa, coloni. HOR. carm. 4, 4, 56 gens, quae cremato fortis ab Ilio ... sacra natosque maturosque patres pertulit Ausonias ad urbes. PROP. 1, 20, 12 Ausoniis ... Adryasin. 2, 33, 4 matronis ... Ausoniis. 3, 4, 5 Ausoniis ... virgis. 3, 22, 30. 4, 4, 43 Ausoniis ... puellis. OV. fast. 1, 55 vindicat Ausonias Iunonis cura kalendas. 1, 542 neque alter montibus Ausoniis Arcade maior erat. 1, 619 prius Ausonias matres carpenta vehebant. 4, 266. 5, 588. 5, 658. 6, 504 Maenadas Ausonias. met. 5, 350 Ausonio ... Peloro. 13, 708 Ausonios ... portus. 14, 7 Ausoniae Siculaeque ... confinia terrae. 14, 77 hunc (*Scyllae scopulum*) ubi Troianae remis avidamque Charybdim evicere rates, cum iam prope litus adessent Ausonium. 14, 320 Picus in Ausoniis ... terris rex fuit. 14, 772. 14, 786 naides Ausoniae. 15, 647 gentis ... Ausoniae. 15, 693. trist. 1, 2, 92 Ausonios fines cur mea vela volunt? noluit hoc Caesar. 2, 23 Ausonias ... matresque nurusque (EPICED. Drusi 204). 2, 171 Ausoniumque ducem (*Tiberium*). 2, 199 haec est Ausonio sub iure novissima vixque haeret in imperii margine terra tui. 4, 10, 50 *Horatius* fecit Ausonia carmina culta lyra. 5, 2, 48 Ausoniae ... gentis. 5, 7, 61 Ausoniae ... linguae. pont. 1, 2, 84 Ausonii militis. 2, 2, 72 promovet Ausonium *Tiberius* imperium. 3, 2, 101 Ausonia ... in urbe (*Romae*) (4, 8, 86 LVCAN. 7, 33 STAT. silv. 4, 8, 20 MART. epigr. 4, 5). 4, 14, 18. SEN. Herc. f. 376 ante ... Scylla Siculum iunget Ausonio latus (*cf. infra p. 1538, 41. 53*). LVCAN. 1, 11 tropaeis. 1, 216 *Rubicon* Gallica certus limes ab Ausoniis disterminat arva colonis. 5, 378 subdita Sipus montibus, Ausoniam qua torquens frugifer oram ... Garganus .... 5, 388 secures. LAVS Pis. 230. 242 carmina Romanis etiam resonantia chordis Ausoniamque chelyn gracilis ... Horati. VAL. FL. 7, 232 Ausonii ... Pici. SIL. (*qui adamavit hoc adiect.*) 1, 51 Cannas ... campumque cruore Ausonio mersum ... Iapyga. 1, 332 Ausonia ... Sagunto. 2, 10 Publicola ... Ausonios atavo ducebat consule fastus (*i.* fastos). 2, 47. 4, 46 *Galli* Ausonium invasere latus. 4, 243 Ausonius ... ductor. 4, 445. 4, 530. 4, 609 domitare quod ensis non queat Ausonius Tyrrhenave permeet hasta. 4, 787 Ausonios ferro populare penates. 4, 813 ab Ausonio ... Quirino. 7, 227 nominis Ausonii (10, 552). 15, 165 iamque agiles, Tyrrhena sonant qua caerula, puppes Ausonium evasere latus (*cf. supra p. 1538, 28. 53*) Ligurumque citatis litora tramittunt proris. 15, 290 bellum Ausonium. 15, 344 collis Agenoreum dirimebat ab aggere vallum Ausonio. 16, 213 quanta per Ausonios populos ... tempestas ruat et Latio suprema minetur. 17, 263 Ausoniam tellurem. 17, 404 Ausonia ... sede. 17, 1 Ausoniis ... terris. *al.* STAT. silv. 1, 2, 76 Ausoniis ... matribus. 1, 2, 175 praesidis Ausonii (*imperatoris*). 1, 4, 24 Ausoniae ... togae. 2, 1, 195 Ausonios inter proceres. 3, 2, 120. 3, 3, 105 quid Ausoniae scriptum crepet igne Monetae. 3, 3, 116. 3, 4, 18 Iuppiter Ausonius (*imperator*). 3, 4, 32 Ausonias (*urbis Romae*) ... arces. 4, 4, 52 ubi Ausonio se condidit hospita portu Parthenope (4, 8, 46. 5, 3, 168 Ausonii ... laris [*Apollinis*] hospita Cyme). 4, 4, 61. 4, 4, 96 Ausonii ... ducis (*Domitiani*). 5, 2, 174. Theb. 12, 272 Ausonium Siculumque latus (*cf. supra p. 1538, 28. 41*). MART. 6, 60, 4 Ausonium ... imperium. 7, 6, 2 Ausonias ... vias. 8, 21, 10 Ausonium ... ducem (*imperatorem*). 8, 55, 5 in Ausonia (*urbis Romae*) harena (14, 53). 9, 8, 6 Ausonius ... pater (*imperator*). 9, 36, 1 Ausonium (*imperatoris*) ministrum. 9, 72, 2. 9, 82, 2 Ausonio ... ore. 9, 101, 2 Ausoniae ... viae (*Appiae*). 10, 73, 2 Ausoniae ... togae. 10, 26, 2 Ausonio ... Quirino. 12, 6, 1 Ausoniae ... aulae (*imperatoriae*). 12, 61, 9 Ausonio (*Romano*) ... macello. 13, 65, 1 Ausoniis (*Romanis*) ... mensis. OPT. PORF. schol. carm. 7, 1 (*de imperatore*) Ausonium columen, lux alma et gloria Romae. ANTH. 419, 1 Ausoniis numquam tellus violata triumphis (*Britannia*). AVIEN. orb. terr. 631 Ausoniam se pandit in oram tellus Trinacria. ad Flav. (anth. 876) Ausonias ... ad oras. AVSON. 147, 10 Ausoniis ... consulibus. 334, 451 fascibus Ausoniis. 291, 9 Ausonio ... Marte. 348, 16 Ausonium si pe scribas, ero Cecropium P. PRVD. apoth. 380 Hebraeus ... stilus, Attica copia, ... Ausoniae facundia ... linguae. c. Symm. 2, 19 Ausoniae vir facundissime linguae. 2, 1115 Ausonii dux augustissime regni. PAVL. NOL. carm. 32, 73 *Ianus* navigio Ausonias advenit ad oras. SERV. auct. Aen. 12, 836 nihil est enim sermo patrius Ausoniusque nisi avitus. CLAVD. 1, 129 arces Ausonias (*de Roma*). 5, 82 Ausonios currus et iura. 8, 566 Ausonio ... succinctus amictu (*i. consulari*). 24, 186. 26, 386 cum ferus Ausonias perfringeret Hannibal arces. 28, 273. 203 rebus Ausoniis. RVFIN. gramm. VI 565, 13 rhetoras Ausonios et Graios dactylus armat. 566, 15 Ausonius orator Tullius ingens. SVLPICIA sat. 19 an reliquas terras conservat *Iuppiter* amicus et urbes, sed genus Ausonium Romulique exturbat alumnos? MART. CAP. 4, 335 Marci Terentii prima me (*Dialecticam*) in Latinam vocem pellexit industria ac fandi possibilitatem per scholas Ausonias comparavit. SIDON. carm. 2, 227 robus ... Ausonium. 2, 443. ENNOD. carm. 1, 9, 46 in arvis Ausoniis. PRISC. Anast. 310 Ausoniis regnis *Anastasii*. CASSIOD. var. 1, 45, 4 (*ad Boethium*) translationibus enim tuis Pythagoras musicus, Ptolemaeus astronomus leguntur Itali,

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Nicomachus arithmeticus, geometricus Euclides audiuntur Ausonii, Plato theologus, Aristoteles logicus Quirinali voce disceptant, mechanicum etiam Archimedem Latialem Siculis reddidisti. CARM. epigr. 871 Ausonia in terra. CASS. DIO 77, 23, 4 *ὁ Αὐσόνιος θήρ, ὡς τὸ ἀκροτελεύτιον τοῦ περὶ αὐτοῦ χρησμοῦ τοῦτον (Caracallam) ὠνόμασεν. cf.* 77, 16, 8. Ausonium mare *nomen graecum maris Siculi, τὸ Αὐσόνιον πέλαγος, cf. Hülsen, PW. II 2561, et Höfer ibid.* STRAB. 2, 123 *τὸ Αὐσόνιον μὲν πάλαι νῦν δὲ καλούμενον Σικελικόν (πέλαγος).* 5, 233 *τῶν δ' Αὐσόνων οὐδ' ἅπαξ οἰκησάντων ἐπὶ τῇ Σικελικῇ θαλάττῃ, τὸ πέλαγος ὅμως Αὐσόνιον καλεῖται. v. etiam supra p. 1537, 56.* PLIN. nat. 3, 75 ultra Siciliam quod *mare* est ad Sallentinos, Ausonium Polybius appellat. 3, 95 a Locris Italiae frons incipit Magna Graecia appellata, in tris sinus recedens Ausonii maris, quoniam Ausones tenuere primi (MART. CAP. 6, 649). 3, 151 insulae in Ausonio mari .... 14, 69 et longinquiora Italiae *vina* sub Ausonio mari non carent gloria. SOL. 23, 16 a gentibus *dictum mare* Ausonium Dalmaticum Ligusticum Tuscum. *alii mare Tuscum sic appellaverunt, cf.* DIONYS. ant. 1, 11 *κόλπον τὸν ἀπὸ τῶν ἑσπερίων μερῶν παρὰ τὴν Ἰταλίαν ἀναχεόμενον, ὃς τότε μὲν Αὐσόνιος ἐπὶ τῶν προσοικούντων Αὐσόνων ἐλέγετο, ἐπεὶ δὲ Τυρρηνοὶ θαλασσοκράτορες ἐγένοντο, μετέλαβεν ἣν ἔχει νῦν προσηγορίαν.* VERG. Aen. 3, 385 et Trinacria lentandus remus in unda et salis Ausonii lustrandum navibus aequor. SEN. Med. 408 Scylla ... Charybdis Ausonium mare Siculumque sorbens. 355 cum Ausonium dirae pestes (*Sirenes*) voce canora mare mulcerent. LVCAN. 9, 43 neque enim aequore tantum Ausonio monimenta tenes (*Palinure*). *de Adriatico mari*: AVIEN. Arat. 782 pars aequoris esse credidit Ausonii (*flumen quod inter astra fluit et Eridanus esse dicebatur*). Ausonii: VERG. Aen. 7, 233 Troiam Ausonios gremio excepisse. 10, 105. 11, 253 (*verba Diomedis ad Latinos*) Saturnia regna, antiqui Ausonii. 12, 447. 12, 834 sermonem Ausonii patrium moresque tenebunt, utque est, nomen erit. 12, 937. SERV. auct. Aen. 12, 836 cum Ausonii antiqui Italiae populi fuisse referantur. SIL. 3, 119. 7, 529 Ausonius (*i. dux Romanus*). 8, 300 Ausonium (*gen. plur.*; Ausoniam *codd., cf. infra p. 1539, 62*) te proelia dira *manent*. 9, 179. 14, 358 Ausonius (*i. Marcellus*). 15, 720 addere tergo hastas Ausonius. STAT. silv. 5, 3, 293 *al.* TER. MAVR. 247 (*ionici*) nihil Ausoniis esse opus y sonare dixi. Ausonia (*terra*): DIONYS. ant. 1, 35. CASS. DIO frg. 2, 1 *Αὐσονία ... κυρίως ἡ τῶν Αὐρούγκων γῆ μόνη λέγεται, μέσον Καμπανῶν καὶ Οὐόλσκων παρὰ θάλασσαν κειμένη. συχνοὶ δὲ καὶ μέχρι τοῦ Λατίου Αὐσονίαν εἶναι ἐνόμισαν, ὥστε καὶ πᾶσαν τὴν Ἰταλίαν ἀπ' αὐτῆς ....* APPIAN. civ. 5, 56 *τῆς δὲ Ἰταλίας Σιποῦντα μὲν τῆς Αὐσονίας οἱ Ἀντωνίου κατέλαβον.* LYD. mens. 1, 12 *ἐξ οὗ (Αὔσονος) καὶ Αὐσονία ἡ ἑσπέριος ἐκλήθη.* APOLL. RHOD. 4, 658 *Αὐσονίης ἀκτὰς Τυρσηνίδας.* GLOSS. Ausonia Italia *dicta*. VERG. Aen. 3, 477 (*verba Heleni vatis ad Anchisen*) ecce tibi Ausoniae tellus; hanc arripe velis. et tamen hanc pelago praeterlabare necesse est; Ausoniae pars illa procul, quam pandit Apollo. 3, 496. 7, 55 multi illam (*Latini filiam*) magno e Latio totaque petebant Ausonia. 7, 623 ardet inexcita Ausonia atque immobilis ante (*i. Ausonii*). 9, 134 tetigere quoa arva fertilis Ausoniae Troes. 10, 54 Karthago premat Ausoniam. 10, 355 certatur limite in ipso Ausoniae (Ausonio *M*). 11, 58 quantum praesidium Ausonia ... perdis. OV. fast. 4, 290. trist. 1, 3, 6 me discedere Caesar finibus extremae iusserat Ausoniae. 2, 575 non, ut in Ausoniam redeam, *oro*. 5, 5, 40. PAVL. FEST. p. 18 Ausoniam appellavit Auson, Vlixis et Calypsus filius, eam primum partem Italiae, in qua sunt urbes Beneventum et Cales; deinde paulatim tota quoque Italia, quae Appennino finitur, dicta est ab eodem duce, a quo urbem etiam conditam Auruncam ferunt. LVCAN. 5, 497 Epirum Caesarque tenet totusque senatus, Ausoniam tu solus habes. 6, 319. 7, 436. 8, 845. VAL. FL. 7, 86. SIL. (*peramans huius nominis*) 1, 302. 2, 272 Ausoniae (-a *Col.*, -om *Sang., cf. supra p. 1539, 34*). 3, 511 hic labor Ausoniam et dabit hic in vincula Thybrim. 4, 11. 4, 220 lectum divitis Ausoniae iuvenem, Marsosque Coramque Laurentumque decus iaculatoremque Sabellum .... 6, 104 extremas Italum res Ausoniamque ruentem. 6, 390 obvia captivo cunctis simul urbibus ibat Ausonia. 6, 596. 7, 3 aegram vulnere praeceps Ausoniam armabat. 8, 407 Ausoniae populis. 11, 39. 14, 11 Ausoniae pars magna iacet Trinacria tellus ... caeruleo propulsa tridente. 16, 23 nec vero Ausoniā tantum se laetus agebat Dardanidis Mavors; iam terra cedit Hibera ... Phoenix. *al.* STAT. silv. 3, 2, 20 Ausoniae ... armipotentis. Theb. 8, 409 fragor Ausoniae ... cum Iuppiter omni arce tonat. OPT. PORF. carm. 10, 13 o decus Ausoniae *Auguste* (15, 10). 11, 6 Ausoniae ... iura. AVIEN. orb. terr. 476 unus Hiberos limes habet, limes tenet alter denique Graios, Ausoniae medius protendit latius arva 484 mediam secat Appenninus Ausoniam. 531 tot populi Ausoniam circumdant moenibus altis, Italiam cogunt tot diti caespite gentes. AMM. 22, 8, 3 ad Ausoniam veterem ... properavit Aeneas. SERV. auct. Aen. 3, 171 *Ausonia* primo pars, postea omnis Italia nominata. 8, 328 Italia plura nomina habuit, dicta est enim Hesperia, Ausonia, Saturnia, Italia. Aen. 3, 477 Ausoniae: Italiae. PAVL. NOL. carm. 10, 250. CLAVD. 26, 291. ENNOD. opusc. 1, 26 p. 268. FVLG. Virg. cont. p. 104 Ausonia enim apo tu ausenin, id est cremento. PRISC. periheg. 102 ad dextram partem protenditur Illyris alma, post hanc Dalmatiae populorum Martia tellus. at laevam Ausoniae porrectus continet Isthmos .... 361 Locri celeres, qui tempore prisco istuc ... venere ..., Ausoniamque tenent, qua currit flumen Halecis. 377. 483. CARM. epigr. 1376, 11 (*saec. VI*) Ausoniae populis. *cf.* Auson *quod sequitur*. *adi. fem.* **Ausonis,** *ex graeco Αὐσονίς, cf. supra p. 1537, 51.* OV. fast. 2, 94 nomen Arionium Siculas impleverat undas, captaque erat lyricis Ausonis ora sonis. SIL. 9, 188 pater ipse superbus aquarum Ausonidum (Ausonium *codd.*) Eridanus. AVIEN. orb. terr. 115 (*de Italia*) Ausonis haec regio est. 308 Ausonis ... dextera, Ausonis ... gens. 482 ... medio se limite gleba Ausonis effundit; mediam secat Appenninus Ausoniam. CLAVD. 26, 627 Ausonidum ... matrum Romanasque ... famulas. *subst.* SIL. 7, 80 turba Ausonidum. **Aŭsonidae,** -um. VERG. Aen. 10, 536 Camertem magnanimo Volcente satum, ditissimus agri qui fuit Ausonidum et tacitis regnavit Amyclis. 11, 297 variusque per ora cucurrit Ausonidum turbata fremor. PRISC. gramm. II 293 Dardanidum pro Dardanidarum Vergilius ... idem in XI ... Ausonidum turbata fremor. 12, 121 legio Ausonidum. LVCAN. 9, 999 moenia reddent Ausonidae Phrygibus. SIL. 13, 348 legio Ausonidum. OPT. PORF. carm. 7, 2 magne Ausonidum (Ausonium *B*) ductor (*imperator*). 16, 38 o lux Ausonidum (*imperator*). AVIEN. orb. terr. 147 Ausonidum (*incolarum Italiae*). PRISC. periheg. 338 tellus Ausonidarum, limite quam recto mediam secat Appenninus (*ex* AVIEN. orb. terr. 483).

Ausōn (*Αὔσων*) *Vlixis ex Calypso vel Circa filius, a quo gentem terramque nomina accepisse Graecos secuti ferebant Romani, cf. Höfer, PW. II 2561.* PAVL. FEST. p. 18 Ausoniam appellavit Auson, Vlixis et Calypsus filius, eam primum partem Italiae, in qua ... (*v. supra p. 1539, 56*). SERV. auct. Aen. 3, 171 appellata Ausonia ab Ausone (Ausonio *cod.*), Vlixis et Calypsus filio ... (*cod. T*: ab Ausono filio Vlixis et Calipsonis Ausonia dicta). 8, 328 quamvis quidam Ausones cognominatos ab Ausone, Vlixis et Circes (arte *cod.*) filio, dicant. SERV. Aen. 3, 477 Ausoniae: Italiae, a rege Ausone (Ausono *libri*). GLOSS. ab Ausonio (ab Axonio *cod.*) Vlyxis et Calypsus filio. LYD. mens. 1, 12.

Ausonius (Aux- *v. infra*) *cogn. aet. post.* CORP. VI 34618 M. Aurelius Ausonius fecit M. Aurelio Callimorpho filio suo. III 4211 (*in Pannon. sup.*) L. Sept. Ausonio. 15129[8] (*in gemma Salonis rep.*) Ausoni. †13845 (*in Dalmatia*) Ausonia diac(onissa). COD. Iust. 4, 31, 7 *imp. Alexander* Flavio Ausonio. Iulius Ausonius *pater poetae, natus exeunte saec. III, de quo v. Marx, PW. II 2562.* AVSON. 160 tit. Iulius Ausonius pater. 319, 1 (*loquitur pater*) nomen ego Ausonius, non ultimus arte medendi .... vicinas urbes colui patriaque domoque, Vasates patria, sed lare Burdigalam. 160, 1. *hunc videtur intellegere* MARCELL. med. praef. 2 cui rei (*medicinae arti*) operam ... cives ac maiores nostri Siburius, Eutropius atque Ausonius commodarunt. 25, 21 Ausonius medicus. AVSON. 319, 52 praefectus magni nuncupor Illyrici. *uxor Aemilia Aeonia, ex qua filium habuit poetam*: AVSON. 161 tit. Aemilia Aeonia mater. Decimus Magnus Ausonius *poeta, natus ca. a. 310, cf. Marx, PW. II 2562.* Auxonius CORP. III 9509 (*cf.* Auxonius). AVSON. 334 *superscr. in nonnullis codd.* Decimi Magni Ausonii. *sim. aliis locis.* 470 Ausonius genitor nobis, ego nomine eodem .... Vasates patria est patri, gens Haedua matri de patre, Tarbellis set genetrix ab Aquis. ipse ego Burdigalae genitus. *avunculus eius fuit* Aemilius Magnus Arborius *rhetor. uxor* Attusia Lucana Sabina: AVSON. 168 tit. 37, 3 molle aurum pallis, Graecia, texe tuis, non minus Ausoniam (Aux- *M*) celebret dum fama Sabinam (*facete, v. supra adi.* Ausonius). *filium habuit* Ausonium: AVSON. 169 tit. Ausonius parvulus filius. 169, 2 primus, nate, meo nomine dicte puer. Ausonius *poetae nepos*: AVSON. 322 tit. 323 tit., *cf. Symm. ed. Seeck p. LXXV. praeceptor fuit Gratiani adulescentis, qua de re ipse* 406, 77 *al. et* CHRON. Gall. chron. I p. 629, 15 *Gratianus* studiis litterarum Ausonio (Asonio *M*) magistro sufficienter imbutus. *praefectus praetorio a. 378*: COD. Theod. 8, 5, 35 (*a. 378*) ad Ausonium pf. p. *consul a. 379 cum Olybrio*: MARCELL. chron. II p. 60, 10 a consulatu Ausonii et Olybrii. COD. Theod. 1, 32, 4 Ausonio et Olybrio cos. *al.* AVSON. 406, 76 Ausonius, nomen Italum. PAVL. NOL. carm. 10 Ausonio Paulinus. 10, 151 ut sim promeritus Christi fore, dum sum Ausonii. 11. SIDON. epist. 4, 14, 2 non solum Cornelios oratores, sed Ausonios quoque poetas.

Ausoniānus *adi. a poetae nomine declinatum*: FVLG. myth. 1 praef. p. 13 Sulpicillae Ausonianae (*cf.* AVSON. 360). *alii*: COD. Theod. 5, 1, 2 impp. Valentinianus et Valens AA. ad Ausonium pf. p. (*a. 369*) (Auxonium, Auxanium, Auxentium *sim. pars librorum*). HIER. epist. 118 filius meus ... Ausonius. NOVELL. Sev. 2, 1 (*a. 465*) per virum illustrem Ausonium. CONC. Aurel. a. 541 p. 98, 7 Ausonius presbyter missus a domino meo Eusebio episcopo Santonicae civitatis.

Ausoniānus *nom. vir.* SYMM. epist. 3, 53 Ausonianus v. c. *Otto.*

Ausonidae, Ausonis *v.* Ausones *p. 1540, 12.*

Ausonius *adi. v.* Ausones *p. 1537, 78.* [*p. 1540, 33.*

Ausonius *nom. propr.* (**Ausoniānus** *adi. et nom. vir.*) *v.* Ausones

Ausopetum *opp. ceterum ignotum.* NOT. Tir. 84, 58 *sqq.* Arelatae Nemausum Tolosa Ausopetum (Asopedum *Gotvicensis*, Aussonium *Koppius*) Vggernum Athenae Atheniensis *eqs.* *Diehl.*

Auspecio *v.* Auspex.

Auspenus, -ī *cogn.* (*barb.?*). CORP. XIII 10006, 16 Auspenus f., Auspinus f. *Jacobsohn.*

auspex, -icis *m.* [*cf. c.* avis *et* specere. *Th.*]. EVTYCH. gramm.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

V 455,10 ab aspicio auspex. *gen. plur.* auspicum TAC. ann. 11,27. *fem.* DECL. in Catil. 60 aquilam ..., praeclaram auspicem. *cum nomine feminino coniunctum* HOR. epist. 1, 3,13 SEN. Med. 68 Tro. 863 SYMM. epist. 3,78 *al.* ⟨a⟩vispex CORP. XI 5824 (*l. 23*).

1 *avium inspector, vaticinator (etiam de animalibus)*: **a** *latiore sensu*: GLOSS. *οἰωνοσκόπος*, avibus augurians utrum dextera an sinistra sint, qui auspicia exercet, qui avium augurium exercet *vel* intendit; auspices *οἰωνοσκόποι*; hauspices aruspices, divini. PLVT. quaest. Rom. 72 *τῶν ἐπ' οἰωνοῖς ἱερέων, οὓς αὔσπικας πρότερον, αὔγουρας δὲ νῦν καλοῦσιν*. COMMENT. Lucan. 2, 371 auspices ab inspiciendis avibus appellati. ISID. orig. 8,9,18 augures sunt, qui volatus avium et voces intendunt aliaque signa rerum, vel observationes improvisas hominibus occurrentes. iidem et auspices. 10,13. *cum gen. obiect., absolute*: CIC. Att. 2, 7, 2 si ... bilem id commovet et latoribus et auspicibus legis curiatae. HOR. carm. 1, 7, 27 nil desperandum Teucro duce et auspice Teucro. 3, 27, 8 cui timebo providus auspex. PLIN. nat. 10, 49 *galli* victoriarum omnium toto orbe *a Romanis* partarum auspices. DECL. in Catil. 60 aquilam argenteam proferri ... iussisti, praeclaram auspicem ac gubernatricem furoris tui futuram. TERT. scorp. 9 (*locus desperatus*). CARM. poet. min. V 68, 71 *Aquarius* lymphaticus auspex (*i. imbres significans*). AMM. 14, 10, 9 dirimentibus forte auspicibus. OROS. hist. 3, 22, 4 victoriam, quam vani auspices impedire non potuerunt. CORP. XI 5824 (*Iguvii*) L. Veturius Rufio ⟨a⟩vispex extispicus ⟨sac⟩erdos publicus ⟨e⟩t privatus. **b** *proprie in nuptiis*: GLOSS. pronubus, *παράνυμφος*. VARRO Serv. auct. Aen. 4,45 auspices in nuptiis appellatos ab auspiciis, quae (auspici bisque *codd.*) ab marito et nova nupta per hos auspices captabantur in nuptiis. *ibid.* 4, 166 Varro pronubam dicit quae ante nupsit et quae uni tantum nupta est: ideoque auspices deliguntur ad nuptias. CIC. div. 1, 28 nihil fere maioris rei nisi auspicato ne privatim quidem gerebatur, quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant, qui re omissa nomen tantum tenent (*similiter* VAL. MAX. 2, 1, 1, *qui ultima sic*: nuptiis etiam nunc auspices interponuntur, qui quamvis auspicia petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia usurpantur). COMMENT. Lucan. 2, 371 auspex dicitur paranimphus, qui interest nuptiis (SCHOL. Iuv. 10, 336) eo quod ab eo nuptiae auspicentur et quod primus 'feliciter' dicat. PLAVT. Cas. 86 ultro ibit nuptum, non manebit auspices. CIC. Cluent. 14 nubit genero socrus nullis auspicibus, nullis auctoribus. LIV. 42, 12, 4 *nuptias* velut auspicibus nobilissumis populis deductas esse. SEN. Tro. 861 quicumque hymen ... lamenta caedes sanguinem gemitus habet est auspice Helena dignus. LVCAN. 2, 371 *Cato et Marcia in nuptiis* contenti ... auspice Bruto. QVINT. decl. 291 p. 161 auspices *ad matrimonium* adhibui. IVV. 10, 336 veniet *in nuptiis Messalinae* cum signatoribus auspex (TAC. ann. 11, 27 audisse *Messalinam* auspicum verba. SVET. Claud. 26 *Messalinam* C. Silio ... nupsisse dote inter auspices consignata). TAC. ann. 15, 37 inditum imperatori *Neroni nuptias cum Pythagora agenti* flammeum, visi auspices. ANTH. 337 *de paranympho delatore*: non sua sortitur, te qui facit auspice vota, sed tua. SERV. Aen. 4, 45 dii, qui sunt auspices matrimonii. SYMM. or. 4, 13 (*in imagine*:) iudicia, quae conubia satellitum suorum sacrarent auspice pugione. PRVD. ditt. 125 foedera coniugii celebrabant auspice coetu forte Galilaei. CLAVD. 3, 83 *Megaera* auspice taedae Oedipodem matri, natae iunxere Thyesten. carm. min. 31, 51 (*in imagine*:) *utinam* me iungeret auspex purpura. DRAC. Romul. 7, 6 emerito ... auspice *epithalamium canit poeta*. **2** *auctor, fautor, initium; hic illic pro adiectivo felix, faustus*: *de dis, deabus, raro de hominibus*: VERG. Aen. 3, 20 divis ... auspicibus coeptorum operum. 4, 45 dis ... auspicibus reor ... hunc cursum Iliacas vento tenuisse carinas. HOR. epist. 1, 3, 13 fidibusne Latinis Thebanos aptare modos studet auspice Musa. OV. fast. 1, 615 auspicibusque deis ... suscipiat ... orbis onus. 4, 830 auspicibus vobis (*deis*) hoc mihi surgat opus. SEN. Med. 68 *Hymenaee* noctem discutiens auspice dextera. STAT. silv. 2, 2, 39 fontes ..., quos ... auspice Phoebo ... turbavit Pollius. 3, 5, 74 auspice condita Phoebo tecta Dicarchei. INSCR. numm. Cohen IV² p. 15, 113 *sqq.* (*Septimii Severi*) dis auspicib. *sive* dis auspicibus. AVIEN. Arat. 1 auspice terras linquo Iove. SYMM. epist. 9, 137 deo auspice (AVELL. p. 503, 24. 507, 26 ENNOD. epist. 1, 5, 2. 6, 12, 2. 6, 23, 1. 9, 9, 3 dict. 2, 4 CASSIOD. var. 8, 3, 3. 8, 10, 11 *al.*). AMM. 27, 6, 6 *Valentinianus ad milites*: consiliorum sociis votorumque auspicibus vobis. PRVD. c. Symm. 2, 564 *deabus* auspicibus. CLAVD. 28, 653 *exeat annus*, quem domitis auspex peperit Victoria bellis. *de rebus*: PANEG. 5, 3 Kalendae Martiae, sicuti olim annorum volventium (SYMM. rel. 7, 1), ita nunc aeternorum auspices imperatorum. 12, 3 ille felicitatis publicae auspex dies, qui te primus inauguravit imperio. SYMM. epist. 3, 78 futurae inter nos familiaritatis auspicem voluntatem. 15, 1 verbenas felicis arboris ... anni novi auspices. or. 3, 2 clementiae auspices incruentas secures. CLAVD. 8, 611 auspice ... laetum sonuit clamore tribunal. AVG. serm. ed. Mai 151, 1 postquam radiantis globi almum sidus caelestis ortus auspice protulit lumine. *Bannier.*

Auspex, -icis *cogn.* TAC. hist. 4, 69 (*a. 70*) Iulius Auspex. CORP. XIII 3012 (*in prov. Lugud., litteris saec. I*) cur(a ...) Auspicis praef(ecti). *fort. cognatus cum antecedenti.* ACT. Arv. a. inc. Comm. (= Corp. VI 2101) 2 in domum Polleni Auspic(is) ... mag(istri). *idem* ACT. lud. saec. Sept. Sev. 2, 9 ⟨Poll⟩ienus Auspex. DIO Cass. 76, 9, 3 (*trad.* Ἄσπαξ, Ἄσπακα). CORP. VIII 2743 Ti. Iulio Pollieno Auspici consulari patrono (*ca. a. 300; Seeck, PW. II 2580*). CORP. III 5173 (*in Norico*) C. Antisti Auspicis proc. Aug. VII 1068 c(ives) R⟨ae⟩ti milit(antes) in coh(orte) II Tungr(orum), cui praeest Silviu⟨s⟩ Auspex praef(ectus). 1071. 1073 sub Si⟨l⟩v⟨i⟩o ⟨A⟩uspice praef(ecto). XI 4751 (*in vico Martis Tudertium*) Perpetuini Auspicis. **Auspecio,** -ōnis *cogn.* INSCR. Rhen. Bramb. 2045 Gracius Auspecio. **Auspicālis,** -is *cogn.* CORP. X 4242 (*Capuae*) Niceni Auspicalis Fundaniae Ti. fil. Faustinae ser. **Auspicandus,** -ī *cogn.* CORP. XI 6439 (*Pisauri*) Atilius Auspicandus. **Auspicātus,** -a *cogn.* CORP. III 231ᵃ· ᵇ (*in Lycia*) A. Curtius Auspicatus Titinnianus. *ibid. graece* Αὐσπικατος (*tempor. Hadriani. cf. Mommsen ad tit. et Dessau ad Corp. XIV 3030*). *fort. idem* TEST. Dasum. Corp. VI 10229, 18 ⟨A⟩uspicato. CORP. III 14369²¹ᵐ (*in Norico*) leg. II Italica Auspicatus. VI 13423ᵃ d. m. Auspicate filiae dulcissime. 27957 dis manibus M. Valerius Auspicatus. XII 3426 (*saec. III*) ⟨d.⟩ m. Asconi ⟨A⟩uspicati. XIV 2114 (*Lanuvii*) D⟨...⟩cirio D. f. Pal. Auspicato aedili municipi curatori muner. *Jacobsohn.*

auspicābilis, -e *cf.* auspicalis. ARNOB. nat. 4, 7 *Tutuni* pudendis ... inequitare matronas et auspicabile ducitis et optatis? 7, 32 *dormitionibus* bene ut valeant *superi* auspicabili salutatione mandatis?

auspicālis, -e *ab* auspex. *auspicium praebens.* GLOSS. *οἰωνοσκοπικός, ὀρνεοσκόπος, οἰωνιστικός*. PLIN. nat. 32, 4 *echenais*, auspicalis pisciculus. PANEG. 2, 6 consulatus tui auspicalem diem. **Auspicālia,** -ium *n. nomen diei sollemnis.* POL. SILV. fast. Ian. 3 dies Auspicalium. *adv.* **auspicāliter**: HYG. lim. grom. p. 170, 5 posita auspicaliter groma.

Auspicālis, Auspicandus *v.* Auspex.

auspicātio, -ōnis *f. ab* auspicor. GLOSS. V 442, 6 augurium signum auspicatio (aut spicatio *trad.*).

auspicātō, auspicātus *v.* auspicor.

Auspicātus *v.* Auspex. **Auspiciola** *v.* Auspex.

auspicium, -ī *n.* [*cf. c.* auspex. *Th.*]. *inde a* NAEV. PAVL. FEST. p. 2 auspicium ab ave spicienda. SERV. Aen. 3, 374 *auspicium* dictum ab ave inspicienda quasi avispicium. ISID. orig. 8, 9, 19 dicta sunt auspicia quasi avium aspicia (GLOSS. V 169, 43). GLOSS. V 269, 40 auspicium id est ab inspiciendo avis nuntium (IV 209, 32). ausspicium INSCR. Ephem. epigr. VIII 760. ospicio GLOSS. IV 85, 21. GLOSS. *οἰωνοσκοπία, ὀρνεοσκοπία, οἰωνός, οἰωνισμός, σύμβολον*. avis signum, quod aves vel animalia paganis auguribus demonstrant, unde futura noscuntur. dispositio, augurium (SERV. Aen. 4, 340). auspicia: quae iter facientes observant. signa, quod per aves ostenditur quasi avieria. portenta, prodigia, auguria, somnia, cantiones (cantationes?) avium. auspiciis *οἰωνοσκοπίοις cf.* PORPH. Hor. carm. 1, 6, 2 Maeonii carminis alite: ut si diceret Homericis auspiciis. 1, 15, 5 mala ... avi: malo auspicio. 3, 3, 61 alite lugubri, id est malo auspicio. 4, 6, 22 epod. 10, 1. 16, 23. SERV. Aen. 4, 340 auspiciis ... ominibus (auct. 9, 21 *cf.* Ps. ASCON. Verr. p. 187 omen auspicium. GLOSS. IV 87, 50. 264, 48). *inveniuntur coniunctae voces similia significantes nec non aliae tali modo*: augurium *v. p. 1371, 22.* PLAVT. Merc. 274 nec omen ... nec auspicium (CIC. leg. agr. 2, 92 SVET. Aug. 92). CIC. Verr. 6, 34 fas, ... auspicia, ... religiones. dom. 42 sacris, ... auspiciis, ... legibus. Sest. 78 auspiciis, ... intercessione, ... suffragiis (*opp.* vi manu ferro). 83 auspiciis religionique (BELL. Alex. 74, 3 LIV. 6, 41, 4). 95 iura tribunatus atque auspicia. 98 religiones, auspicia, potestates magistratuum, senatus auctoritas, leges, mos maiorum, iudicia, iuris dictio, fides *eqs.* 114 auspicia, legem Aeliam, senatus auctoritatem, consulem, conlegas, bonorum iudicium. Vatin. 10 delubris auspiciis religionibus. 18 auspiciis, ... intercessionibus ..., iure publico. Mil. 83 sacra, ... caerimonias, ... auspicia. de orat. 1, 39 leges ... mores maiorum ... auspicia ... religiones et caerimoniae ... iura civilia. part. 2, 6 oracula auspicia ... vaticinationes et responsa sacerdotum aruspicum coniectorum. rep. 2, 17 auspicia et senatum. leg. 2, 20 signis et auspiciis (div. 2, 21 SIL. 7, 231). 3, 10 auspicium iudiciumque (3, 27). ac. 2, 47 oraculis auspiciis extis. 2, 107 haruspicum ⟨responsa⟩ auspicia oracula somnia vaticinationes. nat. deor. 1, 14 religione pietate sanctitate caerimoniis fide iure iurando ... templis delubris sacrificiisque sollemnibus ... auspiciis. 3, 5 sacra et ... auspicia. Tusc. 4, 1 auspicia caerimoniae comitia provocationes, patrum consilium *eqs.* div. 1, 7 auspiciis rebusque divinis religionique. 1, 29 dirae ... auspicia ... omina ... signa. 1, 95 auspicia et reliqua divinandi genera (*cf.* 2, 81). 2, 70 ostentis ... auspicia ... sortes. TAC. hist. 4, 69 ius auspiciumque (SIL. 13, 154). ann. 13, 6 auspiciis et consiliis. 15, 74 auspicium et praesagium. SERV. Aen. 5, 523 monstrum augurium auspicium oraculum. PRVD. c. Symm. 1, 238 auspiciis epulisque; *alia multa. de definitionibus et differentiis v.* augurium *p. 1371, 30. exemplorum quae habebam sub I et II complura omisi, sub III nulla.*

***Iomen, signum qualecumque praecipue per aves datum,* actio *auspicandi*:**

1 *generalia de ratione et generibus auspicii et auspicandi*:

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

COMMENT. quaestor. Varro ling. 6, 91 (*locus desperatus*) *fortasse*: auspicio operam des et in templo auspices (*trad.* auspicio grande, sed in templo auspiciis; *scripserunt alii alia*). dum aut ad praetorem aut ad consulem mittas auspicium petitum .... CAECIL. com. 181 (*iocose*) insanum: auspicium aliter histronium (-onum *codd.*) est, atque ut magistratus publice cum auspicant. VARRO ling. 5, 33 peregrinus ager pacatus, qui extra Romanum et Gabinum, quod uno modo in his seruntur auspicia. *ibid.* quod *ager Gabinus* auspicia habe[n]t singularia. 5, 143 (*de pomerio*) eiusque (*?*) auspicia urbana finiuntur (GELL. 13, 14, 1). 6, 53 *a fando* effata dicuntur, qui (*?*) augures finem auspiciorum caelestum extra urbem agri⟨s⟩ sunt effati, ut esset. 6, 76 *oscines* ore faciunt auspicium (FEST. p. 197). 6, 82 in auspiciis distributum est qui habent spectionem, qui non habeant. 7, 6 *templum dicitur* ab auspiciis in terra. 7, 8 in terris dictum templum locus ... auspicii causa quibusdam conceptis verbis finitus. 7, 97 quae sinistra sunt bona auspicia existimantur. rust. 3, 3, 5 non ... solum augures Romani ad auspicia primum pararunt pullos, sed etiam patres familiae rure. frg. Serv. auct. Aen. 4, 45 auspices in nuptiis appellatos ab auspiciis, quae (auspici bisque *cod.*) ab marito et nova nupta per hos auspices captabantur in nuptiis. CIC. leg. agr. 2, 27 *comitia* curiata tantum auspiciorum causa remanserunt. 2, 31 *comitiis* illis ad speciem atque usurpationem vetustatis per XXX lictores auspiciorum causa adumbratis. dom. 38 auspicia ... populi Romani, si magistratus patricii creati non sint, intereant necesse est. Sest. 33 lata lex est, ne auspicia valerent. 98 *auspicia* otiosae dignitatis ... fundamenta sunt .... de orat. 1, 39 num aut inventa *auspicia* sunt aut cognita aut omnino ab oratorum genere tractata? part. 6 divinum *testimonium* est ut ... auspicia. rep. 2, 16 *Romulus* qui sibi essent in auspiciis ex singulis tribubus singulos cooptavit augures. 2, 17 *cum Romulus* duo firmamenta rei publicae peperisset, auspicia et senatum. 2, 26 Pompilius ... auspiciis maioribus inventis ad pristinum numerum duo augures addidit. leg. 2, 20 interpretes ... Iovis optumi maxumi, publici augures, signis et auspiciis †postea vidento. 2, 21 (*iis*), qui ... agent rem duelli quique popularem, auspicium praemonento. 2, 32 auspicia ista ad utilitatem esse rei publicae composita. 3, 9 quando consules magisterve populi nec escunt, auspicia patrum sunto. 3, 10 omnes magistratus auspicium ... habento (3, 27 omnibus magistratibus auspicia ... dantur: ... auspicia, ut multos inutiles comitiatus probabiles impedirent morae; saepe enim populi impetum iniustum auspiciis di immortales represserunt). 3, 11 qui agent, auspicia servanto. 3, 43 *est* boni auguris meminisse ... sibi eos *administros datos esse*, quos in auspicio esse iusserit. ac. 2, 47 visa quaedam mitti a deo, velut ea ... quae ... auspiciis ... declarentur. 2, 107 cum Panaetius ... ea de re dubitare se dicat quam omnes ... Stoici certissimam putant, vera esse ... auspicia. nat. deor. 1, 14 animadvertant quid de ... auspiciis ... existimandum sit. 1, 122 cur auspiciis augures praesunt? 2, 9 neglegentia nobilitatis augurii disciplina omissa, veritas auspiciorum spreta est (div. 1, 27), species tantum retenta. itaque maximae rei publicae partes ... nullis auspiciis administrantur, nulla peremnia servantur, nulla ex acuminibus, nulla, cum viri (nulli viri *A O*) vocantur, ex quo in procinctu testamenta perierunt. tum enim bella gerere nostri duces incipiunt, cum auspicia posuerunt. 2, 11 an vos Tusci ac barbari (*sc. haruspices*) auspiciorum populi Romani ius tenetis? 3, 5 cumque omnis populi Romani religio in sacra et in auspicia divisa sit, tertium adiunctum sit si .... *ibid.* mihique ita persuasi Romulum auspiciis ... constitutis fundamenta iecisse nostrae civitatis. Cato 11 *verba Fabii auguris*: optimis auspiciis ea geri, quae pro rei publicae salute gererentur; quae contra rem publicam ferrentur, contra auspicia ferri. Tusc. 4, 1 cum a primo urbis ortu ... auspicia ... divinitus *essent constituta*. div. 1, 3 exactis regibus nihil publice sine auspiciis nec domi nec militiae gerebatur. 1, 7 iudicandum est, quantum auspiciis ... tribuamus; est enim periculum, ne aut neglectis iis impia fraude aut susceptis anili superstitione obligemur. 1, 25 auspicia ... vestra quam constant! quae quidem nunc a Romanis auguribus ignorantur ..., a Cilicibus Pamphyliis Pisidis Lyciis tenentur. 1, 27 nostri ... magistratus auspiciis utuntur coactis. 1, 29 auspicia ... non causas adferunt, cur quid eveniat, sed nuntiant eventura, nisi provideris. 1, 87 *Calchantem* ducem classium fuisse ad Ilium, auspiciorum credo scientia. 1, 95 quis ... non videt in optuma quaque re publica plurimum auspicia ... valuisse? *ibid. nostri* nihil in bello sine extis agunt nihil sine auspiciis domi habent auspicia (h. a. *damnavit Mueller*); externa videamus. 1, 105 nihil esse in auspiciis quam, quid sit, ediscere. 2, 43 *fulmen* omnibus rebus optimum auspicium habemus, si sinistrum fuit (2, 74 *additur* praeterquam ad comitia). 2, 71 ut sint auspicia, quae nulla sunt, haec certe, quibus utimur, sive tripudio sive de caelo, simulacra sunt auspiciorum, auspicia nullo modo. *ibid.* silentium dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret. 2, 72 qui in auspicium adhibetur, cum ita imperavit is, qui auspicatur. *ibid. aves* pascantur necne, quid refert? nihil ad auspicia. 2, 73 *de tripudio solistimo*: hoc auspicium divini quicquam habere potest, quod tam sit coactum et expressum? quo antiquissimos augures non esse usos argumento est, quod *eqs. velut* tum ... esset auspicium, si modo esset ei (*avi*) liberum se ostendisse. si aliquid ex eius (*avis in cavea inclusae*) ore cecidit, hoc tu auspicium ... putas? 2, 76 nisi dum a populo auspicia accepta habemus, quam multum iis utimur? *ibid. proconsules et propraetores* auspicia non habent (2, 77). 2, 77 ex acuminibus ..., quod totum auspicium militare est, iam M. Marcellus ... totum omisit. *ibid.* praecipimus, ne iuges auspicium obveniat (*cf. infra l. 48*), ut iumenta iubeant diiungere. 2, 78 quid est aliud nolle moneri a Iove nisi efficere, ut aut ne fieri possit auspicium aut, si fiat, videri? 2, 80 cur ... aliis a laeva, aliis a dextra datum est avibus ut ratum auspicium facere possint? 2, 81 omnes reges, populi, nationes utuntur auspiciis. *ibid.* quid mirum ..., si in auspiciis ... inbecilli animi superstitiosa ista concipiant, verum dispicere non possint? ad Brut. 1, 5, 4 dum ... unus erit patricius magistratus, auspicia ad patres redire non possunt. MACER carm. frg. 4 (Isid. orig. 12, 7, 19) cygnus in auspiciis semper laetissimus ales. LEX Vrson. (Corp. II 5439) 1, 5, 4 de auspiciis ... augurum iurisdictio iudicatio esto. MESSALLA ausp. frg. (*libro primo*) Gell. 13, 15, 4 patriciorum auspicia in duas sunt divisa potestates. maxima sunt consulum praetorum censorum. neque tamen eorum omnium inter se eadem aut eiusdem potestatis *eqs.* ideo neque consules aut praetores censoribus neque censores consulibus aut praetoribus turbant aut retinent auspicia; at censores inter se, rursus praetores consulesque inter se et vitiant et obtinent. *ibid.* censores aeque non eodem rogantur auspicio atque consules et praetores. reliquorum magistratuum minora sunt auspicia (GELL. 13, 15, 6 *ad rem*: conlegam esse praetorem consuli docet, quod eodem auspicio creantur [LIV. 3, 55, 11]. maiora autem dicuntur auspicia habere, quia eorum auspicia magis rata sunt quam aliorum); *similia ut videtur* FEST. p. 157. CINC. Gell. 16, 4, 4 *ut adessent milites*, nisi ... auspicium ... *erit*, quod sine piaculo praeterire non liceat. LIV. 4, 6, 2 quod nemo plebeius auspicia haberet ideoque decemviros conubium diremisse, ne incerta prole auspicia turbarentur. 5, 46, 11 nec nisi dictator dictus auspicia in exercitu habere *posset*. 6, 41, 4 *auspicia* (*i. auspicia plebeiis data*) propria deorum inmortalium contemptio atque iniuria est, ... auspiciis hanc urbem conditam esse, auspiciis bello ac pace, domi militiaeque omnia geri, quis est qui ignoret? 6, 41, 5 penes patres *sunt auspicia more maiorum eqs.* 7, 6, 10 crearent consules ex plebe, transferrent auspicia, quo nefas esset. 10, 8, 9 *penes patricios* auspicia esse, ... *patricios* solos ... *habere* auspicium domi militiaeque. 10, 40, 11 qui auspicio adest, si quid falsi nuntiat, in semet ipsum religionem recipit. 22, 1, 7 nec privatum auspicia sequi, nec sine auspiciis profectum in externo ea solo nova atque integra concipere posse. FEST. *et* PAVL. FEST. p. 3 alites volatu auspicia facientes istae putabantur: buteo, sanqualis, inmusulus, aquila, vulturius (197). 16 arcula dicebatur avis, quae in auspiciis vetabat aliquid fieri. 64 caduca auspicia dicunt cum aliquid in templo excidit, veluti virga e manu. *ibid.* clivia auspicia dicebant, quae aliquid fieri prohibebant. 74 dextera auspicia prospera. 104 iuges auspicium est, cum iunctum iumentum stercus fecit. 172 nuces flagitantur nuptis et iaciuntur pueris, ut novae nuptae intranti domum novi mariti secundum fiat auspicium (SERV. auct. ecl. 8, 29 a pueris aspergendas nuces cum strepitu et convicio flagitari, ne quid nova nupta audiat adversum quo dies nuptiarum dirimatur. *secuntur alia*). 205 praepetes aves quidam dici aiunt, quia secundum auspicium faciant praetervolantes. 241 quo anno Romanos imperatores ad exercitum mittere oporteret iussu nominis Latini, complures nostros in Capitolio a sole oriente auspicis operam dare solitos. 244 piacularia auspicia appellabant, quae sacrificantibus tristia portendebant. *ibid.* pestifera auspicia esse dicebant, cum cor in extis aut caput in iocinere non fuisset. *ibid.* puls potissimum dabatur pullis in auspiciis (245 VAL. MAX. 2, 5, 5). *ibid.* pedestria auspicia nominabant, quae dabantur a vulpe, lupo, serpente, equo ceterisque animalibus quadrupedibus. 250 *Petroniam amnem* magistratus auspicato transeunt, cum in campo quid agere volent. quod genus auspici peremne vocatur. 266 (*lacuna*) ... ubi incubare posset auspicii repetendi causa. 276 remores aves in auspicio dicuntur, quae acturum aliquid remorari conpellunt. 277 *refriva faba* ad sacrificium referri solet domum ex segete auspici causa (PLIN. nat. 18, 119). 278 adversus auspicia legem ad (mystici elegem id *cod.*) populum ferre ⟨*religiosum est*⟩. 333 *auguribus* spectio sine nuntiatione data est, ut ipsi auspicio rem gererent. 339 sinistrae aves sinistrumque sive sinistimum auspicium, id est, quod sinat fieri. 344 summissiorem aliis aedem Honoris et Virtutis C. Marius fecit, ne, si forte officeret auspiciis publicis, augures eam demoliri cogerent. 348 *est* ⟨*proprie si*⟩*lentium*, omnis vitii in auspiciis vacuitas. 351 sinistrum in auspicando significare ait Ateius Capito laetum et prosperum auspicium *eqs.* 363 tripudium ⟨cernitur in au⟩spiciis in exultatione tripudia⟨n⟩t⟨ium⟩. VAL. MAX. 2, 1, 1 apud antiquos non solum publice, sed etiam privatim nihil gerebatur nisi auspicio prius sumpto *eqs. de nuptiis*. 2, 8, 2 *de praetore et consule*: 'si diversa auspicia accepissetis, cuius magis auspicio staretur?' 'item' respondit Valerius 'consulis.' SEN. nat. 2, 32, 3 quomodo aves non in hoc motae, ut nobis occurrerent, dextrum auspicium sinistrumque fecerunt. 2, 32, 5 *cur* aquilae hic honor datus est, ut magnarum rerum faceret auspicia, aut corvo et paucissimis avibus ...? 2, 32, 6 auspicium observan-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

tis est: ad eum itaque pertinet, qui in ea direxit animum. 2, 34, 2 si aves futura cecinerunt, non potest hoc auspicium fulmine irritum fieri. 2, 34, 3 nihil interest, quam multa auspicia sint: fatum unum est, quod si ... primo auspicio intellectum est, secundo non interit. PLIN. nat. 8, 223 soricum occentu dirimi auspicia annales refertos habemus. 10, 33 corvi in auspiciis soli videntur intellectum habere significationum suarum. 10, 34 bubo ... maxime abominatus publicis praecipue auspiciis. 10, 40 pici ... in auspiciis magni. 18, 249 dedecus ... habetur ... falcem *a cuculo* ... in vite deprehendi et ob id petulantiae sales, etiam cum primo vere, laudantur, auspicio tamen detestabiles videntur. 28, 17 in augurum ... disciplina constat neque diras neque ulla auspicia pertinere ad eos, qui quamque (quamcumque?) rem ingredientes observare se ea negaverint. SIL. 5, 60 *pullus* priscum populis de more Latinis auspicium. TAC. Germ. 10 auspicia *Germani* ... maxime observant *eqs.* HYG. mun. castr. 11 *ut dux augurio accepto* exercitum felici auspicio adloquatur. PROB. app. gramm. IV 201, 25 auspicium ... cuiuslibet aspectum demonstrat. CENS. 23, 4 *auspiciorum* si quid ante medium noctis est actum, diei qui praeteriit adscribitur, si quid autem post mediam noctem et ante lucem factum est, eo die gestum dicitur, qui eam sequitur noctem. NON. p. 429 auspicium avium inspectio et quae ex volatu earum significantur et vocibus. AVSON. 347, 12 quadrupes oscinibus quis iungitur auspiciis? mus. SERV. *et* SERV. auct. Aen. 1, 398 *multi adserunt* in libris reconditis lectum esse posse quamlibet avem auspicium adtestari, maxime quia non poscatur. *ibid.* auspicium qualibet avi demonstratur et non petitur: quod ipsum tamen species augurii est. 2, 178 tabernacula ... eligebantur ad captanda auspicia. *ibid.* postquam ... imperium longius prolatum est, ne dux ab exercitu diutius abesset, si Romam ad renovanda auspicia de longinquo revertisset, constitutum, ut unus locus de captivo agro Romanus fieret in ea provincia, in qua bellabatur, ad quem, si renovari opus esset auspicia, dux rediret. 2, 693 *hoc* auspicium cum de caelo sit, verbo augurum maximum appellatur. 3, 20 auspicia omnium rerum sunt ... auspicari enim cuivis etiam peregre licet. 3, 246 *auspiciorum de diris collectorum* unum genus est, quod ex signis colligitur, quo nunc utimur. 3, 361 praepetes sunt, quae secundo auspicio ante eum volant, qui auspicatur (6, 15). 3, 374 maiora *auspicia* sunt, quibus praeter tripudium auspicari ius est neque precatio adhibetur. *ibid.* auspicia maiora aut maioribus dicuntur, quibus augurium avium aliarumque rerum eripitur, ut puta, si parra vel picus auspicium dederit et deinde contrarium aquila dederit, auspicium aquilae praevalet. ergo quia notum est esse apud augures auspiciorum gradus plures *eqs. ibid. auspicium* est volatus avium, qui indicat agendum vel omittendum esse, quod quis coeperit. 4, 45 *Iuno* in libris augurum praeesse dicatur auspiciis (*cf.* 4, 58). 4, 102 *de paribus auspiciis: in comitiis* iisdem auspiciis creati, licet non simul crearentur, parem tamen habebant honorem propter eadem auspicia. 4, 103 *potest* imperium par non esse, cum auspicium par sit. 4, 161 tonitru dirimuntur auspicia. 4, 166 *Tellus* et in auspiciis nuptiarum vocatur. 4, 340 in iure augurali auspicium dicitur, quod non petentibus nobis ad ea, quae in animo habemus, vice ominis offertur. 4, 453 sunt et de avibus dira auspicia. AMM. 21, 1, 9 auspicia non volucrum arbitrio conliguntur. SCHOL. Cic. Bob. p. 369 cum omnes magistratus auspicio crearentur, tum maxime consules certorum auspiciorum ritu designabantur. ENNOD. dict. 11, 2 *nauta ad terrena vitam ducens officia* nec itinera astris nec ventos deprehendit auspiciis. ISID. orig. 8, 9, 20 duo sunt ... genera auspiciorum: unum ad oculos, alterum ad aures pertinens. ad oculos scilicet volatus, ad aures vox avium. 12, 7, 44 *cornici* inter multa auspicia tribuunt etiam pluvias portendere vocibus. diff. 1, 6 auspicia sunt, quae incohantur et ultro veniunt. DIFF. ed. Beck p. 40, 108.

2 *exempla*: *indicatur qualitas*: NAEV. carm. frg. 40 praetor ... auspicat auspicium prosperum (VAL. MAX. 1, 5, 1 PLIN. nat. 10, 21). PLAVT. Asin. 374 ne ... malo cum auspicio nomen commutaveris (Aul. 447 CIC. Vatin. 39 OV. epist. 13, 86). Epid. 182 liquido exeo ... auspicio (Persa 607 Pseud. 762). Men. 1149 meliorest opus auspicio (VERG. Aen. 3, 499). Stich. 459 auspicio ... optumo exivi. MACER hist. 6 auspicia pulchra et luculenta. CIC. div. 1, 27 *auspicia* secunda (HOR. carm. 4, 14, 16 LIV. 9, 14, 4). 1, 77 praeclara. Att. 1, 16, 13 bono (CATVLL. 45, 19 OV. am. 1, 12, 28). VERG. Aen. 3, 375 maioribus. 11, 33 felicibus. 11, 347 infaustum. PROP. 1, 3, 28 vano. LIV. 3, 60, 2 infelicibus (STAT. Theb. 11, 340). 8, 30, 1 incertis (8, 32, 4. 7). 8, 34, 4 dubiis. 10, 40, 5 egregium (10, 40, 11). 10, 42, 7 controverso. SEN. contr. 10, 4, 8 tristia (contr. exc. 10, 4 feralia). VAL. MAX. 4, 7, 2 sinistris. 5, 1 ext. 4 diris. 5, 4, 2 adversis. PLIN. nat. 10, 82 efficaci. SIL. 5, 119 pulchrumque et milite dignum ... Latio. 9, 10 contraria. 15, 404 ingentibus. SVET. Nero 41 frivolo. Vit. 9 laetum. FLOR. Verg. p. 186 generosissimis. CLAVD. 15, 122 falsis. 18, 494 mollibus. 20, 232. 22, 364 sollemnibus. VEN. FORT. carm. 9, 1, 39 magnis *al. passim.* *qualitate non accuratius expressa*: *hunc habeas delectum*: PLAVT. Amph. 690 an te auspicium commoratum est...? Merc. 274 nec omen illud mihi nec auspicium placet. CIC. dom. 42 quod salvis auspiciis tulisses iure egisse *te* dicebant (Vatin. 37 sine vi... salvis auspiciis). leg. agr. 2, 92 neque te ... auspicia M. Bruti ... deterrent. OV. fast. 6, 764 non ... te ... si vetet auspicium, signa movere velim. LIV. 10, 42, 7 auspicia in bonum verterunt. TAC. ann. 2, 14 addicentibus auspiciis. MIN. FEL. 26, 7 nonnumquam ... veritatem ... auspicia ... tetigerunt. PS. AVR. VICT. orig. 23, 1 cum ... Romulus ... quaesisset ..., quaenam illa auspicia fuissent. AMM. 21, 13, 8 auspiciis dirimentibus. AVG. civ. 4, 29. CIC. div. 1, 106 quid est illo auspicio divinius, quod apud te in Mario est? OV. met. 10, 8 exitus auspicio gravior. ENN. ann. 96 V. conspicit... auspicio regni stabilita scamna solumque. CIC. Catil. 1, 33 Iuppiter, qui isdem quibus haec urbs auspiciis a Romulo es constitutus. BELL. Alex. 74, 3 Pharnaces ... auspiciis inductus. OV. fast. 1, 26 (?). LIV. 6, 38, 10 auspiciis ... deterritum. 22, 42, 8 cum ei ... pulli quoque auspicio non addixissent. 26, 41, 18 dii ... auspiciis ... omnia laeta ac prospera portendunt. PETRON. 122 vers. 127 venturaque damna auspiciis patuere deūm. SIL. 4, 670 di patrii, quorum auspiciis stat ... Roma. TAC. ann. 13, 6 pleraque ... auspiciis ... geri. PORPH. Hor. carm. 3, 27, 1 auspicio parrae avis ... proficisca⟨n⟩tur. VIR. ill. 81, 7 imminens exitium corvi auspicio didicit. SYMM. or. 3, 3 his ad imperium lectus auspiciis. SERV. auct. Aen. 4, 340 ut quae mente agitaret offerrentur auspicio. Aen. 9, 561 *aquilae* cum vicisset auspicio. PRVD. c. Symm. 1, 238 Iano ... litatur auspiciis. MART. CAP. 7, 733 *Triadis* auspicio preces tertio ac libamina repetuntur. SIDON. carm. 2, 1 auspicio ... fasces ... secundos erige. NEPOTIAN. 1, 4 praef. quod Remus prioribus auspiciis niteretur, Romulus pluribus. 1, 4, 6 Ciceroni mors imminens auspicio praedicta est. PACVV. trag. 235 repudio auspicium. TRAG. inc. 258 auspicium repetebat domo (LIV. 5, 17, 3 ut ... auspicia de integro repeterentur. 8, 30, 2 [CORP. I 1² p. 192 nr. 8]. 8, 32, 4. 9, 39, 1. 10, 3, 6. 23, 19, 3. 23, 36, 9 VAL. MAX. 2, 7, 4. 3, 2, 9 [PS. FRONTIN. strat. 4, 1, 31] TAC. ann. 3, 19 VIR. ill. 31, 1). CIC. leg. agr. 2, 31 iubet auspicia ... Xviros habere. har. resp. 58 auspicia delevit. Sest. 95 ut ... auspicia defenderet. 114 ut auspicia ... nihili putaret. Vatin. 14 ut ... auspicia contempseris (FLOR. epit. 2, 2, 29 OROS. hist. 4, 13, 14). 20 an ... auspicia fueris augur dissoluturus. 23 qui ... eam rem publicam quae auspiciis inventis constituta est, isdem auspiciis sublatis (Phil. 2, 6) conarere pervertere. prov. 46 qua condicione auspicia requirebant. Mil. 83 qui auspicia et ipsi sanctissime coluerunt et nobis ... prodiderunt. Phil. 1, 31 auspiciorum a te ipso augure populi Romani nuntiatorum. 2, 83 ementitus es auspicia (2, 88. 3, 9 div. 1, 29. LIV. 10, 40, 4 mentiri. 21, 63, 5). Att. 2, 9, 1 qui auspicia ... neglexerunt (PARIS 1, 4, 4). HOR. epist. 1, 1, 86 cui si vitiosa libido fecerit auspicium (LIV. 1, 34, 9 PETRON. 105 SERV. auct. Aen. 3, 246). LIV. 1, 18, 10 auspicia, quae mitti vellet. 1, 34, 9 auspicium accepisse dicitur. 5, 31, 7 per interregnum renovari auspicia (6, 5, 6). 8, 17, 4 omnibus eo vitio contactis auspiciis (7, 6, 11 contracta *MP.* *cf.* CIC. dom. 42 quod salvis auspiciis tulisses, iure egisse *te* dicebant. Vatin. 37). 8, 23, 16 quod auspicium dirimeret. 8, 34, 9 non auspicia observentur (SVET. Aug. 92). SIL. 13, 154 dum daret auspicium (PS. AVR. VICT. orig. 23, 2). TAC. hist. 4, 69 unde ... auspicium ... peteretur (APVL. met. 2, 18 PARIS 1, 4, 2. 3). PLIN. paneg. 63 auspicia polluere. SVET. Vesp. 7 de firmitate imperii capturus auspicium (APVL. met. 9, 8 PANEG. 2, 13). SERV. Aen. 2, 715 dum ostenduntur auspicia. SERV. auct. Aen. 3, 246 *cum harpyiam* facit loquentem oscinis auspicium expungitur, dirum tamen, quod futuram famem denuntiat. NEPOTIAN. 1, 4, 2 similia auspicia habuit. CLAVD. carm. min. 30, 82 *Nereides* cecinere futuris auspicium thalamis. GLOSS. V 567, 50 ducto auspicio (IV 333, 48 *additur* quod potest duci vel nuntiari). HYG. astr. 2, 16 p. 56, 6 ei aquilam auspicatam; quo auspicio usum esse *Iovem*. CLAVD. 24, 129 fruiturque iterum, quibus haeserat olim, auspiciis. CIC. div. 1, 27 *Deiotarus* negat se eorum auspiciorum, quae ..., paenitere (2, 78). ENN. ann. 78 V. dant operam simul auspicio (CIC. epist. 10, 12, 3 LIV. 34, 14, 1. 38, 26, 1). 79 V. Remus auspicio se devovet. CIC. p. red. in sen. 11 ne auspiciis optemperaretur (div. 2, 20. 21. Sest. 83 auspiciis ... parens. Phil. 2, 88 nat. deor. 2, 7 div. 2, 21. 71. rep. 2, 16 auspiciis plurimum obsecutus est Romulus). Vatin. 10 auspiciis ... melius fuisse et praestabilius me civem in hac civitate nasci an te? nat. deor. 1, 14 auspiciis, quibus nos praesumus. off. 3, 66 demoliri ea, quorum altitudo officeret auspiciis. LIV. 10, 40, 4 qui auspicio intererant. PHOC. carm. de Verg. 70 auspiciis suffecit poena magistri. ISID. orig. 18, 3, 2 quod *aquila* ... Iovis in armis auspicio fuerit. CATO mil. frg. 4 ne quid consul auspici peremat. CIC. Rab. perd. 17 auspiciorum publica iura neglexisti (Sest. 56 Phil. 2, 102). dom. 40 auspiciorum patronus ... exstitisti. 41 auspiciorum religione (prov. 45). prov. 46 ratio. Phil. 5, 9 interpretes. div. 1, 33 auctoritatem. 1, 105 patrocinium. LIV. 5, 52, 9 renovatio. 22, 9, 7 neglegentia. SVET. Nero 46 portentis. AMM. 27, 4, 13 prosperitate. AVG. civ. 4, 29 tit. falsitate. *ibid.* pulchritudo. ENNOD. opusc. 1, 33 causa. MART. CAP. 9, 894 proventus. CIC. Verr. 6, 34 quod ... in urbem introferri solitus est... contra auspicia (dom. 40 har. resp. 48 Vatin. 5 prov. 46. Phil. 5, 8. 10 per vim et contra auspicia [6, 3. 12, 12. 13, 5 Att. 8, 3, 3]. div. 2, 71 ad Q. fr. 2, 2, 1 ASCON. Corn. p. 68 QVINT. inst. 2, 4, 35 LIV. perioch. 19. 22 SERV. Aen. 7, 606). LIV. 28, 27, 12 quid adversus auspicia ... ausi sitis (SVET. Iul. 30 Nero 2. VIR. ill. 44, 2 adversum auspicia). CIC. dom. 40 haec de auspiciis ... acta sunt a

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

te (Phil. 2, 88. 5, 7 nat. deor. 1, 14 epist. 1, 9, 7 Liv. 10, 40, 9 Serv. auct. Aen. 3, 265). dom. 42 omni genere iuris ..., quod in auspiciis ... sit (Phil. 2, 81 Att. 16, 5, 4 Liv. 41, 18, 14 Gell. 13, 14, 5 Schol. Germ. Bas. p. 91, 21 Isid. orig. 12, 7, 47. 18, 3, 2). div. 2, 71 Q. Fabi, te mihi in auspicio (*technice*) esse volo (Att. 2, 12, 1 Messala ausp. frg. Gell. 13, 15, 4). Liv. 10, 40, 2 pullarium in auspicium mittit (Lact. inst. 1, 11, 64 Fvlg. myth. 1, 20). Cic. Vatin. 18 *quae leges* una cum auspiciis ... conflagraverunt. Mil. 43 Milo ... ad illa augusta centuriarum auspicia veniebat? (Phil. 2, 88. 5, 9). Phil. 5, 7 per auspicia *lex* ferri potuit? (ad Brut. 1, 5, 4 Liv. 10, 39, 8. 41, 16, 5). div. 2, 79 *officia* non ab auspiciis petita sunt (Ov. fast. 1, 168). Sen. dial. 5, 2, 5 sine auspiciis populus ... egressus. Apvl. apol. 73 consensum publicae vocis pro divino auspicio interpretatur. *exempla structurae cum genetivo rei v. p. 1548, 29 sqq.*

II ***auctoritas, potestas, arbitrium, voluntas:*** *cf.* Gloss. V 288, 5 ductu auspicioque: ille qui duxit, non duxit nisi vidit signum de caelo aliquod. Serv. *et* Serv. auct. Aen. 4, 102 paribus ... auspiciis: aequali potestate. 4, 340 auspiciis dispositionibus .... alii auspiciis potestate. 7, 257. *significatio proprie ad magistratuum quorundam Romanorum imperium auspiciis firmandum pertinens iam inde a Plauti temporibus latius vagatur. coniungitur plerumque cum synonymis velut* imperium, ductus, virtus, animus (annus?), nomen, felicitas, secta, fides, consilium, iussus, numen, *secernitur ab his*: Cvrt. 6, 3, 1 quorum alia ductu meo, alia imperio auspicioque perdomui. Lvcan. 9, 22 quamvis comes isset in arma auspiciis raptus patriae ductuque senatus. Tac. ann. 2, 41 recepta signa cum Varo amissa ductu Germanici, auspiciis Tiberii. Svet. Aug. 21 domuit ... partim ductu partim auspiciis suis Cantabriam. Serv. Aen. 4, 103 'paribus auspiciis', non imperio. *cum gen. subiect.:* Plavt. Amph. 192 expugnatum oppidum est imperio atque auspicio eri mei Amphitruonis maxime. Epid. 381 virtute atque auspicio Epidici ... in castra redeo. Corp. I 541 (= VI 331) duct(u) auspicio imperioque eius (*Mummii*) Achaia capt(a) Corinto deleto. Verg. Aen. 6, 781 *Romuli* auspiciis ... Roma imperium terris ... aequabit. Tab. triumph. Aemil. 1 ductu auspicio imperio felicitateque eius (*Aemilii*) ... classis regis Antiochi victa. Tab. triumph. Gracch. 1 imperio auspicioque (*sc. Gracchi*) legio exercitusque populi Romani Sardiniam subegit. Hor. carm. 2, 15, 12 non ita Romuli praescriptum et intonsi Catonis auspiciis veterumque norma. Ov. ars 1, 191 auspiciis animisque (annisque *RO*) patris ... arma movebis et vinces animis (annis *RO*) auspiciisque patris. Liv. *passim; velut* 4, 20, 6 nec ducem novimus, nisi cuius auspicio bellum geritur. 4, 41, 11 quia et in Volscis consul auspicio dictatoris Postumi Tuberti ... res prospere gesserat. 7, 18, 2 duorum consulum auspicio bellum ibi gestum est. 7, 40, 16 vester consul, vester imperator ..., cuius auspicia pro vobis experti nolite adversus vos velle experiri. 28, 9, 10 quoniam ... eo die ... eius (*M. Livi*) forte auspicium fuisset. 28, 32, 7 Scipionum nomini, auspiciis omnis adsuetos. 29, 27, 2 qui p. R. ... imperium auspiciumque ... secuntur. Corp. V 7817 (Plin. nat. 3, 136). Fest. p. 189 cuius auspicio ... opima spolia capiuntur. S. C. de mense Aug. (Macr. sat. 1, 12, 35) *cum legiones* secutae ... sint eius (*Augusti*) auspicia ac fidem. Vell. 2, 129, 4 bellum Africum ... auspiciis consiliisque eius (*Tib. Caesaris*) ... sepultum est. Sen. epist. 33, 4 (*translate*) omnia quae quisquam *Stoicus* in illo contubernio locutus est, unius ductu et auspiciis dicta sunt. Cvrt. 10, 8, 10 cuius imperium, cuius auspicium secuti erant. Lvcan. 10, 531 rursus in arma auspiciis Ganymedis eunt. Plin. nat. 2, 167 septentrionalis ... oceanus maiore ex parte navigatus est auspiciis divi Augusti. Ps. Frontin. strat. 4, 3, 14 auspiciis ... Domitiani ... Lingonum ... civitas ... ad obsequium redacta. Tac. Agr. 33 auspiciis imperii Romani ... Britanniam vicistis. ann. 15, 26 orditur magnifica de auspiciis imperatoris. Porph. Hor. carm. 4, 14, 7 quod Drusus exercitibus auspiciis⟨que⟩ Augusti eos (*Vindelicos*) debellaverit. 4, 14, 33. Comm. instr. 2, 1, 18 auspicio (*i. exemplo*) quorum (*fratrum duorum*) facinus secutae fuere *tribus*. Paneg. 4, 18 aurea saecula ... nunc aeternis auspiciis Iovis et Herculis renascuntur. 5, 5 quae ductu atque auspicio numinis tui gesta sunt. Ps. Lact. inst. interpol. 1, 1, 13 quod opus nunc nominis tui auspicio inchoamus. Ivst. 11, 2, 2 servans in eo (*Alexandro Lyncesta*) auspicium dignitatis suae. 14, 4, 17. 16, 3, 7 quoniam fatorum auspiciis in eas sedes delati erant *Boeotii*. 18, 4, 1. Avg. civ. 5, 21 nisi contra illud auspicium dei Termini ... Romani imperii termini moverentur. *cum pronom. possessiv.,* alienus, proprius: Plavt. Amph. 196 ut gesserit rempublicam ductu imperio auspicio suo. 657 eos auspicio meo atque ductu ... vicimus. Epid. 343 (?) Bell. Alex. 43, 1 (?). Verg. Aen. 4, 341 me si fata meis paterentur ducere vitam auspiciis. Hor. epist. 2, 1, 254 tuisque auspiciis ... confecta duella. Ov. epist. 3, 136 sic eat auspiciis Pyrrhus ad arma tuis. fast. 1, 646 passos (sparsos *V*) Germania crines porrigit (corrigit *R*) auspiciis, dux veneranda, tuis. Liv. 6, 23, 9 bella suo unius auspicio gesta. 7, 6, 11 vindicasse *deos* ipsos suum numen, sua auspicia. 34, 10, 5 quod alieno auspicio ... pugnasset. Gratt. 2 dona cano divom, laetas venantibus artis, auspicio, Diana, tuo. Vell. 2, 115, 3 quae si propriis gessisset auspiciis. Val. Max. 3, 2, 6 quia sub alienis auspiciis rem gesserant. Fronto p. 120, 21 N. eloquentia ... meo ductu ... meoque auspicio nata est. Paneg. 2, 11 cum felicissimis vestris auspiciis uterentur *duces*. 12, 22 tua ... auspicia non hae tantum gentes tremunt. Firm. err. 29, 3 auspicia vestra maioribus cumulata sunt donis. *cum adiectivis nonnullis:* Cic. Catil. 4, 2 campus consularibus auspiciis consecratus (Mur. 1). Verg. Aen. 4, 103 communem hunc ... populum paribusque regamus auspiciis (7, 257 Mart. Cap. 1, 93). Ov. trist. 2, 174 auspicium cui das grande (*sc. Augustus Tiberio*) deosque tuos. Liv. 4, 2, 5 perturbationem auspiciorum publicorum privatorumque. 22, 1, 5 quod ... illi iustum imperium, quod auspicium esse? Lvcan. 2, 464 nec gerit auspiciis civilia bella paternis (Comment. paternam felicitatem dicit). Sil. 6, 66 patriis ... Punica bella auspiciis ingressus erat (9, 403). Corp. VI 944 quod *Titus* praeceptis patri[is] consiliisq(ue) et auspiciis gentem Iudaeorum domuit. Porph. Hor. carm. 1, 6, 2 ut si diceret Homericis auspiciis. Paneg. 2, 2 quae te prima signa imperatoriis auspiciis inaugurarint. Treb. Claud. 9, 9 auspiciis Claudianis victi sunt (11, 3 Vopisc. Aurelian. 17, 5). Avson. 290, 7 *Capua* sperare curules Campanis ausa auspiciis. Clavd. 8, 1 auspiciis ... sese regalibus annus induit. Coripp. Iust. 4, 269 ignarum recto deus ordine duxit ante futurorum, quam sunt, arcana bonorum auspiciis (*i. consiliis vel simile*) sacrare piis. *nude positum:* Liv. 27, 44, 4 *si velit* castra *Neronis* invadere praedae relicta sine viribus, sine imperio, sine auspicio. 28, 27, 4 qui imperium auspiciumque abnuistis. 28, 27, 5 vos auspicium et imperium ad Vmbrum Atrium et Calenum Albium detulistis. Val. Max. 2, 8, 2 cum de imperio et auspicio inter vos disceptationem susceperim. Cvrt. 5, 9, 4 auspicium et imperium interim alii trade. Paneg. 6, 14 *te pater, Maximiane, decet* auspicia bellis gerendis dare.

III ***omen,*** *postea etiam* ***exordium, principium*** *alicuius rei, quae significatio orta est ex more capiendi auspicia si quis quid aggredi in animo habebat. saepius circumitionis tantum, quam dicunt, vice fungitur. notanda est frequentior coniunctio* primum auspicium. Gloss. initium actionis, initium mensuum (?), initium alicuius rei, quo primo sumit exordium, id est inchoatur, ut fiat. initium cuiuscumque rei. auspicio principio. auspicia signa vel initia. auspiciis iniciis. *cum genetivo rei, praecipue incorporeae:* Cic. div. 2, 79 virtutis auspiciis video esse usum Deiotarum. Ov. fast. 1, 219 auspicium si sit stipis utile, quaeris ...? Liv. 1, 55, 5 hoc perpetuitatis auspicio accepto. Val. Max. 4, 3, 1 cum *Scipio* ... maioris Karthaginis capiendae sumpsisset auspicia. Sen. Tro. 609 nec abominandae mortis auspicium pavet? Cvrt. 4, 15, 27 avem monstrabat, haud dubium victoriae auspicium (Flor. epit. 2, 2, 7). Sil. 9, 403 lucis (*i. vitae*) idem auspicium ... duobus (Ps. Rvfin. in Os. 12, 3—6 p. 1022^{B} Cod. Iust. 3, 12, 6 [7], 5). 17, 562 mea signa secuti, quis pugnae auspicium dedimus caeduntur. Stat. Theb. 6, 222 abolere novi ... funeris auspicium. silv. 5, 2, 10 *si te* castrorum dulce vocaret auspicium. Ps. Qvint. decl. 1, 13 ut ... ab ipsis ... nuptiarum tuarum expelleretur auspiciis. Tac. Germ. 18 ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur *mulier* .... ann. 6, 37 *Euphraten* in modum diadematis sinuare orbes, auspicium prosperi transgressus. 15, 74 ad auspicium ... futurae ultionis trahebatur. Min. Fel. 25, 2 haec (*parricidium*) prima sunt auspicia religiosae civitatis. Tert. idol. 15 illis competunt ... auspicia poenarum (uxor. 1, 6 Carm. de Sod. 73). bapt. 5 in auspicia (auspicii *cod.*) emundationis blandiuntur. anim. 37 concessum est ... nativitati ... occurrere in hebdomadem, in auspicia resurrectionis et requietis et regni. Cypr. epist. 28, 2 accessit ad ... militiae victricis auspicia. Sol. 15, 5 canitiem habent auspicium capillorum. 40, 17 *Hesiodus* in auspiciis olympiadis primae obiit. Ps. Sol. add. p. 217, 22 *epistula* auspicium scriptionis facit Symm. epist. 8, 9). p. 218, 23 *in* os parvuli summo mucrone auspicium alimentorum ... infercit. Paneg. 2, 7 tale ... auspicium illius anni quid sequebatur ...? (Ennod. epist. 1, 5, 1). 3, 2 illi dies, quibus imperii auspicia sumpsistis (Spart. Hadr. 5, 7 Vopisc. Aurelian. 4, 4). 5, 2 vestrae maiestatis ortus ipso quo illuxit auspicio veris illustrior. 7, 10 *barbarorum manus* ortus tui auspicia temptasset. 9, 7 auspicium victoriae ... pro consummatione metiebantur. 12, 3 det ... mihi sermonis huius auspicium ille felicitatis publicae auspex dies (Symm. epist. 7, 1. 9, 63). Lampr. Comm. 1, 9 auspicium crudelitatis apud Centumcellas dedit. Spart. Geta 2, 4 cum ad tantos processus ei patuisset ... primi gradus vel honoris auspicium (Avr. Vict. Caes. 20, 30 quod ex illo ... auspicia honorum cepisset. Symm. epist. 9, 113 me auspiciis honoris sui interesse. Ennod. epist. 5, 16, 3 honorum auspicia ingressum. Cod. Iust. 12, 3, 1, 1 si eiusdem honoris praetendat auspicia). Ivst. 15, 3, 14 diadema ... auspicium primum regalis maiestatis Lysimacho fuit. 26, 2, 2 auspicia belli a parricidio incipientes. 27, 1, 1 regni a parricidio cepit. 44, 5, 4 expeditionis. Chalc. transl. p. 48^{D} dictionis. comm. 70 matutinae lucis. 101 indefessae ac sine intermissione vitae. 118 motūs novi. Ps. Avr. Vict. epit. 40, 13 gratissimi partus coepti a puero. Avien. orb. terr. 10 Oceanum carminis auspicium primum (Mart. Cap. 1, 1) memorate. Symm. epist. 7, 75 alternandae ... salutationis. 8, 39 si simile stili opperiris auspicium. Amm. 15, 8, 20 primo adventantium malorum auspicio. Serv. Aen. 4, 458 castitatis. Veg. mil. 1, 9 primis ... meditationum auspiciis. Hier. epist. 24, 3 negotiationis. Rvfin. hist. 4, 26, 7

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

regni . . . culmen ascendit observantiae huius (*philosophiae*) auspiciis elevatum. CLAVD. 26,452 certi . . . triumphi. AVG. serm. ed. Mai 3,1 non tam facile auspicia temeritatis nostrae erumperent. MACR. sat. 1, 3, 16 noctu futura . . . auspicium Saturnaliorum erit. MART. CAP. 2, 142 *quod nec* Charontis manibus involutam immortalitatem mortis auspicio consecrarit. 6, 593 in Arabia . . . sub noctis auspicio Helice non conspecta. COD. Theod. 9, 19, 2, 2 *anni exordium* actionis nascetur auspicium. 9, 35, 4 quadraginta diebus, qui auspicio caerimoniarum paschale tempus anticipant. AVELL. p. 524, 27 hoc auspicium tuae ordinationis. SIGIST. epist. hilaritatis. ENNOD. dict. 5, 9 sacerdotalis tituli. 9, 9 *adulescentulum* praesentis diei auditoriis tuis auspicia dedicarunt. 9, 10 felix istud nominis apud doctos auspicium (CASSIOD. var. 5, 3, 2 VEN. FORT. carm. 7, 23, 1). COD. Iust. 6, 36, 8, 1 huius iuris. 8, 1, 4 cognitionum. VEN. FORT. carm. 7, 7, 28 auspicium palmae te Sigibercthus habet. CORP. VIII 774. *cum genetivo gerundii*: SIL. 7, 231 *Flaminius* ruendi iam dudum properans signum auspiciumque dedisset. CYPR. epist. 28, 1 inde vincendi auspicia coeperunt. SOL. praef. 7 a figurarum arce auspicium faciant inchoandi. IVL. VAL. 3, 11 cum omnia concepta vivendi auspicium in tenebris sortiantur. SYMM. epist. 8, 32 auspicium . . . scribendi . . . facere. *nota genetivum personae*: MART. CAP. 5, 433 corax oris aurati venientis feminae auspicio (*pro 'venienti feminae', ut videtur*) praevolabat. *nude positum, additur etiam hic saepius* primum: GRATT. 10 primum auspicium deus artibus . . . dedit. TAC. ann. 3, 59 auspicia saltem gentile apud sŏlum inciperet. CENS. 2, 1 p. 4, 29 quoniam liber de die natali inscribitur, a votis auspicia sumantur. FIRM. err. 13, 4 in primis . . . librorum partibus, id est in ipsis auspiciis positus (*sic recte cod. cf.* 29, 3 in initio fidei positi . . . sensistis. *al.*), dixit *Porphyrius*. SYMM. epist. 5, 14 iamdudum tibi stilus meus facit auspicium. 5, 70 (68) inveterati moris est, ut qui ad peregrina discedit alternandis epistulis praestet auspicium. AMM. 14, 6, 3 tempore quo primis auspiciis in mundanum fulgorem surgeret . . . Roma. 14, 8, 8 *civitates* iam inde a primis auspiciis florentissimae. 15, 5, 25 imperatoris novelli per ludibriosa auspicia virium accessu firmandi. 20, 4, 18. 22, 8, 16 *civitates* omnes ab auspicio diligentia fundatae Graecorum. 28, 2, 2. 31, 14, 4. MART. CAP. 3, 247 nisi *consonantibus* . . . vocales . . . succurrerint, intra oris sonitum ante auspicia moriuntur. 8, 832 *primus colurus* ab aequinoctiali parte sumit auspicium. 9, 986 bacchius, qui ex trochaeo deducit auspicium, fine . . . iambici *pedis* terminatur. COD. Theod. 6, 8, 1 observationem . . . legis ab eius (*Macrobii*) volumus sumere provectionis (*codd.*; -ne *contra rhythmum viri docti*) auspicium. CASSIOD. var. 2, 1, 2 *Felix* primis auspiciis hinc prodidit meritum, quod. 8, 8, 2 favete . . . orationibus sacris nostris . . . auspiciis (*i. primordiis regni*). 8, 11, 3. 8, 14, 2. 8, 16, 5. 8, 10, 11 favete . . . auspiciis candidati. *Bannier.*

Auspicius, -a *cogn. plerumque in Gallia inventum, plerique christiani*: CORP. XIII 2191 (*Luguduni, saec. III*) Iuventiniae Auspiciae. SVLP. SEV. dial. 3, 7, 1 Auspicius praefectorius (*in prov. Lugud., saec. IV*). SIDON. epist. 4, 21 Auspicia *Frontonis coniux*. Auspicius episcopus *Vasensis*: CONC. Reg. a. 439 Mansi 5, 1195^{E} CONC. Araus. a. 441 Mansi 6, 441^{B} LEO M. epist. 40. Auspicius episcopus *Tullensis auctor carminis iambici*: EPIST. Austras. 23 (*ca. a. 460*) Praecelso, expectabili his Arbogasti comiti, Auspicius, qui diligo, salutem dico plurimam. SIDON. epist. 4, 17. 7, 10. CONC. Rhem. a. incerti (*ca. a. 628*) p. 203, 9 Auspicio *episcopo* Augustidunensi. CORP. XIII 3804 (*in Belgica, christ.*) Auspicius f(ec)et. X 4032 (*Capuae, periit*) d. m. Aurelio Auspicio filio dulcissimo parentes. *dubiae fidei* CARM. poet. min. V 118, 60 Auspicium iuvenem. **Auspiciola,** -ae. SALV. epist. 4, 1 Auspiciola *Salviani filia.* *Jacobsohn.*

auspicor, -ātus sum, -ārī, *prisce* **auspico,** -āvī, -āre *ab* auspex. PRISC. gramm. II 379, 5 *in cod. Bamb. inter verba, quae* antiqui tam activa, quam passiva significatione protulisse inveniuntur. 392, 11 plurima inveniuntur apud vetustissimos, quae . . . activam pro passiva . . . habent terminationem . . . auspico pro auspicor. NON. p. 468 auspicavi pro auspicatus sum. *activum in usu est apud vetustos et antiquarios; deponens iam inde a* CIC. ospicatur: QVADRIG. hist. 71 (Diom. gramm. I 383, 10), *cf. l. 76 et p. 1552, 22.*

I *auspicium agere; de magistratibus, raro de privatis*: GLOSS. *οἰωνίζομαι, ὀρνεοσκοπῶ*; auspicari somnia inquirere, auspicare requirere. *activ.* (*c. acc. et dat. rei, absol.*): NAEV. carm. frg. 40 auspicat *praetor* auspicium prosperum. PLAVT. Persa 689 lucro faciundo ego auspicavi in hunc diem. Rud. 717 isti rei auspicavi. Stich. 502 eā ego auspicavi. CAECIL. com. 182 magistratus publice cum auspicant. CATO or. frg. 1, 15 postquam auspicavi. 18, 1 domi cum auspicamus. ATTA com. 9 ut auspicetis. *fort.* QVADRIG. hist. 71 Flacco ospicatur. TAB. cens. Varro ling. 6, 86 ubi noctu in templum censor auspicaverit. COMMENT. quaestor. Varro ling. 6, 91 auspicio operam des et in templo auspices (*Mommsen, alii aliter*). VARRO Gell. 3, 2, 10 id, super quo auspicaverunt. *sero denuo usurpatur*: GELL. 13, 14, 5 (*de Messallae verbis ratiocinans*) quod in eo monte Remus . . . auspicaverit. APVL. flor. 16 p. 66 hesternum illis imbrem lacrimas auspicasse. COMMENT. Lucan. 2, 371 quod ab eo (*paranimpho*) nuptiae auspicentur. GLOSS. IV 312, 37 auspicare requirere; *cf. p. 1550, 58.*

depon. *c. obiecto*: VARRO ling. 6, 16 flamen dialis auspicatur vindemiam. LIV. 26, 2, 2 sollemne auspicandorum (auspiciatorum *P*) comitiorum (MACR. sat. 1, 12, 7). FEST. p. 242 matrimonii perpetuitatem. 245 peremne dicitur auspicari, qui amnem aut aquam, quae ex sacro oritur, auspicato transit. SEN. Ag. 8 auspicari regium capiti decus. Thy. 657 regna. SEN. contr. exc. 9, 5 quidquid accidit. *nota: i. q. auspicantem videre*: NEPOTIAN. 1, 4 praef. Remus prior sex vultures auspicatus: postea Romulus duodecim. *absolute*: VARRO ling. 7, 6 templum tribus modis dicitur ab natura, ab auspicando, a similitudine. frg. Gell. 3, 2, 10 ritus . . . et mos auspicandi eandem esse observationem docet; nam magistratus, quando uno die eis auspicandum est et id, super quo auspicaverunt, agendum, cum post mediam noctem auspicantur et post meridiem . . . ⟨agunt⟩, auspicatique esse et egisse eodem die dicuntur. 14, 7, 9 immolare . . . hostiam auspicarique . . . debere, qui senatum habiturus esset. CIC. nat. deor. 2, 11 quod . . . auspicari esset oblitus. div. 2, 72 is, qui auspicatur. *ibid.* cum offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiatur. 2, 73. 2, 74. LIV. 4, 6, 3 plebes ad id maxime indignatione exarsit, quod auspicari tamquam invisi diis inmortalibus negarentur posse. 27, 16, 15 Fabio auspicanti . . . aves semel atque iterum non addixerunt. 35, 48, 13 auspicantem immolantemque et vota nuncupantem. FEST. *et* PAVL. FEST. p. 18 quod ibi (*in auguraculo*) augures publice auspicarentur. 66 cubans auspicatur, qui in lecto quaerit augurium. 244 pulli, per quos auspicabantur. *ibid.* praepetes aves dicuntur, quae se ante auspicantem ferunt. 248 ubi (*in pomerio*) pontifices auspicabantur. 289 respicere avem est (autem et *cod.*) in auspicando, unde.... 348 qui post mediam ⟨noctem auspi⟩candi causa ex lectulo suo si⟨lens surr⟩exit. 351 sinistrum in auspicando significare ait Ateius Capito laetum et prosperum augurium. SEN. contr. 9, 5 (28), 9 nefaria et dicentem et auspicantem. SEN. dial. 10, 13, 8 quod Remo auspicante illo loco (*in Aventino*) aves non addixissent. PLIN. epist. 3, 5, 8 lucubrare *Plinius* Vulcanalibus incipiebat, non auspicandi causa, sed studendi. SVET. Tib. 2 non pascentibus in auspicando pullis. Nero 8 cum ob totius diei diritatem non aliud auspicandi tempus accommodatius videretur. 46 auspicanti Sporus anulum muneri optulit. Galba 18 auspicanti pullos avolasse. FLOR. epit. 1, 1, 6 uter (*Romulus an Remus*) auspicaretur et regeret adhibere placuit deos. ITALA deut. 18, 10 (Lugd.) divinans divinationem, auspicans et augurans. PS. AVR. VICT. orig. 11, 3 *Aeneam* ibidem auspicatum. 23, 2. 23, 3. SERV. Aen. 3, 20 auspicari . . . cuivis etiam peregre licet (*opp.* augurium agere). *ibid.* peritissime ergo Vergilius consuetudinis meminit cum facit Aeneam, quia peregre, id est in Thracia agit, auspicantem. SERV. auct. Aen. 3, 361 praepetes sunt, quae secundo auspicio ante eum volant, qui auspicatur. 3, 374 maiora *auspicia* sunt, quibus praeter tripudium auspicari ius est. 4, 200 amplius uno exitu in eo (*templo*) esse non oportet, cum ibi sit cubiturus auspicans. SCHOL. Verg. Veron. Aen. 10, 241 ut in exercitu ⟨. . . penes que⟩m imp⟨erium auspici⟩umque erat, in tabernaculo in sella ⟨se⟩dens auspicabatur. OBSEQ. 24 cum Lavinii auspicarentur, pulli e cavea in silvam Laurentinam evolarunt. PS. ASCON. Verr. p. 188 auspicari dicuntur ineuntes magistratus. *nota structuras*: VARRO frg. Non. p. 92, 6 quod de caelo auspicari ius neminist praeter magistratum (GLOSS. IV 85, 23 haruspex, qui de cantus avium auspicatur). CIC. div. 1, 77 cum *Flaminius* tripudio (*abl.*) auspicaretur (2, 77). epist. 7, 30, 1 ille . . ., qui comitiis tributis (*dat., cf. p. 1549, 71. 72*) esset auspicatus, centuriata habuit. PAVL. FEST. p. 276 ubi Remus de urbe condenda fuerat auspicatus. ARNOB. nat. 2, 67 Martium discrimen obeuntes spem proelii sumitis ex acuminibus auspicati? (*sed P* et ex acuminibus auspicatis). PROB. Verg. ecl. 6, 31 ubi primum Italiam, quo auspicati sunt, . . . accesserint. ISID. orig. 18, 3, 2 *aquilam Iuppiter* pro indicio victoriae acceptam tutelae suae auspicatus, eam legioni signum dedit. *nota de aquila i. q. auspicium facere*: HYG. astr. 2, 16 p. 56, 6 sacrificanti ei (*Iovi*) aquilam auspicatam (SERV. auct. Aen. 1, 394 *de eadem re*: obvolasse in augurium).

II *incipere, initium facere* (*de origine significationis cf.* auspicium *III p. 1548, 29 sqq.*); GLOSS. auspicantes initiantes; auspicantia inchoantia; auspicatus adorsus, incipiens vel incipit. *additur saepe qua re et unde; notabiles sunt coniunctiones crebrae cum vocibus incipiendi aliis, velut* novus, inchoare, primus, rudimenta, initium, coepisse, *sive oppositis et iuxta positis* consummare, differre *al.* 1 *transitive*: *de hominibus*: LEX arae Aug. Narb. (Corp. XII 4333) 25 qua die primum imperium orbis terrarum auspicatus est. VELL. 2, 101, 3 militiae gradum (SVET. Aug. 38 militiam). VAL. MAX. 4, 4, 1 consulatus initium (COLVM. 1, 1, 18 suorum scriptorum primordium talibus . . . sententiis. SVET. Cal. 54 initium in scaenam prodeundi licentia temporis. MACR. somn. 1, 12, 4 condicionis futurae . . . exordium). 5, 4, 4 ingenium et adulescentiam praeclaro opere. 8, 15, 8 honorem ⟨curulem⟩ (SVET. Claud. 7. AVG. civ. 3, 16 consulatus . . . novum honorem ac potestatem). 9, 2 ext. 9 taeterrimum artis suae opus *i. taurum aeneum* (COLVM. 4, 3, 1 nova opera. SVET. Nero 37 in auspicando opere Isthmi). SEN. Ag. 174 bella (IVST. 4, 5, 3. PANEG. 10, 16 res bellicas). dial. 6, 11, 4 fletu vitam (PLIN. nat. 7, 3 a suppliciis vitam. TERT. adv. Marc. 4, 21 lucem lacrimis). epist. 47, 10 senatorium per militiam . . . gradum. COLVM. 4, 23, 1 secundum Idus Octobris putationem *vinearum*. 6, 2, 3 domituram *iuvencorum*. 11, 2, 3 ab Idibus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Ianuariis . . . culturarum officia (SYMM. epist. 6, 60 officium litterarii muneris). TAC. ann. 15, 24 regnum. PLIN. paneg. 1, 1 quod nihil rite, nihil providenter homines sine deorum inmortalium ope consilio honore auspicarentur. SVET. Nero 7 iuris dictionem. vita Verg. p. 58 poeticam. APVL. met. 8, 8 parricidio nuptias. apol. 73 virilis togae usum. TERT. bapt. 9 prima rudimenta potestatis suae . . . aquā. CYPR. idol. 5 rem concordiae per discordias. epist. 38, 2 pacem. hab. virg. 16 (*audacter:*) malo praesagio futurorum capillos iam tibi flammeos auspicaris (*cf.* HIER. epist. 107, 5 nec capillum inrufes et ei aliquid de gehennae ignibus auspiceris). ITIN. Alex. 2 illinc . . . res Martias . . . , ubi. 7 iter in Asiam. PANEG. 10, 31 ludibri⟨i⟩s oppressoris sui . . . libertatem (MACR. sat. 1, 15, 22 libertatem . . . uxoriam). IVST. 5, 8, 12 caedes . . . civium ab Alcibiade (OROS. hist. 2, 17, 6 occiso Alcibiade). 21, 1, 7 tyrannidem in suos prius quam in exteros. 38, 1, 1 parricidia nece uxoris. PS. LACT. inst. interpol. 1, 1, 13 salutarem universis et optabilem principatum praeclaro initio. SEN. contr. exc. 5, 6 forensia stipendia. SYMM. or. 2, 18 quae deo proximus auspicatur, aeterna sunt. ENNOD. dict. 9, 17 gymnasia litterarum. CASSIOD. var. 8, 10, 4 emeritam laudem. *nota*: CASSIOD. var. 8, 12, 2 auspicatus es militem, cum implere potueris cognitorem. *de rebus*: FLOR. epit. 1, 18, 1 ut *bellum Tarentinum* eodem tempore et Italiam consummaret et transmarinos triumphos auspicaretur. APVL. met. 8, 12 oculi (*sc. perfossi*) quodam modo futuras tenebras auspicantes venientes poenas antecedunt. CHALC. transl. 36 *animae substantia* divinam originem auspicata est indefessae sapientisque et sine intermissione vitae. HIL. trin. 1, 23 quartus . . . liber initium sui ex haereticorum doctrinis auspicatur. HIER. epist. 22, 19 ficus folia (*quibus Adam et Eva se texerunt*) auspicantia pruriginem nuptiarum. PAVL. NOL. epist. 4, 3 illius . . . infantiae . . . , quae . . . dominicam auspicata est passionem (*adludit ad liberos ab Herode trucidatos*). COD. Theod. 2, 4, 4 editione rescripti . . . lis exordium auspicatur.

II *translate, de rebus (saepius de oratione) et hominibus*: Cic. Pis. 71 de ipso, qui scripsit, detrahi nihil volo, qui si fuisset in discipulo comparando meliore fortuna, fortasse austerior et gravior esse potuisset. Pis. frg. 17 putavi austerum hominem, putavi tristem, putavi gravem, sed video adulterum, video ganeonem. or. frg. A XIII 20 non possunt hi mores ferre hunc tam austerum et tam vehementem magistrum (*syn.* durus, tristis, severus). Cael. 33 ex ipsa quaeram prius, utrum me secum severe . . . agere malit an remisse . . . . si illo austero more ac modo, aliquis mihi ab inferis excitandus est ex barbatis illis. de orat. 3, 98 quanto molliores sunt et delicatiores in cantu flexiones et falsae voculae quam certae et severae! quibus tamen non modo austeri, sed, si saepius fiunt, multitudo ipsa reclamat. 3, 103 ita sit nobis . . . ornatus et suavis orator . . ., ut suavitatem habeat austeram et solidam, non dulcem atque decoctam. Hor. ars 342 celsi praetereunt austera poemata Ramnes: omne tulit punctum qui miscuit utile dulci. sat. 2, 2, 12 seu pila velox molliter austerum studio fallente laborem seu te discus agit. Prop. 3, 3, 50 ut per te clausas sciat excantare puellas, qui volet austeros arte ferire viros (3, 14, 24). 4, 11, 49 quaelibet austeras de me ferat urna tabellas. Plin. nat. 11, 275 supercilia quibus porriguntur in rectum, molles (*sc. homines*) significant; quibus iuxta nasum flexa sunt, austeros. Qvint. inst. 9, 4, 128 poscitur tum austera *periodos*, si accuses, tum fusa, si laudes (*cf.* Gloss. *supra p. 1558, 29*). 11, 3, 74 senes austeri ac mites, iuvenes severi ac luxuriosi (*in comoediis*). decl. 362 p. 394, 13 (*locus non sanus, opp.* indulgens? *cf.* Inscr. *infra p. 1560, 38*). Plin. epist. 2, 19, 6 quem (*auditorem*) non potius dulcia haec et sonantia quam austera et pressa delectent? 3, 18, 10 precor ut quandoque veniat dies . . ., quo austeris illis severisque dulcia haec blandaque vel iusta possessione decedant. Gell. 18, 4, 10 stolidos . . . vocari non tam stultos et excordes, quam austeros et molestos et inlepidos. Apvl. apol. 10 *vir* agrestis quidem . . . et barbarus, verum longe austerior ut putat Serranis et Curiis. 19 virum tam austerae sectae. Tert. adv. Marc. 2, 29 postea mitior *deus*, qui retro austerior. Itala Matth. 25, 24 (cod. b) austeris es (σκληρός, Vvlg. durus). Luc. 19, 21. 22 (codd. a b *aliique, v.* Vvlg. *infra l. 30*). Porph. Hor. carm. 3, 12, 3 videntur . . . patrui adulescentibus corripiendis austeriores esse quam patres. epist. 2, 1, 23 (*de XII tabulis*) ob austeram et rancidam vetustatem (*cf.* Non. p. 460 putidum . . . quod auribus triste, insuave, austerum, rancidum sit). Pass. Mar. Iac. p. 52, 2 erat in virtute semper austerior *Iacobus*. Capitol. Opil. 11, 1 fuit . . . in vita imperatoria paulo rigidior et austerior. Avson. 181, 8 austeris doctus iungere temperiem. 164, 10 haec *femina* me praereptum cunis et ab ubere matris blanda sub austeris imbuit imperiis. 171, 10 seria vitans moribus austeras aequiperavit anus produxitque hilarem (*?* celerem *trad.*) per sena decennia vitam. 322, 11 studium puerile fatiscit, laeta nisi austeris varientur (*ibid. legitur* tetrici praeceptoris *et* horrida forma magistri). Dares 13 Diomedem . . . vultu austero. Ps. Ambr. serm. 44, 1 tunc auditor proficit, quando austeriora annuntiat praedicator. 48, 2 repugnatione animi mundi dulcia recusantes et eius non recusantes austera. Hier. epist. 48, 17 quicquid vel austerum esse videtur vel durum, id scriptoris auctoritati, non interpretis officio deputet. 121, 1 rigidam . . . et austeram vitam (Rvfin. hist. 5, 3, 2 satis arduam et austeram). 121, 9 ne sententia dei in propinquos et fratres suos displicere videatur et vel austera esse vel nimia (Cod. Theod. 16, 5, 53 *a. 412* se austeriorem sententiam subiturum. Salv. eccl. 1, 10). Vvlg. Luc. 19, 21 *et* 22 homo austerus (austeris Itala *v. supra l. 8*, αὐστηρός). Cod. Theod. 9, 4, 10 (*a. 366*) in senatorii ordinis viros pro qualitate peccati austerior fuerit ultio proferenda. 9, 3, 6 (*a. 380*) austera praeceptione sancimus. Macr. sat. 1, 1, 3 austeriore aliqua de re sermo. Favst. Rei. grat. 2, 12 p. 95, 17 per rigidam magnanimitatem virtutis austerae. Salv. gub. 6, 91 si quando *deus* nos plagis austerioribus coercet. eccl. 4, 47 (*bis, opp.* dura, *item* 4, 48). Cassiod. compl. in I Petr. 6 non tantum placidis, sed etiam qui videntur austeres. Inscr. christ. Rossi II p. 264, 16 terret et austeris indulgentissima miscet (*cf.* Qvint. decl. *supra p. 1559, 82*). Diff. Suet. p. 289, 7 Reiff. serias . . . dictas res a barbaris, qui Seres appellantur, asperrimi et austerrimi (*uncis seclusit Reiff.*).

synonyma et iuxta posita: *ad I*: asper, subausterus, acerbus, ardens (Porph. Hor. carm. 2, 11, 19), insuavis, acidus, acer, salsus, durus, subamarus, amarus, acutus, fortis, siccus, gravis, mordax, crudus, stypticus. subacidus. floridus (*color*). *ad II*: gravis, tristis, durus, vehemens, severus, molestus, inlepidus, rancidus, insuavis, rigidus, serius, (tetricus).

opposita: *ad I*: dulcis, suavis, subdulcis, (remissus), praedulcis, delicatus, lenis, decoctus. iucundus. fluxus. *ad II*: (remissus), mollis, delicatus, suavis, dulcis, decoctus, fusus, mitis, indulgens, blandus, hilaris (*?*), laetus, placidus, asper.

compositum: subausterus. *derivatum*: austerulus.

adv. **austērē**. Caper gramm. VII 108, 5 austere, non austeriter. *translate*: Cic. Mur. 74 at enim agit mecum austere et stoice Cato (Vvlg. II Macc. 14, 30 videns secum austerius agere Nicanorem, αὐστηρότερον). Fronto p. 213, 1 N. iocularia austere, fortia h⟨ilari⟩ter dicenda. Iren. 4, 28, 1 illic typice et temporaliter et mediocrius, hic vero vere et semper et austerius. Hier. epist. 31, 2 'nimium', respondebis, 'austere, et quod festo non conveniat diei'. Canon. Migne 56, 401A huiusmodi pernicies austerius vindicetur. Favst. Rei. grat. 2, 5 p. 68, 14 sermonis rigorem qui ex verbis prophetae austerius percutit legentis auditum. epist. 9 p. 212, 3 me austeri⟨u⟩s loqui (*codicis scripturam tuetur Petschenig supplens* verbis). *synonyma*: stoice, (rigide). *opposita*: hilariter, mediocriter. *Ihm.*

Austia *fluvius Hyrcaniae.* Ravenn. p. 62, 11. *contulerunt edd. regionem* Asthianenam *Armeniae.*

Austicula, -ae *urbs Campaniae situs incerti.* Liv. 23, 39, 6. *Diehl.*

Austīnius *v.* Austius. **austium** *v.* ostium.

Austius, -a *nom. gent.* Corp. IX 2869 (*Histonii*) Sex. Austí Sex. f. 2870 C. Austius Sex. f. 2871 Ausstio Dio . . . ⟨A⟩usstia. **Austīnius,** -ī *nom. gent.* Corp. XI 681 (*Foro Corneli*) C. Austinio Sabino patri pie(ntissimo) Austini Iustu⟨s⟩ et Iustinus. *Jacobsohn.*

Austoriānī *v.* Ausuriani.

[**Austorinus,** -ī] *cogn. vir.* Exc. barb. chron. I p. 277, 66 Caesario et Austorino. *idem* p. 278, 76 Autorino.

[**Austorius,** -ī] *cogn. vir.* Exc. barb. chron. I p. 279, 93 Austorio et Silvano. *Diehl.*

austrālis, -e *ab* auster. *inde a* Cic. Gloss. νοτινός. III 293, 3 νότιος australis (*sc. ventus, cf.* II 569, 15 austernalis ventus auster). Isid. nat. 12, 6 notius, qui australis nominatur. Gloss. IV 23, 2 australis meridiana pars (*cf.* 486, 21). 23, 18 australis meridianus. Not. Tir. 110, 74. *cf.* austrinus.

Cic. Arat. 167 australem soliti quem dicere Piscem (Schol. Arat.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

p. 105ᵃ, 6 Piscis maior invisibilis australis. p. 225, 4 *Piscium* unus quidem aquilonius, alter . . . australis vocatur [*βόρειος . . . νότιος*]. *cf.* ISID. orig. 12, 6, 32). rep. 6, 21 duo *cinguli* sunt habitabiles, quorum australis ille . . . nihil ad vestrum genus. Tusc. 1, 68 altera *ora* australis, ignota nobis, quam vocant Graeci *ἀντίχθονα* (*opp.* septentrionalis). nat. deor. 2, 50 quae *regio* tum est aquilonia, tum australis (*cf.* CHALC. comm. 67. HIER. in Abd. 4/5 p. 370 omnis australis regio). OV. Pont. 4, 4, 1 nulla dies adeo est australibus umida nimbis. met. 2, 132 polumque effugit australem iunctamque aquilonibus arcton (SEN. Herc. O. 1104 australis polus. CHALC. comm. 66. SCHOL. Arat. p. 103 *νότιος*). LVCAN. 8, 181 Canopos excipit australi caelo contenta vagari, stella timens borean. PORPH. Hor. carm. 3, 3, 54 australem cardinem significat, qui est torrentissimus (MACR. somn. 2, 5, 21 DRAC. Romul. 6, 74). 3, 24, 38. PS. CENS. frg. 2, 1 *circulus* australis humillimus et aquilonius excelsissimus (= SCHOL. Germ. Sang. p. 105, 2. *cf.* p. 106, 16 ab *circulo* infimo tropico australi brumalique eodem per aequinoctialem ad summum solstitialem eundemque aestivalem. MACR. somn. 1, 15, 13 *opp.* septentrionalis. ISID. nat. 10, 2). CHALC. comm. 67 *circuli* vicini polis . . . pro differentia regionum aquilentanae itemque australis apud quosdam maiores, apud alios minores putantur. PALLAD. 4, 8, 2 tunc duos frugiferae arboris ab australi parte ramos . . . tolles (4, 10, 24. TYCON. p. 73, 26 *sol* decursa australi parte . . . vadit in locum suum rediens. HIER. in Is. 30, 1/2. p. 403 VVLG. exod. 40, 22 num. 8, 2 deut. 34, 3. Ios. 12, 3 *ἀπὸ Θαιμάν*. 15, 7. I reg. 30, 1 ex parte australi, *ἐπὶ τὸν νότον*. Iudith 7, 6. *cf.* MACR. somn. 2, 7, 18). AVIEN. orb. terr. 390 Oceani. 1263 in australem inclinatior axem (Arat. 650. CORIPP. Ioh. 6, 269 pergit in australem . . . axem). 1288 australis certe Scytha dicitur iste. Arat. [609] 719 inque australes se gerit umbras. 824 australia flabra. 1284. AMM. 15, 10, 2 a latere australi (18, 9, 2. 23, 6, 74. 27, 4, 7 CLAVD. 20, 242 AVG. quaest. hept. 2, 177, 6 p. 210, 15. p. 211, 1 *opp.* aquilonius). AMM. 22, 7, 10 ab australi plaga (23, 6, 45. AMBR. hex. 4, 5, 23 qui in australem plagam videantur umbram transmittere. VVLG. gen. 13, 1 ad australem plagam. exod. 27, 9 in cuius australi plaga contra meridiem. 38, 9 num. 34, 4. Ios. 15, 1 ad extremam partem australis plagae, *πρὸς λίβα*. 18, 5 *ἀπὸ λιβός*. 18, 19. 19, 8 contra, *κατὰ λίβα*. I reg. 30, 14 *ἐπὶ τὸν νότον*. Ezech. 47, 19 plaga . . . australis meridiana, *τὰ πρὸς νότον καὶ λίβα*. *ibid.* haec est plaga ad meridiem australis, *νότος καὶ λίψ*. IORD. Rom. 366. GREG. TVR. stell. 32 stellae ad imam australem plagam surgunt. ISID. nat. 9, 3 *opp.* septentrionalis). AMM. 23, 6, 12 sinus. 23, 6, 13 in pelagus eiectatur australe *Ganges* (31, 2, 16 mare). 23, 6, 66 Baetae australi celsitudine montium inclinati. HIER. epist. 108, 11 superiores et inferiores aquas, quas . . . pro australi terra et arida possessione susceperat (VVLG. gen. 20, 1 profectus . . . in terram australem, *εἰς γῆν πρὸς λίβα*. 24, 62 Ios. 15, 19 Is. 49, 24). VVLG. Ezech. 40, 44 facies eorum contra viam australem (*πρὸς νότον*. 40, 12. 27. 41, 11. ARATOR act. 1, 673 australem celebrare viam). Ezech. 40, 28 introduxit me . . . ad portam australem (*πύλης τῆς πρὸς νότον*. *cf.* CLAVD. 7, 171). 42, 18 et ad ventum australem mensus est (*διεμέτρησε κατέναντι τοῦ νότου*). PS. RVFIN. in Am. 5, 7—8. CLAVD. 7, 171 australes reserat portas succinctus Orion (*opp.* arctoa). 20, 272 *Pisidae* continuant australe latus. 15, 279 cui placet australes Gildo condonat habenas (*et sic pro africanus*: 18, 403 australem arctois pensasset frugibus annum, *i. annonam*. 21, 248 tuba. 24, 17 *et* carm. min. 30, 45 exuviis). MACR. somn. 1, 15, 14 ad australem verticem (1, 16, 5). 2, 5, 35 australes . . . adversos stare nobis. 2, 5, 14 superior septentrionalis, inferior australis extremitas. 2, 7, 18 ambae partes ultimae, id est septentrionalis et australis. MART. CAP. 8, 822 quintus *parallelus* . . . idemque ultimus australis quique antarcticus perhibetur. SIDON. epist. 7, 9, 21 australis reginae (*cf.* auster *p. 1556, 19*). GREG. M. epist. 9, 147 p. 148, 28 quia australi in animo calore ardet (*opp.* arcturi frigus. *cf.* austrinus *p. 1562, 27*). *neutr. pro subst.*: CHALC. comm. 69 planetes . . . ab aquilentanis ad australia . . . oberrant. MACR. somn. 1, 6, 53 septem sequentibus *diebus* a medio ad imum australe delabitur *luna*.

synonyma: notius, meridianus, (africanus). *opposita*: septentrionalis, aquilonius, (boreus), aquilentanus, arctous. *Ihm.*

Austranum *territorium Calabriae* LIB. col. I grom. p. 211, 2. *Jacobsohn.*

Austrapius, -ī *cogn. vir. germ.* GREG. TVR. Franc. 4, 18 Austrapius dux (BAVDON. 2, 5) *Turonensis vel Pictavensis. ibid.* Austrapio. 4 ind. capit. 18 de Austrapio (astrapio *A 1*, austrappio *C 1*) duce.

Austrasiī, -orum *gens Francorum.* GREG. TVR. Franc. 5, 14. 5, 18 p. 215, 5. NOT. Tir. 73 auster. 74 austeralis. 74ᵃ Austrasiorum. 74ᵇ Neuster. 74ᶜ Neustralis. 74ᵈ Neustrasiorum. *eorum regio appellatur* **Austria,** -ae. GREG. TVR. Mart. 4, 29 quomodo in Austria ambularem.

Austravia *v.* Austeravia.

Austrechildis, -is *nom. mul. germ.* 1 *Gunthramni, Francorum regis, uxor.* GREG. TVR. Franc. 4, 25 [*codd. A 1 B C D*] *Gunthramnus* Austerchildem (austerchilde *A 1*, aust|ghildę *B 2*, austrigildem *B 3 C 1*, austrechilde *B 5, evanuit B 4*) cognomento Bobillam accepit *uxorem.* 5 ind. capit. 35 [*codd. A 1 B C 1—3. 5—7 D*] de Austregilde (austrigilde *A 1*, austrechilde *B 2. 3. 4*, austrechyldae *B 5*, austrihilde *C 1, in contextu* austrigildes) regina. Franc. 5, 17 [*codd. A 1 B C D*] Austregildem (austrigildem *A 1 C 1*, austrigyllem *B 1*, austrechildem *B 2. 5*) reginam. 5, 35 [*codd. A 1 B 1. 2. 5 C D*] Austrechildis (austrigildis *A 1 C 1*, austrigildes *B 1*) Guntchramni principis regina. CONC. Valent. a. 585 p. 162, 25 Austrechildis regina. MAR. AVENT. chron. II p. 239, 581, 1 Austregildis regina. 2 CORP. XIII 3509 (*in Ambianis*) Austrechildis hic requiiscit in pace. *Diehl.*

Austria *v.* Austrasii.

austrifer (-a, -um) *ab* auster *et* ferre. SIL. 12, 2 iam terra glaciale caput . . . et austrifero nebulosam vertice frontem immitis condebat hiems. *Ihm.*

Austrigildis *v.* Austrechildis.

Austrigisilus, -ī *cogn. germ.* 1 *pagensis Turonensis.* GREG. TVR. Franc. 7, 47 [*codd. A 1 B 1. 2 D*] *ubi* austrigisil- *quinquies D 5, quater A 1*, astrigisilo *semel A 1*, austrighiselus *B 2 semel*, austrighisilus *B 2 semel*, austrighysel- *B 1 et rell. codd. D quinquies, B 2 ter.* 2 *episcopus Biturigum*: CONC. Paris. a. 614 p. 191, 3 ex civitate Beturregas Austrigisilus episcopus. *Diehl.*

Austrigonia *v.* Austrigones.

austrīnālis (-e) *ab* auster, austrinus. LIB. col. I grom. p. 248, 19 limites austrinales. *cf.* austernalis *sub* australis *p. 1560, 80.*

austrīnātio, -ōnis *f. cf. c.* auster, austrinus. ITALA deut. 28, 22 (Lugd.) percutiat te dominus . . . austrinatione (*ἀνεμοφθορίᾳ*, VVLG. aere corrupto).

austrīnus, -a, -um *ab* auster. PRISC. gramm. II 79, 3 i longam habebunt paenultimam, ut auster austrīnus. *cf.* australis. VERG. georg. 2, 271 qua parte calores austrinos tulerit. COLVM. 7, 3, 12 austrinos flatus captare (PLIN. nat. 17, 11 APVL. met. 11, 7). 11, 2, 37 austrinus dies. PLIN. nat. 17, 11 hoc est illud quadriduum oleis decretorium, hic articulus austrinus nubili spurci, quod diximus. fruges quoque peius maturescunt austrinis diebus, sed celerius. 17, 230 *pluviae* (*opp.* quae fiunt post arcturum). 16, 109 sed fiat austrinum caelum aut nubilum. 2, 123 quod tempus austrinum est, huic vento septentrione contrario. SVET. Aug. 81 initio veris praecordiorum inflatione temptabatur, austrinis autem tempestatibus gravedine. APVL. mund. 1 humidus et austrinis vaporibus mollis. PANEG. 12, 4 quae (*Hispania*) nec austrinis obnoxia aestibus nec arctois subiecta frigoribus media fovetur axis utriusque temperie. CAEL. AVR. acut. 3, 11, 102 insueta . . . querela aeris tanquam austrini. CASS. FEL. 1 p. 2 solet etiam et austrinus aer iniurias capitis nutrire. SIDON. epist. 2, 2, 16 si turbo austrinus insorduit. MANIL. 1, 238 pars eius (*sc. terrae*) ad Arctos eminet, austrin.s pars est habitabilis oris. 1, 590 circulus austrinas qui stringit et obsidet Arctos. VITR. 9, 5, 1 sub Capricorno subiectus Piscis austrinus (9, 5, 3 COLVM. 11, 2, 63. SCHOL. Arat. p. 310, 27 *opp.* aquilonius. MART. CAP. 8, 838. 841 *bis.* 893). PLIN. nat. 2, 93 in capite septentrionalis austrinaeve serpentis (*i. stellae. cf.* 18, 353 *opp.* aquiloniam. MART. CAP. 8, 838 austrina *signa, opp.* aquilonia. IORD. Get. 3, 20 austrinis signis percurrit *sol*). PLIN. nat. 2, 91 in austrino polo (5, 56. 6, 69. *cf.* 2, 172 utrimque circa vertices, hunc qui trionum septem vocatur, eumque qui adversus illi austrinus appellatur). 18, 281 duorum siderum observatione, aquilae in septentrionali parte et in austrina caniculae (CARM. poet. min. V 68, 17 primus in austrinis Orion partibus exit). AMM. 22, 8, 11 latus eius austrinum. MART. CAP. 8, 837 circulus (*opp.* septentrionalis). *neutr. plur. pro subst.*: PLIN. nat. 6, 213 Cypri austrina . . ., septentrionalia Africae (6, 214. 215).

opposita: arctous, aquilonius, septentrionalis. *compositum*: transaustrinus. *Ihm.*

Austrinus, -ī *Aurelianensis ecclesiae episcopus.* GREG. TVR. Franc. 9, 18. *Diehl.*

austro, -āre *ab* auster. GLOSS. V 7, 35 austrare: humefacere, dictum ab austro qui est pluvialis (*cf.* 49, 11). II 27, 32 austrans *νοτίζων, ὑγραίνων*. IV 209, 28 austrare: humidum facere (V 462, 16. 492, 22). V 589, 26 austrare (alist- *trad.*): humectare.

austroafricus, -ī *m. ab* auster *et* africus. ISID. orig. 13, 11, 7 austroafricus *dictus*, quod vinctus sit hinc inde austro et africo. ipse et libonotus. GLOSS. III 84, 63 *λιβόνοτος*. ISID. nat. 37, 3 (*Suet. ed. Reiff. p. 230, 6*) austroafricus ventus temperatus calidus a sinistris austri spirans. CARM. poet. min. V n. 70, 21 libonotus laevam calidis adtaminat auris; aestibus inmensis ardens austroafricus hic est.

Austroaldus *v.* Austrovaldus. **Austrogonia** *v.* Autrigones.

Austrogothī *v.* Ostrogothi. **Austrōnius** *v.* Auster.

austronotius *vel* -notus (-nothus) *polus.* ISID. nat. 12, 3 *polus* terrae oppositus austronotus dictus est (*cf.* 12, 6). orig. 3, 32, 1 *polus* alter australis, qui numquam videtur et austronotius dicitur (3, 36 *bis. ab* ISID. *pendet* SCHOL. Arat. rec. interp. p. 286, 16). 13, 5, 5 (-nothus, -notius *Arevalo*). *Ihm.*

Austrovaldus, -ī *cogn. vir. germ.* 1 *dux Francorum* GREG. TVR. Franc. 8, 45 [*codd. A 1 B 1. 2 C D*] *ter, ubi* austroald- *A 1 bis, B 1. 2 semel*, astroaldo *A 1 semel.* 9, 7 [*codd. A 1 B 1. 2 D*], *ubi* austroaldus *A 1.* 9, 31 [*codd. A 1. 2 B 1. 2 D*] *bis.* 2 INSCR. Bonn. Jahrb. 105 p. 131, 4 (*saec. VII/VIII*) Austroaldus.

austrum *v.* haustrum *et* ostrum. **Austrus** *v.* Auster.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Austruxi *v.* Sexi. **austulōsus** *v.* assulosus.
Austur *v.* Austuriani. **Austura** *v.* Asturis.
Austuriāni *gens Africae, Synesio Αὐσουριανοί.* AMM. 26, 4, 5 Austoriani (*om. P b*) Mauricaeque aliae gentes. 28, 6, 2 Austoriani his contermini partibus (*sc. Tripoleos Africanae provinciae*) barbari. 28, 6, 13 Austoriani. *singulariter collective* Austur: CORIPP. Ioh. 2, 89 saevus. 2, 91 belliger. 209. 345 furens. 4, 816 equo fidens. 7, 283. Astur *exhibet cod. Trivultianus* 2, 89. 91. *cf. Dessau, PW. II 2592.*
Austurīs *v.* Asturis. **Austurnius** *v.* Auster.
Austus *v.* Augustus.
Ausua *cogn. vir. barb.* CORP. II 1619 (*Igabri in Baetica*) M. Fabius M. l. Ausua.
Ausuaga *v.* Auzuaga.
Ausuccurēnsis, -e *ethnicon oppidi Africae.* NOT. episc. Num. 15 Donatus Ausuccurensis.
Ausuciātēs, -ium *incolae vici cuiusdam, qui nunc appellatur* Ossuccio. CORP. V 5227 (*ad Lacum Larium*) matronis et geniis Ausuciatium.
Ausufal *statio Cyrenaicae prope Catabathmon.* ITIN. Anton. Aug. p. 69.
Ausugō (*abl.*) *statio in via Opitergio Tridentum, nunc* Borgo di Val Sugana. ITIN. Anton. Aug. p. 280 Ausugo. *contulit Ihm, PW. II 2593* PAVL. DIAC. Langob. 3, 31 Alsuca.
Ausugrabēnsis, -e *ethnicon oppidi Africae, situs incerti.* CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 152[B] Cresconius (episcopus) Ausugrabensis.
1. ausum, -ī *v.* audeo. [*Diehl.*
2. (**ausum**) PAVL. FEST. p. 9 alii a Sabinis translatum aurum putant, quod illi ausum (*sic cod. Berol., Scalig.*; aufum *codd.*) dicebant. *Münscher.*
Ausur *v.* Auser.
ausus *part.* [*it.* oso, *francog. vet.* os 'audax'. *M.-L.*] *v. sub* audeo.
ausus, -ūs *m. ab* audeo, ausus. *ausum, audax factum. vocabulum apud* PETRON. (*v. l. 37*) *legitur, deinde ab ineunte saeculo IV, fere cum vituperatione, saepe de audacia eorum, qui contra leges faciunt.* ausu *dat.? v. l. 42. apud poetas: pluraliter:* PETRON. 123, 184 Caesar ... insolitos (*cod. Mon.*; -to *rell.*) gressu prior occupat ausus. OPT. PORF. carm. 22, 10 ausibus in magnis *poetae.* PS. DAMAS. epigr. 83, 9 ⟨ba⟩rbaricis ... ausibus. *cf.* 93, 6. PROSP. epigr. 46, 6 ausibus illicitis. [VAL. FL. 3, 613 *v. sub* audeo *p. 1256, 4.*] *singulariter:* AVIEN. Arat. 1184 digna ... immodico merces stetit ... ausu (*dat.?*). CYPR. GALL. Ios. 494 misero damnatus in ausu. DRAC. Orest. 339 ausu pastoris iniqui. Romul. 8, 2 pastoralem (-lé *cod. Neap.* = -lẽ *teste Bähr.*) scelerati pectoris ausum (*sc. Paridis*). satisf. 105 me carminis illius, ausu quod male disposui, paenitet. *in oratione pedestri: pluraliter:* PS. ALEX. c. Dind. coll. p. 184, 23 violentis ausibus aggredi caelum. EPIST. pontif. 385 Migne 13, 1141[A] inhibitis ausibus. SYMM. epist. 2, 33 nisi ausus aliorum ... poena compresserit. 4, 45 tua benignitas ausus meos provocat. 5, 54, 4 his ausibus color fiscalis adlinitur. 10, 47, 2 qui ... ausus impios in Romanum nomen extulerint. VEG. mil. 1 pr. ausibus litterarum ignoscere. FVLG. Virg. cont. p. 106, 1 cuius (*animi*) ausus laedentes. HEGES. 1, 8 tam nefarios ausus saevi facinoris. 3, 20, 3 ne conspirarent in aliquos ausus. 4, 7 l. 21 ausus sacrilegos (AVG. civ. 5, 9 p. 205). PS. RVFIN. in Am. 5, 10 p. 1078[C] praedas ... cruentis ausibus auferebant. AVG. civ. 5, 21 p. 233 inmodicis ausibus (*ibid.* merito temeritatis). epist. 91, 2 florere patriam ... impunitate, ... securis ausibus. QVODV. Aug. epist. 221, 1 ausus hos meos ... distuli. NOVELL. Theod. 3, 5 (*a. 438*) cum damno quinquaginta librarum auri fraudetur ausibus suis. Valent. 7, 1, 5 (*a. 440*) improbis ausibus nihil licere. 8, 1, 2 (*a. 440*) illicitis ausibus. 16, 2 (*a. 445*). 22 pr. (*a. 447*) sollicitari funestis ausibus manes. LEO M. serm. 58, 3 parcit ausibus tuis (*Iudae*) dominus. 65, 1 ausibus impii erroris occurrat. epist. 104, 4 ausus improbos. 106, 3 illicitis ausibus. 144 populi ausibus. AVELL. 95, 8 p. 372, 1 novis. GILD. Brit. 4 humanis. PS. FVLG. RVSP. serm. praef. quibus ausibus quave fiducia poteritis oblectari? *singulariter:* CONC. Arimin. Migne 13, 567[C] nefario ausu (*ἀθεμίστῳ φρονήματι*). SYMM. epist. 1, 74 id ... servili ausu ... admissum. 3, 15 si ausus meus superiorem *imitaretur.* 10, 41, 2 novo ausu calcata praescriptio. PS. RVFIN. in Os. 1, 2 *sqq.* p. 968[A] *Achab uxoris* serviebat ausui. AVG. civ. 4, 29 p. 183 Iulianus ... immoderato ausu naves iussit incendi. conf. 9, 6, 14 insolito. c. Iul. op. imperf. 6, 14 condemnabili. PS. AVG. serm. 72, 3 sacrilego (265, 5). MACR. sat. 6, 6, 1 poetico *Vergili.* 7, 15, 14 parricidali (GILD. Brit. 35). 7, 9, 9 excusare huius contrarietatis ausum. MART. CAP. 8, 807 Cupido vel Satyrus petulantis ausus procacitate dissiliunt. *ibid.* post hos nugales ausus (*i. saturam*) lege hymeneia. COD. Theod. 16, 4, 2 (*a. 388*) ausu gravi atque damnabili (*sc. contra legem*). 12, 6, 32, 2 (*a. 429*) si ... vetito ausu ... audebit. AVELL. 32, 3 p. 79, 4 basilicam ausu temerario credidit invadendam. CANON. Migne 56, 710[A] huius indisciplinati ausus et irrationabilis coepti. HYD. chron. II p. 25, 141 ob testimonium egregii ausus sui. MARCELL. chron. II p. 97, 7 (*a. 508*) piratico ausu. FAVST. REI. epist. 7 p. 202 profano (*i. haeretico*). GREG. TVR. glor. mart. 43 temerario (Franc. 3, 16 auso. VITA Desiderii 4 BAVDON. 12 PAPYR. Marini 55 *a. 638*). COD. Iust. 1, 2, 14, 3 (1) *a. 470* protervo (*ibid.* audaci spiritu). GREG. M. moral. 9, 23 servo ... deprecandi ausum praebere. [*dub.* LEX Visig. 7, 2, 10 si quis de tesauris publicis pecuniam ... involaverit vel uso (*sic R 1*; ausu *R 2*) suo transtulerit.] *cf.* ausum, i. *Hey.*
Ausus, -ī *nom. barb.* CORP. XIII 3180 (*in prov. Lugud.*) Vostrus Ausi f. *Jacobsohn.*
aut *particula disiunctiva* [*i. q. osc.* avt auti *umbr.* ote '*aut*', *fortasse cf. c.* autem. *Th.*]. *in usu est per totam latinitatem; quod in* APVL. met. *bis non amplius legitur* (2, 9 a⟨u⟩t, 4, 25 aut ... aut certe, 3, 23 *legendum* at), *satis mirum.* [*val.* au, *it.* o, *francog.* ou, *hisp.* o. *M.-L.*] *commutata sunt saepe in codd.* aut *et* at ut et, *saepissime* haud (PROB. gramm. IV 145, 9 CLEDON. gramm. V 74, 27), *itaque vel* aud *scriptum legitur* ITALA I Petr. 4, 15 (cod. q) homicida aud fur aud alieni adpetitor (*cf. ex. gr. codd.* PLAVT. Poen. 511 audite *pro* aut ite) *vel etiam* au ITALA Matth. 12, 33 (cod. k) au (*ñ*) facite (*similiter perperam in codd., velut* PLAVT. Poen. 220 aufricari *B pro* aut fricari, *cf.* Trin. 862). ***de usu et significatu:*** *ex doctrina veterum excerpta: sat bene* PAVL. FEST. p. 369 'vel' conligatio quidem est disiunctiva, sed non [ex] earum rerum, quae natura disiuncta⟨e⟩ sunt, in quibus 'aut' coniunctione rectius utimur, ut 'aut dies est aut nox', sed eorum quae non sunt contra, e quibus quae eligatur nihil interest. *loquacius quam melius* DIOM. gramm. I 417, 30 (*ex Palaemone?*) 'aut' coniunctio dubitativam si geminetur habet potestatem. qui enim dicit 'aut librum volo aut pretium' utrumque ex aequo desiderare significat, ut illis (*seq.* VERG. Aen. 2, 36) .... aut si semel subiciatur deminutiva est et gradum habet ad inferiora tendentem, ut cum dicimus 'librum volo aut pretium', ut, si liber, quem potissimum volo, minime reddatur, tum, quod secundum est, vel pretium, ut (*seq.* Aen. 1, 69) .... huius coniunctionis qualitates sunt multae. modo comminativa est, cum dicimus 'aut da mihi aut rapio', ut (*seq.* ecl. 7, 21) ..., modo hortativa est ita (Aen. 9, 495) 'aut tu, magne pater divum, miserere', ut est dictum et illud (Aen. 5, 691) 'vel tu ... demitte', modo coniunctiva pro 'et', ut (Aen. 1, 414) 'molirive moram aut veniendi poscere causas', et pro 'que', ut (georg. 1, 410) '... ter ... aut quater ...' pro 'ter quaterque', modo pro separativa, ut (georg. 4, 167) 'aut onera accipiunt venientum aut agmine facto', item (Aen. 4, 62) ... item (Aen. 12, 329) .... DIFF. Suet. p. 308, 28 R. 'aut' necessitatis est, 'vel' voluntatis. *similia habent* DOSITH. gramm. VII 423, 3—424, 4 AVG. gramm. V 521, 17 *sqq.* PRISC. gramm. III 97, 17 *sqq. de singulis rebus disserunt* PRISC. gramm. III 96, 5. 114, 24. 286, 8 SERG. gramm. suppl. 156, 34. GLOSS. *ἤ, ἐάν, εἰ, καί.* immo. *de synonymis* aut *et* vel (*v. supra l. 20*) *post vana spinosaque aliorum commenta (v. Hand, Tursell. I p. 526 sqq.) bene disputavit W. Kohlmann, de* vel *imperativo quatenus ab* aut *particula differat, diss. Marp. 1898, postquam de origine imperativi* vel *Bücheler, Rh. Mus. 36, 1881, 239, Skutsch, Plaut. u. Rom. p. 55, de usu C. F. W. Müller (Jahrb. 83, 1861, 262), Langen, Beitr. 68 sq. vera praeiverunt. haec igitur primaria est inter* aut *communem Italorum et* vel *recentiorem Romanorum disiunctionem differentia, ut qui* vel *dicit, alterius voluntatem et arbitrium in distinguendo appellet, qui* aut, *nihil tale. exempla sint:* PLAVT. Pseud. 170 i, puere, prae ..., vel opperire, est quod domi dicere paene fui oblitus. Poen. 395 ut tu huic irata ne sis, aut ... capias restim ac te suspendas. *tamen cavendum est ne cum Kohlmanno omnia Plauti exempla in hanc aut illam partem digeramus; namque iam hac aetate differentia fere omnino evanuit. particulae* v̄e sive (seu), *quae parvas habebant origines* (ve *11es*, sive *vel* seu *28ies apud* PLAVT.) *paullatim demum minuta iam vi voculae* aut *potuerunt rivales fieri. at de synonymis cf. ipsa (de usu* ICTorum *v. Kalb, Juristenlatein p. 3), adpono exempla quibus appareat quam varie iam apud Plautum ipsae sententiae vel res per* aut *vel oppositae vel iunctae sensum ac vim voculae adfecerint.* aut *igitur simplex vel duplex potest inducere sententias vel res, quae aut iunctae tertiam aut altera alteram excludunt, ut:* Pseud. 995 nam necesse est hodie Sicyoni me esse aut cras mortem exsequi. Capt. 981 PHIL. falsa memorat. STAL. aut ego aut tu. *quae vis apta est praecipue minis vel conclusionibus. minus fortiter nectuntur diversa ut non contraria dicantur:* Mil. 1225 per epistulam aut per nuntium quasi regem adiri eum dicunt. Men. 587 aut ad populum aut in iure aut apud aedilem res est, *saepissime in interrogationibus ut* Trin. 879 quid eos quaeris? aut quis es? aut unde es? aut unde advenis? *atque hoc in usu prout libet dicenti tam ascendi potest ad maiora quam descendi ad minora:* Most. 230 *numquam* te ... sinam egere aut ('*oder gar*') mendicare. Men. 857 dabitur malum, me quidem si attigeris aut si ('*oder wenn auch nur*') propius ad me accesseris (*sic* aut adeo *vel* aut ... modo *singulis locis apud* PLAVT.). *denique* aut (*rarius* aut ... aut) *addit rem sententiamve non diversam ab antecedente, sed ut placet melius vel accuratius definitam:* Trin. 1128 si quid amicum erga bene feci aut consului fideliter. Mil. 880 si ea in opificina nesciam aut mala esse aut fraudulenta. *huc pertinent etiam ii loci quibus varia enumerantur exempla, velut:* Men. 143 dic mi, enunquam tu vidisti tabulam pictam in pariete, ubi aquila Catameitum raperet aut ubi Venus Adoneum? *facile autem iam apud*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

PLAVT. *et vetustos coit* aut *cum negatione quomodocunque formata*: PLAVT. Merc. 537 coniuravimus ...: ego cum viro et ille cum muliere, nisi cum illo aut ille mecum, neuter stupri causa caput limaret. Poen. 220 numquam concessamus lavari aut fricari aut tergeri aut ornari, poliri expoliri, pingi fingi. ***de positione:*** *in fine versus*: PLAVT. Mil. 1132 (*om. P*) TER. Andr. 256 Ad. 38. 55 (*?*) Eun. 349 Haut. 595, *cf. Vahlen, Versschlüsse des Ter., Abh. Berl. Akad. 1900 p. 37.* *in hexametris* HOR. [sat. 1, 6, 102 rusve peregre aut *falso tradita.*] sat. 2, 2, 18 unde putas aut | qui partum? IVV. 3, 191 Volsiniis aut | simplicibus Gabiis. *secundo sui membri loco*: LVCR. 6, 105 cadere aut. VERG. georg. 1, 484 tristibus aut. Aen. 1, 369 quibus aut. 4, 317 fuit aut. 6, 663 inventas aut. 7, 298 odiis aut. 9, 562 quaesitum aut. 12, 852 meritas aut. CVLEX 355 Euboicas aut. TIB. 2, 5, 112 iustos aut. PROP. 2, 13, 50 diceret aut. 2, 28, 12 Palladis aut. 3, 2, 22 annorum aut. 3, 18, 28 Croesum aut. 3, 24, 10 eluere aut. OV. epist. 18, 12 flectitis aut. met. 4, 314. 10, 345 Ib. 134 Pont. 2, 9, 50 MANIL. 2, 214. 3, 555 COLVM. 10, 321 LVCAN. 2, 362. 5, 117. 7, 569. 644. 673. PETRON. 82 poma aut. *et passim.* *tertio loco*: OV. Pont. 94 coeperunt sensus aut vigilare mei. OCTAVIA 422 aliena telis aut. VAL. FL. 5, 164 imas manus aut. MART. 4, 49, 6 pascentem Siculas aut. MART. CAP. 1, 21 fluctuat incertis aut. *nota neglegentius concepta*: CIC. S. Rosc. 82 ne aut ... aut ne. orat. 198 nihil est propositum nisi aut (ut *Schütz*) ne immoderata aut angusta aut dissoluta ac fluens sit oratio. fin. 2, 15 si aut ... aut cum. LIV. 44, 22, 2 cum aut ... aut quo die. VAL. MAX. 7, 2, 2 negabat aliter cum hoste confligere debere quam aut si (si aut *Paris.*) occasio obvenisset aut necessitas incidisset. *v. Madvig Cic. fin.*[2] *p. 161.* *quasi subst.* TER. Eun. 184 'aut' nihil moror.

omnes de quibus supra dixi differentias quae non nituntur mutata voculae natura, sed diversitatibus sententiarum rerumve prolatarum, nec potui nec volui per totam exemplorum persequi molem; composui in capite primo (I) *sat ut videbatur magnum numerum locorum quibus illustrentur varii usus voculae aut simplicis aut compluries positae, in altero* (II) *exempla, quibus miscetur aliis particulis aut disiunctivis aut copulativis, in tertio* (III) *copulationes cum adverbiis variis quae ipsum* aut *definiunt, in ultimo demum* (IV) *quae neglegenter vel soloece ab recentissimis potissimum sunt formata*

I **aut** *vel* **aut ... aut** *non intermixtae aliis particulis*: aut *ducit enuntiata*: ENN. trag. 59 o ... Hector, quid ita (*deest verbum*) cum tuo lacerato corpore, miser, aut qui te sic tractavere nobis respectantibus? PLAVT. Amph. 409 quid igitur dubito, aut cur non intro eo in nostram domum? 1028 quid nunc vis tibi? aut quis tu es homo? Asin. 758 quod illa aut amicum aut patronum nominet (neminem *codd.*), aut quod illa amica⟨e ...⟩ amatorem praedicet. 761 in foribus scribat occupatam esse se. aut quod illa dicat peregre allatam epistulam *eqs.* Aul. 58 si hercle tu ... excesseris aut si respexis. 522 cum incedunt infectores corcotarii, aut aliqua (*cf.* Truc. 55 aut aliquid semper est. Aul. 24 Rud. 134 CIC. Brut. 310) mala crux semper est, quae aliquid petat. 761 surripui ego tuom? unde? aut quid id est? Capt. 205 eximat vinculis, aut solutos sinat quos argento emerit. 480 quis ait 'hoc' aut quis profitetur? 535 quid negabo aut quid fatebor? 546 si te fugitat ... aut si te odit. Cas. 617. 975 quid fecisti scipione[m] aut quod habuisti pallium? Cist. 669 nam, obsecro, unde haec gentium? aut quis deus obiecit hanc ante ostium nostrum? 745. Curc. 554 bellator vale. :: quid, valeam? :: aut tu aegrota aetatem, si lubet (uiuet *codd.*), per me quidem. Epid. 56 quid iam? aut quid est, Epidice? (Mil. 277. 469). Poen. 1024 quid ait aut quid orat? expedi. Rud. 1185. CIC. Verr. 4, 79 quid facerent miseri aut quid recusarent. 4, 182 quid ego vetera repetam? aut quid eorum scribarum mentionem faciam? top. 45 num ...? aut num ...? div. 1, 24 num ...? aut num ...? aut num ...? (2, 9). VERG. ecl. 3, 25 cantando tu illum *vicisti*? aut umquam tibi fistula cera iuncta fuit? *et sescenties.* *licentius conformata membra* (*cf. anacolutha p. 1572, 56*): CIC. fat. 5 quid enim, si ...? aut Philippus ...? quid autem magnum aut naufragum ... esse lapsum? ne hercule Icadii quidem praedonis video fatum ullum; nihil enim scribit ei praedictum. ad Brut. 1, 16, 1 VERG buc. 3, 12. *saepius apud poetas alterum longius membrum panditur formulis* aut si quid (CATVLL. 22, 13 qui modo scurra aut si quid hac re tri[s]tius videbatur. 23, 13. 71, 2. 76, 17. 82, 2 OV. met. 12, 481; *cf. p. 1566, 36*) *vel* aut ubi, aut cum (*cf. Vahlen, ind. lect. Berol. 1895—6, p. 18*): LVCR. 6, 114 in tonitru ... aut ubi. VERG. georg. 1, 288 gelida ... nocte ... aut (vel *R*) cum sole novo terras inrorat Eous. Aen. 1, 592 aut ubi (11, 737. 12, 68. 12, 523 *sequitur secunda comparatio*: ac velut ... aut ubi. OV. am. 1, 5, 6. 2, 5, 38 met. 7, 107 SIL. 2, 217. 17, 649 STAT. Theb. 3, 594 *passim*). PROP. 2, 2, 7 aut cum (LVCAN. 6, 455 SEN. Tro. 185). *raro in sermone vulgari* aut quia *per se ponitur eadem fere vi qua 'adde quod, accedit quod'*: COMM. instr. 1, 37, 16 nimium *est* de illis tota referre aut quia concludor agere congustus aratri (*i. res metrica me angustat*). *nota omissum relativum*: SEN. nat. 1, 15, 4 at quibus longior mora est ... aut etiam (*sc.* qui) proprios cursus agunt.

sententiis contractis vel ante singula verba: LEX XII tab. 1, 7 in comitio aut in foro. 2, 2 aut status dies cum hoste (*deest membrum prius*). 3, 3 ni iudicatum facit aut quis endo eo [in iure] vindicit, secum ducito. *ibid.* quindecim pondo, ne maiore, aut si volet minore vincito. LIV. ANDR. carm. frg. 9 in Pylum adveniens aut ibi ommentans. ENN. trag. 174 qui parentem aut hospitem necasset. 390 mulierem: quid potius dicam aut verius quam mulierem? ann. 345 V. quae denique ⟨p⟩ausa pugnandi fieret aut duri ⟨finis⟩ laboris. 243 ingenium, cui nulla malum sententia suadet ut faceret facinus levis [h]aut malus. CATO agr. 6, 1 hoc genus oleae in XXV aut in XXX pedes conserito. 18, 9 orbem ex ulmo aut ex corylo facito: si utrumque habebis, alternas indito. orig. 77 quotiens lunae aut solis lumine (*dat.*) caligo aut quid obstiterit. PLAVT. Amph. 169 quod facto aut dicto ade⟨o⟩st opus quietus ne sis. 271 si quicquamst aliud quod credam aut certo sciam, credo ego. 346 possum scire, quo profectus, cuius sis aut quid veneris? 519 quid tibi hanc curatio est rem, verbero, aut muttitio? Asin. 810 egone haec patiar aut taceam? Aul. 360 cenaene causa aut tuae mercedis gratia nos nostras aedis postulas comburere? Bacch. 429 saliendo sese exercebant magis quam scorto aut saviis. 998 si esse salvom vis me aut vitalem tibi. 1084 viso ecquid eum ad virtutem aut ad frugem opera sua compulerit. Capt. 572 tune huic credis? :: plus quidem quam tibi aut mihi (623 istic Philocrates non magis est quam aut ego aut tu). Cas. 69 servine uxorem ducent aut poscent sibi? 166 ego hic ero, vir si aut quispiam quaeret. Cist. 135 puerum aut puellam alicunde ut reperirem sibi. Curc. 168 quid vidisti aut quid videbis magis dis aequiparabile? 612 redde mihi iam argentum aut virginem. Epid. 231 quid istae, quae vesti quotannis nomina inveniunt nova? tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum caesicium, indusiatam, patagiatam caltulam aut (ac *Varro*) crocotulam, subparum aut subnimium, ricam, basilicum aut exoticum, cumatile aut plumatile, carinum aut gerinum — gerrae maxumae. 536 qui monstret eum mihi hominem aut ubi habitet. Merc. 146 sine malo omni aut ne laborem capias cum illo. 186 tam hercle certe quam ego te aut tu me vides. Most. 34 quid tibi, malum, me aut quid ego agam curatio est? CAECIL. com. 27 si umquam quisquam vidit quem catapulta aut ballista icerit. 62 quid tibi aucupatiost argumentum aut de [meo] amore verbificatiost patri? TER. Phorm. 227 nunc ipsast opus ea aut, si quid potest (*v. p. 1565, 68*), meliore et callidiore. CIC. S. Rosc. 76 'nuntium misit'. quem aut ad quem? Quinct. 49 pecuniam si cuipiam fortuna ademit aut si alicuius eripuit iniuria. 95 indignum est a pari vinci aut superiore, indignius ab inferiore atque humiliore. 39 nolebas aut non audebas appellare. Verr. 3, 32 quod privatus a populo petit aut populus a privato. Caecin. 8 quid agi potuerit aut quid possit, non quid actum sit quaerere. Brut. 181 aliquot ex veteribus commemoratione aut laude dignos. 162 erit ... aut iam est iste quem exspectas? 310 commentabar ... saepe cum Pisone et cum Q. Pompeio aut cum aliquo (*v. supra* PLAVT. *p. 1565, 47*) cotidie. Att. 10, 11, 4 iam fortasse ad me veniet aut ne id quidem. VARRO rust. 1, 17, 2 omnes agri coluntur hominibus servis aut liberis aut utrisque. 2, 4, 15 harenam inicere oportet aut quid item quod exsugat umorem. 2, 5, 16 lapides substernendi aut quid item. 2, 6, 5 frumentum aut quid aliud (3, 9, 15. 3, 12, 1 frg. Non. 334, 31). 2, 9, 12 substernitur eis acus aut quid item aliud. VERG. Aen. 3, 680 aeriae quercus aut coniferae cyparissi constiterunt, silva alta Iovis lucusve Dianae. *et passim.* *nota*: SVET. Claud. 21 cum proclamantibus naumachiariis 'have imperator, morituri te salutant' respondisset 'aut non'. *in titulis librorum*: VARRO Men. 384 *sqq.* Pappus aut indigena. 92 *sqq.* dolium aut seria.

aut ... aut (*vel saepius positum*): LEX XII tab. 3, 3 vincito aut nervo aut compedibus. ENN. ann. 399 V. occumbunt multi letum ferroque lapique aut intra muros aut extra praecipe casu. trag. 66 sed quasi aut (*om. pars codd.*) ferrum aut lapis durat. 273 vates ... harioli, aut inertes aut insani aut quibus egestas imperat. PLAVT. Amph. 740 te prodigiali Iovi aut mola salsa hodie aut ture comprecatam oportuit. Amph. frg. 8 tu certe aut laruatus aut cerritus es. Asin. 264 aut mihi in mundo sunt virgae aut atriensi Saureae. Aul. 24 ea mihi cottidie aut ture aut vino aut aliqui semper supplicat. Capt. 382 nam pater expectat aut me aut aliquem nuntium. 623 (*v. l. 20*). 921 hic quidem ... aut iam nihil est aut iam nihil erit. 981 falsa memorat. :: aut ego aut tu. 1002 pueris aut monerulae aut anites aut coturnices dantur quicum lusitent. Cas. 384 num ista aut populna sors aut abiegnast tua? Men. 373 certo haec mulier aut insana aut ebria est. 584. 587 aut ad populum aut in iure aut apud aedilem (ad iudicem *P*) res est. 771. 1087. Merc. 4 qui aut nocti aut die aut soli aut lunae miserias narrant suas. 415. 781 haec vasa aut mox aut cras iubebo abs te peti. Mil. 1068 quin tu huic respondes aliquid aut facturum aut non facturum? Pseud. 19 iuvabo aut re aut opera aut consilio bono. 317 ego in hoc triduo aut terra aut mari alicunde evolvam id argentum tibi. Trin. 599 ibit ... latrocinatum aut in Asiam aut in Ciliciam. 862. Truc. 33. 52 (*octies*). 228 aut malum aut damnum dare. CAECIL. com. 202 aut tu illum furto (fructu *codd.*) fallas aut per litteras avertas aliquod nomen aut per servolum percutias pavidum: postremo a parco patre quod sumas quanto dissipes libentius? 260 deum qui non summum putet, aut stultum aut rerum esse inperitum existumem. RHET. Her. 2, 10, 14 (*8ies in varia partitione*) *dicemus* contrariam sententiam aut nullam

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

esse aut stultam aut iniustam aut non posse fieri aut non constare cum superioribus et inferioribus sententiis aut cum iure communi aut cum aliis legibus communibus aut cum rebus indicatis dissentire. CIC. Quinct. 30 ut aut uterque inter se aut neuter satis daret. Verr. 1,3 aut imprudentiam subterfugit aut satietati superfuit. 1, 36 qui aut deponere aut recipere aut accipere aut polliceri aut sequestres aut interpretes corrumpendi iudicii solent esse quique ad hanc rem aut potentiam aut impudentiam suam professi sunt. 6,183 si qui sunt, qui ...aut potentes aut audaces aut artifices ad corrumpendum iudicium velint esse. Brut. 145 quid in iure aut in aequo verum aut esset aut non esset. 256 aut belli aut domi. VARRO ling. 9,55 cum omnis natura sit aut mas aut femina aut neutrum. VERG. ecl. 1, 62 aut Ararin Parthus bibet aut Germania Tigrim. 3,110. 6,74 quid loquar aut Scyllam Nisi...aut ut...narraverit. Aen. 10, 9 quis metus aut hos aut hos arma sequi...suasit? LIV. 8, 24, 9 aut vivom aut mortuom. *et sescenties. hic illic etiam multis verbis separata sunt membra, ut* CIC. orat. 232 si aut ... *sequitur alterum* aut *in paragrapho demum* 233, *licet ter aliter conexum intercedat* aut. *nota*: CIC. Att. 5, 13, 1 de ... multitudine ... aut audisse te puto aut 'quid ad me attinet'. PLIN. epist. 7,9,12 sic se aut exercebant aut delectabant, immo delectabant exercebantque.

... **aut** ... **aut:** ENN. trag. 200 cum capra aut nepa aut exoritur nomen aliquod beluarum. CATO agr. 1, 3 oppidum ... aut mare aut amnis ... aut via. PLAVT. Asin. 47 cur hoc ego ex te quaeram? aut cur miniter tibi ... aut cur postremo filio succenseam? Bacch. 79 si apud te ⟨e⟩veniat ... prandium aut potatio forte aut cena. Cas. 337 quis mihi subveniet (-ens *codd.*) tergo aut capiti aut cruribus? Men. 211 glandionidam suillam, laridum pernonidam, aut sincipitamenta porcina aut aliquid ad eum modum. Mil. 162 gallinam aut columbam se sectari aut simiam. 1132 Acroteleutium aut (*om. P*) ancillula eius aut Pleusicles. Persa 596 quo genere aut qua in patria nata sit aut quibus parentibus. Pseud. 620 sed ubi tu me novisti gentium aut vidisti aut conlocutus es? 832 cocilendrum ... aut sepolendrum aut maccidem aut secaptidem. 963. Rud. 134 semper petunt aquam hinc aut ignem aut vascula aut cultrum aut veru aut aulam extarem aut aliquid — quid verbis opust. 204. Trin. 879 quid ea quaeris? aut quid es? aut unde es? aut unde advenis? Sitell. frg. 2 (5^{a}). RHET. Her. 2, 4, 7 quaeritur ex ... liberis aut servis aut utrisque. CIC. Pis. 14 gravis auctor, Calatinus credo aliquis aut Africanus aut Maximus. Caecin. 57 utrum me tuus procurator deiecerit ... an tuus colonus aut vicinus aut cliens aut libertus aut quivis. *et passim.*

negationi cuiuslibet generis subiectum est aut: PLAVT. Asin. 523 quotiens te vetui Argyrippum ... compellare aut contrectare, conloquive aut contui? Bacch. 491 satin ut quem tu habeas fidelem tibi aut cui credas nescias? Capt. 308 non vereor ne iniuste aut graviter mi imperet. Cas. 260. 394. 624 nescio unde auxili ... mi aut opum copiam comparem aut expetam. Curc. 23 numquid tu quod te aut genere indignum sit tuo facis aut inceptas facere, Phaedrome? num tu pudicae cuipiam insidias locas aut quam pudicam esse oportet? :: nemini. Epid. 390 Men. 370. 620 num ancillae aut servi (-vet *codd.*) tibi responsant? 711. 818 sanun es, qui istuc exoptes aut neges te umquam pedem in eas aedis intulisse? 857 dabitur malum, me quidem si attigeris aut si propius ad me accesseris. 993. Merc. 168 vapulabis, nisi iam loquere aut hinc abis. 537 coniuravimus ... ego cum viro et ille cum muliere, nisi cum illo aut ille mecum, neuter ... caput limaret. Mil. 307 quid peius muliere aut audacius? Most. 230 venibit multo potius quam te me vivo umquam sinam egere aut mendicare. 923 egone te ... ausim dicto aut facto fallere? Poen. 18 neu lictor verbum aut virgae muttiant. 581 condoctior sum quam tragoedi aut comici. Rud. 509. Truc. 930 qui, malum, bella aut faceta (eacieta *codd.*) es, quae ames hominem istimodi? CAECIL. com. 207 quem neque quo pacto fallam...nec quem dolum ad eum aut machinam commoliar scio quicquam. CATO agr. 28,1 cave...effodias aut feras (31, 2). RHET. Her. 1,6,9 si negabimus nos de adversariis aut de aliqua re dicturos. CIC. inv. 2,66 ne quid aliter...fiat aut factum aut futurum sit. Verr. 2,63 *Lampsaceni* ad...otium potius quam ad ullam vim aut tumultum accommodati. CATVLL. 26,1 villula nostra non ad austri flatus opposita est neque ad favoni nec saevi boreae aut apheliotae. LVCR. 2, 693 non quo ... aut ..., sed quia. VERG. georg. 1, 126 ne signare quidem aut partiri limite campum fas erat. 2, 300 neve ... aut. Aen. 2, 187 ne ... aut ... neu. 3, 43 non me tibi Troia externum tulit aut cruor hic de stipite manat. 4,530. 8,206 nequid inausum aut intractatum scelerisve dolive fuisset. 10,581 non Diomedis equos nec currum cernis Achillis aut Phrygiae campos. 12,135 tum neque nomen erat nec honos aut gloria monti. HOR. carm. 1, 4, 3 ac neque iam stabulis gaudet pecus aut arator igni nec prata canis albicant pruinis. *passim.* *nota*: PANEG. in Mess. 48 non Pylos aut Ithace tantos genuisse feruntur Nestora vel ... Vlixem. TAC. hist. 4, 10 nec tam Musonius aut Publius quam Priscus et Marcellus ceterique ... expectabantur. 4, 72 nec perinde periculum aut metus quam pudor ac dedecus obstupefecerat. PLIN. epist. 1, 6, 1 erat in proximo non venabulum aut lancea, sed stilus et pugillares. **neque ... aut** *pro* neque ... neque (*falso huc trahunt locos ubi* neque *ad antecedentia respicit, velut* VERG. georg. 2,240 nec ... nec ... aut. 2,377 nec ... aut. 4,199. Aen. 4,339 neque ... nec ... aut *vel tales* 12, 764 neque enim ... aut. AETNA 198 nec tamen ... aut. HOR. carm. 1, 4, 1 ac neque ... aut ... nec): PROP. 2, 28, 57 nec forma aeternum aut cuiquam est fortuna perennis. 4, 1, 104 hoc neque ... aut ... aut ... ve. LVCAN. 1,286 nunc neque te ... pompa triumphi excipit aut sacras poscunt Capitolia laurus. VAL. FL. 4, 399. STAT. silv. 1, 4, 66 nam neque ... aut. 1, 4, 129 nec ... aut. 2, 3, 28 telum breve, quod neque flexis cornibus aut solito torquet stridore, sed una emisit contenta manu. 3, 1, 140 hos nec Pisaeus honores Iuppiter aut Cirrhae pater aspernetur opacae.

item **aut ... aut** *in negatione*: PLAVT. Amph. 709 num tibi aut stultitia accessit aut superat superbia? Aul. 714 quo eam aut ubi sim aut qui sim nequeo ... investigare. Bacch. 376 egone ... ut celem patrem ... tua flagitia aut damna aut desidiabula? 617 neque quem quisquam homo aut amet aut adeat. Cas. 1001 si umquam posthac aut amasso Casinam aut occepso modo ne ut eam amasso ..., nulla causast quin pendentem ... verberes. Cist. 680. Curc. 282 ne quem in cursu capite aut cubito aut pectore offendam aut genu. Merc. 863. Mil. 607 speculabor, ne quis aut hinc aut ab laeva aut [a] dextera ... adsit. Persa 619 nolo ego te mirari, si nos ex te percontabimur aut patriam tuam aut parentes. Poen. 220 numquam concessamus lavari aut fricari aut tergeri aut ornari, poliri expoliri, pingi fingi. ASELL. hist. 2 scribere ... bellum initum quo consule et quo confectum sit ..., non praedicare aut interea quid senatus decreverit aut quae lex rogatione lata sit ... id fabulas pueris est narrare, non historias scribere. CIC. Arch. 12 ut a nullius umquam me tempore aut commodo aut otium meum abstraxerit aut voluptas avocarit aut denique somnus retardarit. Brut. 3 cum ... numquam sit aut illius a me cursus impeditus aut ab illo meus. 274. VERG. georg. 2, 100 cui non certaverit ulla aut tantum fluere aut totidem durare per annos. Aen. 8, 317 nec iungere tauros aut componere opes norant aut parcere parto. VELL. 1, 12, 3 qui nihil in vita nisi laudandum aut fecit aut dixit ac sensit. *passim.*

aut *iungit numeros similesque formulas ut non inter se opponantur sed generalem efficiant indicationem* (*cf. infra* aut summum, aut etiam): ENN. ann. 501 V. septingenti sunt, paulo plus aut minus, anni ... postquam. CATO agr. 5,3 duas aut tres familias. 65,1 postridie aut post diem tertium quam lecta erit facito. 76, 4 aperito ... bis aut ter (108, 1 VARRO rust. 2, 7, 13 *passim*). 79 singulos aut binos coquito. 96 sinito biduum aut triduum consudent (112, 2). 103 quarto ⟨aut⟩ quinto quoque die hoc sic facies. 156, 4 heminam aut paulo plus bibat. 160 harundinem ... pedes IIII aut V longam. 161 grana bina aut terna demittito. 161, 3 tertio aut quarto anno. *ibid.* post annos VIII aut VIIII. PLAVT. Asin. 773 ne illa minus aut plus quam tu sapiat. Bacch. 650 qui duas aut tres minas auferunt eris. Men. 592 aut plus aut minus quam opus fuerat. Merc. 781 aut mox aut cras. Most. 953 hodie ... aut heri. Persa 37 in hoc triduo aut quadriduo. Pseud. 1328 aut dimidium aut plus etiam faxo hinc feres. Rud. 130 aut hodie aut heri. Stich. 152 heri aut hodie. Truc. 100 quini aut seni. TER. Andr. 440 biduist aut tridui. Eun. 184 profecto non plus biduom aut ... :: 'aut' nihil moror. Haut. 63 annos sexaginta natus es aut plus eo, ut conicio. Hec. 421 dies triginta aut plus eo in navi fui. ASELL. hist. 6 numquam minus terna aut quaterna milia hominum sequebantur. GRACCH. or. frg. Gell. 15, 12, 3 uti nemo posset fere dicere assem aut eo plus in muneribus me accepisse. VARRO Men. 438 sex pueri et puell⟨ul⟩ae pariter item sex aut septem in utroque ... choro. 188 semel aut bis anno. ling. 5, 183 expensum et [in] prima pensio et sic secunda aut quae alia. 9, 60 cum essent duo Terentii aut plures. rust. 1, 6, 2 haec duo aut tria. 1, 10, 2 unciam agri aut sextantem. 1, 14, 2 longuriis fere binis aut ternis. 1, 18, 3 duo vilici aut tres. 1, 37, 4 vertenda tellus plus aut minus. 1, 44, 1 paullo amplius aut minus. 1, 45, 1 fere quadriduo aut quinque diebus. 1, 45, 3 autumno aut hieme. 2, 1, 13 bima aut trima. 2, 2, 15 biduum aut (ad *codd.*) triduum. 2, 5, 13 usque ad dies quadraginta aut paullo plus. 3, 9, 12. 15. 3, 9, 9 anniculae aut bimae. 3, 16, 27. frg. Non. p. 532, 3 stipendium appellatum, quod aes militi semenstre aut annuum dabatur. RHET. Her. 1, 9, 14 ne bis aut saepius idem dicamus. 1, 11, 12 duas aut plures sententias (2, 11, 16. 4, 20, 28 *passim*). 2, 3, 5 aliquo aut quam plurimis vitiis (vo- *mutili*). 3, 16, 29 magis aut minus. 3, 19, 32 paulo plus aut minus pedum tricenum. 4, 8, 12 ad singulos aut ad paucos. 4, 22, 30 aut unius aut plurium nominum. CIC. inv. 1, 17 duae leges aut plures (2, 144. 145). 2, 117 omnia aut pleraque (2, 47). 2, 159 aut totum aut aliqua ex parte. div. in Caec. 48 secundarum aut tertiarum partium. Verr. 4, 118 bina aut terna milia. 220 denos ... aut vicenos *denarios*. Phil. 2, 98 tres aut quattuor reliqui sunt. 3, 30 duobus aut tribus senatus consultis. 14, 12 Threcum mille aut duo milia. Verr. 1, 31 aut nulli aut perpauci dies. Pis. 63 bella aut parva aut nulla. de orat. 2, 305 uno aut pluribus. 3, 182 duo dumtaxat pedes aut paullo plus. Brut. 173 nec enim in quadrigis eum secundum numeraverim aut tertium. 151 nihil aut non fere multum (epist. 13, 2. 14, 4, 1 Att. 7, 3, 5. 13, 29, 2 nihil aut pauca. HOR. epist. 1, 15, 34 nihil aut paulum). Brut. 308 semel aut iterum (SEN. suas. 6, 21). orat. 19 aliquid aut plura. 226 binis

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aut ternis. part. 37 paulo post aut aliquando futura. top. 54 unum aut plura. Tusc. 2,1 aut pleraque aut omnia (fat. 6). ad Q. fr. 1,1,5 aut nullam aut perexiguam partem. epist. 7,23,2 quattuor aut quinque. 14,19,20 aut Nonis aut postridie. Att. 7,8,3 in uno aut altero die. 9,3,2 quo die ... aut pridie. 13,31,1 aut hodie aut cras (15,13,6. 15,22). CATVLL. 22,4 milia aut decem aut plura. 29,14 ducenties ... aut trecenties. 68,131 aut nihil aut paulo. LVCR. 1,240 minus aut magis indupedita. 4,577 sex ... aut septem. 5,572 nil ... plus aut minus. BELL. Afr. 70,4 non amplius III aut IV milites. SALL. Iug. 109,1 ⟨aut⟩ nullo aut quam paucissimis. hist. frg. 1,107 quinquaginta aut amplius hostium milia. VERG. georg. 1,411 ter ... aut quater. HOR. carm. 3,19,11 tribus aut novem miscentur cyathis pocula commodis. epist. 2,1,189 quatuor aut plures. PROP. 2,24,19 una aut altera nox (2,32,29 LIV. 2,23,15. 4,35,9. 5,6,14 *passim*). OV. epist. 18,86 non minus aut multo non minus. am. 3,6,63 centum aut plures. ars 3,187 tot aut plures. fast. 2,164 aut plus aut medium. LIV. 1,43,1 qui centum milium aeris aut maiorem censum haberent. 8,10,12 signum septem pedes altum aut maius. 37,10,5 aut totam aut maiorem eius partem. 41,23,5 parva aut mediocris. VITR. 3,1,5 undecim aut duodecim. 3,3,11 nona aut decima pars. 8,6,15 duplicia aut triplicia. SEN. suas. 1,5 quosdam minus aut magis osos (us *AB*, usus *V*) veritatem. VELL. 2,29,3 numquam aut raro. VAL. MAX. 4,4,11 nullum aut admodum parvi ponderis argentum. SEN. dial. 4,9,2 singuli aut pauci. 10,1,2 quina aut dena saecula. COLVM. 3,10,20 binos aut fere singulos. *et passim*. *notanda etiam haec*: CELS. 3,5 p. 82 tertiove aut quarto die. PLIN. nat. 27,85 circiter octo aut sex. MART. 1,66,4 non sex paratur aut decem 'sophos' nummis. 6,7,3 aut minus aut certe non plus tricesima lux est. 12,36,1 libras quattuor aut duas. PLIN. epist. 2,13,3 unus aut alter, ac potius unus (*cf.* 4,3,1).

maximam vim servavit aut ... aut, *rarius* aut *simplex, in conclusionibus*: PLAVT. Amph. 782 aut pol haec prestigiatrix multo mulier maxima est aut pateram hic inesse oportet. Persa 580 atqui aut hoc emptore vendes pulcre, aut alio non potes. Pseud. 995 necesse est hodie Sicyoni me esse aut cras mortem exsequi. 1183 quin tu mulierem mi emittis, aut redde argentum. Rud. 778 promisimus carnufici aut talentum magnum aut hunc hodie sistere. Stich. 130. TER. Eun. 219 nam aut iam revertere, aut mox noctu te adige[n]t horsum insomnia. Haut. 279 hic sciri potuit aut nusquam alibi. 325 aut haec cum illis sunt habenda, aut illa cum his amittenda (om- *Bemb.*) sunt. 420 aut ego profecto ingenio egregio ad miserias natus sum, aut illud falsumst. VARRO Men. 129 aut ambos mira aut noli mirare. 83 vitium uxoris aut tollendum aut ferendum est. ling. 5,119 lucerna ... dicta a luce aut quod id vocant *λύχνον* Graeci. 6,28 nonae appellatae aut quod ante diem nonum idus semper, aut quod ... novus mensis ⟨a⟩ nova luna nonae (-is *codd.*). 8,32 quare aut negandum nobis disparia esse iucunda aut, quoniam necesse est confiteri, dicendum verborum dissimilitudinem ... non esse vitandam. 8,38. 8,82. CIC. inv. 1,72 aut metuamus Karthaginienses oportet .. aut eorum urbem diruamus. Quinct. 5 certe aut apud te ... veritas valebit, aut ... locum ubi consistat reperire non poterit. 73 aut doceas (fin. 4,72 aut doceat) oportet ... aut ... concedas. 88. S. Rosc. 128 aut haec bona in tabulas publicas nulla redierunt ... aut, si redierunt, tabulae publicae corruptae aliqua ratione sunt. div. in Caec. 14 ut aut causa mihi suscipienda fuerit aut officium necessitudinis repudiandum. 70 aut hoc remedium est aegrotanti ... rei publicae ... aut, si ne hoc quidem prodesse poterit, profecto nulla umquam medicina his tot incommodis reperietur. Verr. 3,177 aut hoc contendat numquam esse factum aut omnium tela excipiat necesse est. 3,191. top. 56 dialecticorum modi plures sunt, qui ex disiunctionibus constant: aut hoc, aut illud; hoc autem, non igitur illud. itemque: aut hoc, aut illud; non autem hoc, illud igitur. ac. 2,97 cum dialectici sic statuant, omne, quod ita disiunctum sit, quasi 'aut etiam aut non' non modo verum esse, sed etiam necessarium (*exemplum est* aut vivet cras Hermarchus, aut non vivet). *cf. ibid.* 2,95. fat. 20. 21. ad Q. fr. 1,4,5 aut per te aliquid confici aut nullo modo poterit. epist. 6,7,6 peto a te ne exeat *liber*, aut ita corrigas ne mihi noceat. Att. 16,14,2 praeclare convenit, aut da melius. PVBLIL. A 6 aut amat aut odit mulier, nihil est tertium. LVCR. 1,381 aut igitur motu privandumst corpora quaeque, aut esse admixtum dicundumst rebus inane. VERG. Aen. 2,45 aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi, aut haec in nostros fabricata est machina muros ... aut aliquis latet error. 10,629 nunc manet insontem gravis exitus aut ego veri vana feror. HOR. carm. 3,12,2. sat. 2,5,59 quidquid dicam, aut erit aut non (SEN. nat. 2,37,3. 2,38,1 QVINT. inst. 7,1,34. 7,1,36 *saepius*). epist. 1,17,39 hic est aut nusquam quod quaerimus. 1,17,41 aut ... aut. ars 42 ordinis haec virtus erit et venus, aut ego fallor, ut. PROP. 2,8,8 vinceris aut vincis: haec in amore rota est. 4,1,75 certa feram certis auctoribus: aut ego vates nescius aerata signa movere pila. OV. epist. 7,33 *Aeneas Amoris frater habendus est* aut ego ... fallor. 10,112. 15,311 aut erimus stulti. 16,157 aut mihi sic visum est (met. 8,513). 17,32. 19,53. am. 2,13,5 aut ex me conceperat, aut ego credo. met. 1,607 aut ego fallor, aut ego laedor. 9,38 captat aut captare putes. 9,680 aut stetit aut visa est (fast. 6,632). Pont. 1,2,67 aut hoc aut nihil est. 2,8,71 aut ego me fallo ... aut spes ... adest. 3,1,100. trist. 1,8,45. LIV. 1 praef. 11 aut me amor negotii suscepti fallit aut nulla umquam res publica nec maior nec sanctior ... fuit. SEN. contr. 1,1,15 eo vultu vetabas aut mihi ita videbaris. 10,5,16 aut nec caedere licuit aut ⟨et⟩ occidere (TERT. pudic. 5 aut nec illis aut etiam nobis. 9 aut et ... aut quoque). SEN. dial. 3,20,6 aut et bonum erit aut nec magnum. 9,8,4 aut ego fallor, aut. 12,14,1 aut me omnia fallunt, aut. epist. 113,13 singulos habeant oportet *animos*, aut non sunt animalia. 79,7 aut ego te non novi (*cf. l. 46*), aut Aetna tibi salivam movet. PETRON. 44 aut tunc aut numquam. 45 aut hoc aut illud, ⟨...⟩ quod utique. 58 aut tace aut meliorem noli molestare. 141 aut fallor aut. SIL. 8,301. 15,88 aut me praescia mens fallit. QVINT. decl. 301 p. 189,24 aut ego fallor, aut. TAC. ann. 13,21 aut existat ... qui arguat. TERT. nat. 2,5 aut doceant.

non minus valet in minis ('oder sonst'): PLAVT. Aul. 459 i et cenam coque, aut abi in malum cruciatum ab aedibus. Poen. 395 ut tu huic irata ne sis, aut ... capias restim ac te suspendas. 495. 511 ite, aut ite (audite *codd.*) hinc in malam crucem. Rud. 1018 nisi pars datur, aut ad arbitrum reditur aut sequestro ponitur. 1162 placide, aut i [te] in malam crucem. TER. Haut. 996 adduces ..., aut scibis cuius sis. CIC. S. Rosc. 61 restitue nobis ... tuam illam calliditatem ... ⟨aut⟩ confitere ⟨te⟩ huc ea spe venisse quod. Verr. 4,25 aut dabis aut contra edictum fecisse damnabere. CATVLL. 12,9 quare aut hendecasyllabos trecentos expecta aut mihi linteum remitte. 103,1. NEP. Epam. 4,3 argentum huic redde, aut, nisi id confestim facis, ego te tradam magistratui. VERG. ecl. 7,21 aut mihi carmen ... concedite ..., aut ... pendebit fistula pinu. PRIAP. 26,2 aut praecidite seminale membrum ... aut rumpar. OV. am. 1,6,57. met. 10,52 ne flectat retro sua lumina ... aut inrita dona futura. IMP. AVG. Mart. 11,20,7 aut futue aut pugnemus. PETRON. 87 aut dormi aut ego iam dicam patri. STAT. Theb. 7,526 adnuite, aut natum complexa superstite bello hic moriar. 12,102 nequis ... ausit ..., aut nece facta luet. 12,446 cede ... aut ... veniemus in ignes. MART. 12,97,10 sit tandem pudor, aut eamus in ius. QVINT. inst. 7,6,5 liberi parentes alant aut vinciantur. IVV. 3,295 aut dic aut accipe calcem. TAC. ann. 15,5 omitteret potius obsidionem, aut se quoque in agro hostili castra positurum. *in comminationis parte altera qua continetur condicio evitandi mali* ('es sei denn daß'): PLAVT. Amph. 889 non edepol faciam ... quin ego illum ut deseram, aut satis faciat mi ille. Men. 517 non tu abis quo dignus es? aut te piari iube, homo insanissime. CIC. Cluent. 127 duos solos video auctoritate censorum affines ei turpitudini iudicari. aut illud afferant, aliquid sese ... de ceteris comperisse. leg. agr. 2,79 quae est ista superbia et contumelia ..., aut, si hoc ab se dictum negat ..., proferat. PETRON. 58 aut ego me non novi (*cf. l. 10*), aut non deridebis. MART. 11,104,1 uxor, vade foras aut moribus utere nostris.

II **aut** *coniungitur cum aliis particulis disiunctivis*: *numquam veriti sunt nec poetae nec scriptores complura varia componere disiungendi schemata, velut* ENN. trag. 75 quid petam praesidi aut exequar? quove nunc auxilio exili aut fugae freta sim?, *ubi* ve *diiungit enuntiata universa*, aut *enuntiatorum membra. similiter in insequentibus*: PLAVT. Asin. 523 quotiens te votui Argyrippum ... compellare aut contrectare, conloquive aut contui. Mil. 721 si ei forte fuisset febris, censerem emori; cecidissetve ebrius aut de equo uspiam, metuerem ne ibi diffregisset crura aut cervices sibi. Pseud. 543 si sumus con[s]pecti seu consilium umquam iniimus aut si de ea re umquam inter nos convenimus (*quod exemplum iam prope accedit ad usum liberiorem*). CIC. de orat. 1,53 quis ... nescit maximam (-me *pars codd.*) vim existere oratoris in hominum mentibus vel ad iram aut (vel *codd. mutili*) ad odium aut ad dolorem incitandis vel ab hisce iisdem permotionibus ad lenitatem ... revocandis. Cato 57 ubi potest illa aetas aut calescere vel apricatione melius vel igni aut vicissim umbris aquisve refrigerari salubrius. SALL. Iug. 67,3 id misericordiane hospitis an pactione aut (an *codd. praeter P*) casu ita evenerit parum comperimus. *vel repetito* aut: PLAVT. Aul. 57 si hercle tu ex istoc loco digitum transvorsum aut unguem latum excesseris, aut si respexis. Capt. 545 si te fugitat aut oculos tuos, aut si te odit. Curc. 23 numquid tu quod te aut genere indignum sit tuo facis aut inceptas facinus facere, Phaedrome? RHET. Her. 2,10,14 (*p. 1567, 1*) CIC. inv. 1,16 de orat. 1,35 *et passim* (*cf. p. 1567, 18*).

maiore licentia **poetae** *in eodem schemate (potissimum post negationes) commiscent particulas disiunctivas* aut, -ve, vel, sive, *ita tamen ut apud vetustiores singula membra non aequali passu incedant*: LVCR. 3,616 in capite aut pedibus manibusve (*cf.* 791 aut ... aut). VERG. georg. 1,93 ne ... ve ... aut. Aen. 1,369 sed vos qui tandem, quibus aut venistis ab oris, quove tenetis iter? 1,413 cernere nequis eos neu quis contingere posset molirive moram aut veniendi poscere causas. 4,112 si Iuppiter unam esse velit Tyriis urbem Troiaque profectis miscerive probet populos aut foedera iungi. 9,406 si qua ... dona ... suspendive tholo aut sacra ad fastigia fixi. 9,485 nec te tua funere mater produxi pressive oculos aut volnera lavi. 10,93 me duce Dardanius Spartam expugnavit adulter? aut ego tela dedi fovive Cupidine bella? 11,791 non exuvias pulsaeve tropaeum vir-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ginis aut spolia ulla peto. HOR. sat. 2, 3, 79 luxuria tristive superstitione aut alio mentis morbo calet. carm. 1, 4, 1 laudabunt alii claram Rhodon aut Mytilenen aut Epheson bimarisve Corinthi moenia vel Baccho Thebas vel Apolline Delphos insignes aut Thessala Tempe. epod. 9, 34 et Chia vina aut Lesbia vel ... metire nobis Caecubum. TIB. 1, 3, 17? PRIAP. 23, 2 quicumque hic violam rosamve carpet furtivumve olus aut inempta poma. 61, 60 non sturnus mihi graculusve raptor aut cornix ... aut ... anser aut corvus nocuit. PROP. 2, 1, 23. 27 *sqq.* OV. ars 3, 251 Semele Ledeve ... *Europeve* ... aut Helene. met. 9, 615 nec ... silices solidumve in pectore ferrum aut adamanta gerit nec. AETNA 102 aut ... 110 sive ... 112 seu ... 114 aut etiam ... 115 sive ...: non est hic causa docenda. GRATT. 237 aut ... aut ... ve. 510. MANIL. 1, 137 seu ... sive ... sive ... seu ... aut. 3, 153. 4, 22 nec ... ve ... aut (SEN. Med. 412. 593). GERM. 578 cadat aut surgat summove feratur in orbe. 585 vel ... vel ... aut ... ve. SIL. 5, 283 ceu ... vel ... aut. 7, 394 hunc ... vel montibus altis, amnibus aut rapidis ... tradam. 8, 566 et quos aut ..., quos aut ... quosve. 16, 32 non ars aut astus belli vel dextera deerat. 16, 175 aut ... aut ... ve. STAT. Theb. 4, 422 haut ... ve ... aut. 6, 608 non ille aut ... ve. *passim.*

audacius etiam poetae in longioribus potissimum enumerationibus admiscent vel copulativas voces -que, et; *tamen apud vetustiores singulae membrorum iuncturae propriam servant vim*: LVCR. 1, 677 quorum abitu aut aditu mutatoque ordine mutant naturam res (*iungas quasi dixerit* numero ordineque mutato). VERG. georg. 2, 258 piceae tantum taxique nocentes interdum aut hederae pandunt vestigia nigrae. 3, 278 in Borean Caurumque aut unde nigerrimus Auster nascitur. 4, 268 proderit et tunsum gallae admiscere saporem arentisque rosas aut igni pinguia multo defruta vel psithia passos de vite racemos Cecropiumque thymum et grave olentia centaurea. Aen. 6, 610 hic quibus invisi fratres ... pulsatusve parens et fraus innexa clienti aut qui ... quique ... quique ..., poenam exspectant. 6, 663. HOR. carm. 3, 27, 2 impios parrae recinentis omen ducat et praegnans canis aut ... lupa ... fetaque volpes. 3, 30, 4. epod. 2, 9 aut ... aut ... que ... aut ... aut ... vel. 2, 30 aut ... aut ... que. PANEG. in Mess. 90 quis tardamve sudem melius celeremve sagittam iecerit aut lento perfregerit obvia pilo aut quis equum celeremve arto compescere freno possit et *eqs.* OV. Ib. 285 *sqq.* utque ... aut velut ... vel ... sicut ... utque ... aut velut ... aut ut. 297 *sqq.* nec ... vel ... aut *eqs. et passim hoc in carmine.* LVCAN. 2, 362 non ... aut ... que. 5, 553 nec ... nec ... aut ... que ... que. 7, 839 aut ... aut ... que. VAL. FL. 1, 166 neque enim ... aut ... et ... que. 3, 175 nec ... aut ... et. SIL. 7, 390 nil miles et alae iuvere aut densis legio conferta maniplis. STAT. Theb. 4, 510 si non ... nec ... et ... aut ... atque. 7, 347 qui ... aut ... que ... que ... que. silv. 2, 1, 117 Maeonium sive ille senem Troiaeque labores diceret aut casus tarde remeantis Vlixis. 2, 2, 67. 3, 3, 130 ... que ... aut ubi. Ach. 1, 436 nec modus aut ... aut ... aut ... que. MART. 10, 98, 6 ... aut ... que. IVV. 7, 120 ... et ... aut ... aut. 15, 21 ... vel ... et ... aut. 125 nec ... nec ... que ... aut. *passim apud posteriores.*

desunt talia exempla apud ***prosarios*** *vetustiores, nisi quod semel haec habet* CIC. part. 64 ex cognitionis consultatione ubi sit (consuetudinibus *codd.*) necne sit aut fuerit futurumve sit quaeritur, *ubi facile ex eiusdem verbi formis et ex clausula petitur excusatio* (*cf. tamen* inv. 2, 66 *p. 1567, 66*). *increbrescunt apud eos qui poetarum sermonem etiam alias imitantur et apud minus cultos* (VITR. CELS.). *sic* LIV. 1, 1, 7 unde aut quo casu ... quidve quaerentes. 5, 54, 1 Fidenas ... aut Gabios aliamve quam urbem. 34, 35, 4 nequod inde mancipium regium publicumve aut privatum educeretur. 38, 5, 4 libramenta plumbi aut saxorum stipitesve robustos incutiebant. 45, 25, 2 consules praetoresve aut legati. VITR. 1, 2, 5 *decor* perficitur statione ... seu consuetudine aut natura. 1, 5, 1 viarum munitiones aut opportunitates fluminum seu per portus marinae subvectiones. 1, 5, 8 ubi sunt saxa quadrata sive silex seu caementum aut coctus later sive crudus. 2, 3, 1 ex terra albida cretosa sive de rubrica aut etiam masculo sabulone. 3 praef. 1 artifices ... ⟨etiam⟩si non pecunia sint copiosi seu vetustate officinarum habuerint notitiam aut etiam gratia forensi et eloquentia non fuerint parati. 3 praef. 2 aut ... aut ... seu. 5, 6, 8 aut ... seu. 6, 6, 7 trabes seu limina aut contignationes. 7, 1, 2 de cerro aut fago seu farno. 7, 1, 4. 7, 1, 5. 7, 5, 2. 7, 5, 4. 7, 5, 6 (*bis*). 8, 2, 8. 8, 3, 1. 8, 6, 1. 9, 7, 7 sive ... sive ... sive ... aut etiam. CELS. 2, 2 p. 32 si circa pectus aut cervices aut crura vel genua vel coxas *insudat.* 4, 2 p. 123 qui vel vino vel cruditate vel frigore vel igne aut sole contrahitur. 4, 2 p. 124 aqua calida marina vel certe salsa aut in qua laurus decocta sit. 4, 7 p. 130 vel ... vel ... vel ... vel etiam ... aut. 4, 11 p. 134 aut post cursum vehementem vel ambulationem. *ibid.* vel acetum ... aut porri sucum. 5, 10 p. 163 cum ruta vel porro aut lenticula *et alibi talia apud* CELSVM. *etiam haec*: 5, 25, 3 sive coxa sive iecur aut lienis aut latus torquet. SEN. dial. 2, 3, 5 nec secari adamas aut caedi vel deteri potest. nat. 1, 2, 2 lux solis aut lunae vel cuiuslibet sideris. epist. 9, 16 ... vel ... vel ... aut. 73, 1 ... aut ... ve. 108, 20 in his pecudibus ferisve aut aqua mersis. COLVM. 12, 46, 2 aut corvis aut cornicibus aliisve avibus. 12, 59, 4 ... vel ... vel ... aut. 2, 8, 3 hibernis imbribus aut geli⟨ci⟩di⟨i⟩s pruinisve. 2, 2, 11 cupressinis vel pineis aut, si eae non erunt, aliis frondibus. 1 praef. 30 nec Brutum aut Caelium Pollionemve cum Messala et Calvo deterruere ab eloquentiae studio fulmina illa Ciceronis. 4, 13, 2 genista vel ... iuncus aut ulva. 5, 11, 6 libro ulmi vel iunco aut vimine arborem constringito. 7, 6, 7 ... vel ... aut ... vel etiam. 7, 9, 4 vel cum ... aut cum. 8, 15, 4 vel ... aut (11, 3, 50). 9, 1, 7 ... aut ... ve. SCRIB. LARG. 104 ... vel ... aut ... aut ... vel. 186 ... vel ... vel ... aut. PETRON. 109 neque ... obicies vindicabisve aut ullo alio genere persequendum curabis. PLIN. nat. praef. 12 neque admittunt *libri mei* excessus aut orationes sermonesve a[p]ut casus mirabiles vel eventus varios, iucunda dictu aut legentibus blanda. 2, 193 ... aut ... ve. 6, 105 ... ve ... aut. 7, 106. 9, 13 ... aut ... vel. 12, 31 aut ... aut ... vel ... vel. 17, 147 ... aut ... vel etiam. 26, 4 ... vel ... aut etiam. 31, 46 ... aut ... vel ... aut etiam. 34, 133 ... aut ... aut ... aut ... vel. TAC. dial. 28 nec aut ... aut ... vel (*cf. Nipperdey opusc. p. 277*). ann. 1, 13 ... aut ... vel. 14, 33 ... aut ... vel. 14, 38 neque ... vel ... aut quid aliud. 15, 31 ne ... neu ... aut ... ve. *passim, ex. gr. saepissime in* DIG., *ubi etiam* sive *adicitur, velut*: TRYPH. dig. 27, 1, 45, 30 mente capto aut muto sive ventri. VLP. dig. 15, 3, 3, 1 sive ... aut si ... sive. 15, 4, 1, 1. 28, 4, 6, 3 sive ... aut si. 43, 32, 1. 44, 3, 1. PAVL. dig. 35, 2, 1, 7 sive ... sive ... aut etiam si. SOL. 5, 19 seu ... sive ... seu ... sive ... aut ... aut ... vel ... vel ... ve.

multo rarius apud prosarios iungitur copulativa particula: CELS. 7, 33 p. 321 gangraenam inter ungues alasque aut inguina nasci. SEN. nat. 1, 2, 7 lapillus in piscinam aut lacum et adligatam aquam missus circulos facit innumerabiles, at hoc idem non faciet in flumine. 2, 32, 5 aquilae ... aut corvo et paucissimis avibus. 3 praef. 5 Philippi aut Alexandri ... ceterorumque. COLVM. 12, 49, 9 si qui adhaerent pediculi foliaque aut surculi. 2, 17, 1 ne stipes aut spinas validiorisque incrementi herbas inesse patiamur. 6, 2, 11 stimulis aut ignibus aliisque tormentis. 8, 14, 9 ne coluber, ne vipera felesque aut etiam mustela possit adspirare. 9, 1, 6 hordeo ... vel adorea farre aut faba, plurimumque etiam vinaceis. 9, 7, 2 ne ascensus lacertis aut anguibus aliisque noxiis animalibus praebeatur. SCRIB. LARG. 170 quorum ... aut ⟨qui⟩ ... et quibus. PLIN. nat. 15, 1 Fenestella *tradit oleam* ... omnino non fuisse in Italia Hispaniaque aut Africa. 18, 293 sarmenta aut palearum acervos et evulsas herbas fruticesque ... incendito. 19, 40 quod in Perside aut Media et Armenia nascitur. 19, 56 conpertumque non aliter quaestuosius censum haberi aut tutius ac minore fortunae iure. 20, 31 radicem eius Dieuches contra iocinoris aut lienis ac lumborum et renium vitia ... dari iubet. 22, 50 pseudoanchusa ... appellata, a quibusdam vero echis aut doris et multis aliis nominibus. 22, 118 nos nec Indicarum Arabicarumque mercium aut externi orbis adtingimus medicinas. 24, 152 bibitur ad difficultates urinae et vesicae aut suspiria praecipitatisque ex alto. 34, 114 excellentis remedii contra initia glaucomatum et suffusionum, contra caligines aut scabrities et albugines et genarum vitia. 37, 130 vitia earum *gemmarum* languor aut alienis turbari coloribus et quae ceterarum. QVINT. inst. 11, 1, 84 quid aliud ei quam gemitus aut fletus et exsecratio vitae conveniat? TAC. ann. 4, 29 robur et saxum aut parricidarum poenas minitantium. hist. 2, 93 miles ... in porticibus aut delubris et urbe tota vagus. dial. 21 nisi forte quisquam aut Caesaris ... aut Bruti ... ceterosque eiusdem lentitudinis ... libros legit (*cf.* ann. 14, 49 ceterive) *et alibi.*

plane alius generis sunt anacoluthа (*Madvig, Cic. fin. excurs. 1, 3*): CIC. Brut. 53 quis enim putet aut celeritatem ingeni L. Bruto ... defuisse? ... videmus item ... M. Valerium dictatorem dicendo sedavisse discordias ..., ne L. Valerium quidem Potitum arbitror non aliquid potuisse dicendo. orat. 229 ne aut (*sic codd., pergit* 231 ut neque ... neque). fin. 4, 77 quasi vero aut ... et quasi. fat. 5 (*v. supra p. 1565, 64*). Tusc. 2, 33. off. 1, 9 aut ... dubitant ..., tum autem aut anquirunt aut consultant ..., tertium dubitandi genus est, cum. epist. 6, 3, 4 (*?*). LVCR. 6, 715 aut quia ... 724 est quoque uti. PROP. 2, 22, 43 aut si es dura nega, sin es non dura, venito. LIV. 2, 24, 5 nec, si ..., aut ... nisi ..., neque. 10, 8, 3 nec aut tunc ... et nunc 38, 26, 7 nec aut ... et. VITR. 2, 4, 2 de fluminibus aut e glarea ..., non minus etiam de litore marino. CELS. 2, 5 p. 35 ubi ... aut ubi ... aut ubi ... aut ubi ... item si ... si ... aut si ... aut si. VLP. dig. 7, 1, 33, 4 et aut fundi est usus fructus legatus ... 7 sed si aedium usus fructus legatus est. 26, 10, 3, 5 aut ... quod si. 36, 1, 38 aut re ipsa ... sed et si verbo. *alio ordine*: CIC. top. 93 nam et negantur saepe ... 94 a⟨u⟩t ... incurrunt status.

III aut *augetur variis adverbiis*: **aut adeo**: [*aliter* PLAVT. Amph. 169.] PLAVT. Men. 827 ⟨quid debeo⟩ tibi aut adeo isti? TER. Hec. 524 Phorm. 932 PLIN. nat. 14, 22. 35, 138. *v. sub* adeo *I p. 614, 20.* **aut certe**: CIC. Flacc. 102 diem vere natalem huius urbis aut certe salutarem. Verr. 4, 110 aut damnum aut certe non magnum lucrum fecisse decumanos. Catil. 2, 11 poenam ... aut instare iam plane aut certe appropinquare. Mur. 2 Balb. 43 Planc. 49 Mil. 43 Phil. 2, 41. 10, 13 qui iam aut captus est ... aut certe homo verecundus in Macedoniam non accedit. dom. 134 qui aut nihil dixit nec fecit omnino ... aut, si dixit aliquid ..., certe nihil rite ... perfecit. prov. 33 a gentibus aut inimicis ... aut infidis aut in-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cognitis aut certe immanibus. de orat. 1, 92 aut falso aut certe obscura opinio. 1, 125 aut aeterna ... aut certe diuturna. 2, 206. 2, 346 Brut. 254 orat. 11. 136 aut omnes aut certe plerasque. top. 64 rep. 2, 28. off. 2, 50 semel ... aut non saepe certe. ad Q. fr. 2, 14, 2. epist. 2, 3, 1 aut ... aut certe. 4, 7, 2. 4, 9, 4. 7, 5, 1. 9, 9, 1. 9, 16, 1 ut ... aut liberarem te ista cura aut certe levarem. 13, 4, 2. 13, 8, 1 Q. Cic. pet. 5 Prop. 3, 21, 29 Ov. met. 7, 13. 11, 478. 13, 57. 14, 176. 15, 461 Liv. 2, 1, 4. Cels. 1, 3 p. 21 neque sub divo noctu dormire aut certe bene operiri. Sen. dial. 10, 18, 5 septem aut octo certe dierum cibaria. *passim. corruptus locus* Cic. Att. 2, 21, 6 aut certe ... aut etiam. *nota etiam*: Caes. civ. 1, 85, 10 aut cum honore aliquo aut certe sine ignominia. 2, 31, 5 aut omnino falsa aut certe minora opinione. Cels. 4, 16 p. 142 ulcera aut omnino non sanescunt aut certe cicatricem vix recipiunt. Qvint. inst. 4, 1, 27 aut omnino repellere aut certe minuere. Pomp. dig. 1, 2, 2, 43 primum locum aut pro certo post M. Tullium. *crebrum* aut certe *in* Schol. *ut altera afferatur interpretatio* (*praecedit aut deficit* aut), *etiam talia* Serv. Aen. 1, 77 explorare: deliberare, ... aut certe aperire vel pensare ... aut certe 'explorare' explanare; aut certe statuere, an. 1, 89 aut certe ... aut. 1, 133 aut ... aut certe ... aut certe. 2, 721 aut ... aut certe ... vel. 6, 22 aut ... aut ... aut re vera ... aut certe. 6, 468 ... vel ... aut certe. **aut dumtaxat**: Vlp. dig. 42, 8, 6, 12 ut restituat quod ad se pervenit aut dumtaxat de peculio damnetur. **aut etiam**: Ter. Ad. 146 si augeam aut etiam adiutor sim eius iracundiae, insaniam profecto cum illo. Haut. 132 quem pariter uti his decuit aut etiam amplius. Rhet. Her. 4, 20, 28 si una aut etiam altera syllaba est alterum brevius. Cic. inv. 2, 65 utrisque aut etiam omnibus. Verr. 4, 194 ~~HS~~ binis aut etiam ternis. 6, 80. 6, 171 Caecin. 63 Rab. perd. 19. Catil. 2, 12 homo ... timidus aut etiam permodestus. 2, 19 se consules ac dictatores aut etiam reges sperant futuros? Sest. 89. Phil. 13, 26 Censorinum ... aut Ventidium aut etiam ipsos Antonios. Verr. 4, 39 aut amplius etiam. 4, 137 aut illum etiam ipsum. 5, 51 aut si quid etiam. Marcell. 25 aut si tibi etiam. Verr. 5, 14 qui aut non minoris aut etiam pluris emerint. Flacc. 71 har. resp. 7. 24 Cael. 23 Balb. 27. Pis. 57 aut non appetentem aut etiam recusantem. Verr. 3, 170 aut scribae istius aut Timarchidi aut etiam isti ipsi. 5, 25 dom. 31. Planc. 43 (*v. p. 1574, 25*). Verr. 4, 198 aut ... aut ... aut ultro etiam. de orat. 1, 76 (*v. p. 1574, 26*). 1, 91. 1, 139 aut ... aut ... aut etiam ... aut, quod nonnulli addunt. 1, 174 quinqueremes aut (autem *pars codd.*) etiam maiores gubernare. 2, 38. 2, 72. 2, 90. 2, 135. 3, 58. 3, 71 aut hunc etiam. 3, 198 terna aut bina aut nonnulli singula etiam verba dicebant. 3, 220. Brut. 15. 82 aut ... ⟨aut⟩ ... aut etiam. 180. 185. 193 a mediocri aut etiam malo. orat. 11. 72. 129 mediocres aut multo etiam minus. epist. 11, 28, 2 neque bellum umquam civile aut etiam causam dissensionis probavi. Varro rust. 1, 2, 23 non enim, siquid propter agrum aut etiam in agro profectus domino, agriculturae acceptum referre debet. 1, 7, 7 non possunt vivere nisi in loco aquoso aut etiam aqua. 1, 16, 3 oppida aut ⟨vici in⟩ vicinia[e] aut etiam divitum copiosi (-sae *cod.*) agri. 1, 43. 1, 51, 2 aream ... muniunt lapide aut etiam faciunt pavimentum. 2, 6, 5 *greges* diducuntur ad molas aut ad agricultuam ... aut etiam ad arandum. 3, 16, 30 cum iam evolaturae sunt aut etiam inceperunt *apes*. Liv. 24, 32, 1. Cels. 4, 32 p. 159 uno aut etiam altero die. *passim*. *nota ordinem*: Cic. Att. 4, 18, 5 si aut amor in te est nostri (non *M*) ac tuorum aut ulla veritas aut si etiam sapis. *habent etiam poetae, velut* Lvcr. 1, 1012. 3, 46. 3, 1067 (..., aut ..., aut etiam ...). 4, 339. 4, 936 (aut ... aut etiam ... aut ... aut). 5, 359. 5, 701. 6, 1128. 6, 1198. 6, 1202 Aetna 114. 311 Hor. sat. 1, 3, 36. 39. 2, 3, 122. epist. 2, 2, 165 trecentis aut etiam supra nummorum milibus. Tib. 2, 1, 85 clam sibi quisque vocet. aut etiam sibi quisque palam. Ov. epist. 14, 41 aut sic aut etiam tremui magis. met. 9, 623 Pont. 3, 4, 12. Lavs Pis. 207 *passim. eodem fere sensu* aut iam: Drac. laud. dei 2, 294 aut bellator aquas aut iam pirata vagatur. **aut item**: Cic. Caecin. 96 me tuum aut item te meum servum esse. **aut quidem**: Plavt. Most. 944 quid ais? an iam vendidit aedis Philolaches? aut quidem iste nos defrustratur senex. Ter. Hec. 306 magnum nescio quid necesse est evenisse ... :: [h]aut quidem hercle parvom. Phorm. 425 omnia haec illum ... putato dicere, aut quidem cum uxore hac ipsum prohibebo domo. Cic. epist. 7, 33, 1 aut nihil sumus aut nobis quidem ipsis displicemus. Att. 16, 11, 6 kal. Ian. erit fortasse praesidio, aut quidem ante depugnabitur. Caes. or. frg. (Suet. Iul. 66) mihi credant ..., aut quidem vetustissima nave impositos ... iubebo avehi. **aut sane**: Cic. Scaur. 15 testis ... Afer aut Sardus sane. Brut. 21 relaxa modo paullum animum aut sane, si potes, libera. **aut saltem**: Caes. civ. 1, 6, 2 uti eum defendant aut sequantur saltem. Sen. epist. 8, 4 ne resistere quidem licet ... aut saltim rectis aut semel ruere. Plin. nat. 19, 33 nullis ... fibris aut saltem capillamentis. Qvint. inst. 6, 5, 1 ut ne a sententiis quidem aut verbis saltem singulis possit separari. 10, 1, 127 decl. 338 p. 333, 12. *nota*: Qvint. inst. 3, 11, 26 ut intueamur semper aut certe, si digressi fuerimus, saltem respiciamus. **aut modo**: Plavt. Cas. 1001 si umquam posthac aut amasso Casinam aut occepso modo, ne ut (*i. nedum*) eam amasso ..., nulla causast quin ... me ... verberes.

aut omnino: Lvcil. 374 (*periit membrum prius*) aut forte omnino ac fortuna vincere bello. Cic. inv. 1, 16 cum aut quem aut quicum aut quomodo aut apud quos aut quo iure aut quo tempore agere oporteat, quaeritur aut omnino aliquid de commutatione aut infirmatione actionis agitur. 1, 79. 1, 81. 2, 53. Verr. 3, 69 quod metuendum aut omnino quod dubitandum videretur. Phil. 2, 111 respondebisne ad haec? aut omnino hiscere audebis? Sest. 32 nullum conlegium aut concilium aut omnino aliquod commune consilium. har. resp. 18 delecter aut utar omnino. Phil. 3, 4 cui tandem nostrum aut cui omnino bono pepercisset. 11, 3. Verr. 3, 87 hortos aut suburbanum aut locum omnino ... nullum. dom. 91 si tum consules aut fuissent in republica aut omnino non fuissent. Sest. 140. dom. 14 quasi vero ego aut ... praefuissem aut ... tenerem aut in isto genere omnino quicquam aut curatione aut potestate valuissem. de orat. 1, 39. 2, 347. 3, 187 Brut. 56. 65 Catonem ... quis legit? aut quis novit omnino? 194 quis ... quicquam politius aut elegantius aut omnino melius aut expectaret aut posse fieri putaret? orat. 19 quem numquam vidit Antonius aut qui omnino nullus umquam fuit. top. 50. fin. 5, 33 (*vide Madvig p. 663*). *passim*. Caes. Gall. 1, 27, 4. 1, 34, 4 aut Caesari aut omnino populo Romano. Plin. nat. 10, 35. 22, 60. *passim*. Plin. nat. 18, 364 aquaticas aut in totum volucres. Scaev. dig. 36, 1, 81 aut omnimodo (Pavl. dig. 23, 5, 3, 1). **aut pol** Plavt. Amph. 782 *v. p. 1569, 32*. **aut vero**: Cic. inv. 2, 65 post autem adprobata quaedam a consuetudine aut vero utilia visa legibus esse firmata. Planc. 43 quem iudicem ex illis aut tacitum testem haberes aut vero etiam excitares? de orat. 1, 76 si quis esset aut si etiam umquam fuisset aut vero si esse posset. 1, 36 aut ... aut vero ... aut ... aut. nat. deor. 2, 115 haec omnis discriptio siderum ... ex corporibus ... temere cursantibus potuisse effici cuiquam sano videri potest? aut vero alia quae natura mentis et rationis expers haec efficere potuit? Don. Ter. Ad. 3, 2, 1. 3, 3, 28 aut ... aut vero (Anon. Vales. 12, 62). Avg. civ. 3, 18 neque enim vel ... aut vero. 6, 4 p. 250, 26 quasi ... aut vero etiam. 14, 11 p. 29, 12. 15, 27 p. 117, 5. 20, 17 p. 445, 17. 21, 18 p. 522, 30. **aut utique**: [Plavt. Mil. 1130 *codd.*] Sen. benef. 6, 19, 1 fecit ... sua causa aut utique non mea. Plin. nat. 6, 106 mense Aegyptio Tybi incipiente ... aut utique Mechiris Aegyptii intra diem sextum. 17, 138 trimae aut utique quinquenni. 17, 215 plena a⟨u⟩t crescente ut⟨i⟩que *luna*. 23, 117 si ... dentur ... aut utique ostendantur. Sol. 20, 13 aut ... aut utique.

aut contra: Cic. inv. 2, 18 alicuius retinendi ... commodi aut contra reiciundi ... incommodi causa. 2, 21 cum aut id quod bonum est malum putant, aut contra quod malum est bonum. Nigid. Gell. 9, 12, 6 Gratt. 119 Plin. nat. 17, 228. 242 Qvint. inst. 1, 2, 18. 1, 5, 68. 2, 5, 15. 5, 10, 64. 5, 10, 80. 8, 6, 10. Pavl. dig. 20, 4, 16 aut contra si. Plin. nat. 10, 113 aut e contrario (Avg. civ. 15, 27 p. 116, 25). Plin. nat. 32, 22 aut rursus. Qvint. inst. 9, 4, 72 (uisus *codd.*). Tac. hist. 1, 1 libidine adsentendi aut rursus odio. 3, 52 ann. 2, 39. Avg. civ. 21, 14 p. 517, 11 aut ... aut rursus. **aut magis**: Ov. met. 15, 773 bellaque cum Turno gerere aut, si vera fatemur, cum Iunone magis. Ven. Fort. carm. 7, 18, 18. **aut potius**: Cic. Verr. 4, 113 erravit aut potius insanivit Apronius? 4, 173 quae est ergo ista ratio aut quae potius ista amentia? Sest. 35 proditores aut potius apertos hostis. Phil. 10, 9. or. frg. A V 5 quid est negare ausus aut potius quid non confessus? p. red. in sen. 19 Sest. 29. orat. 27 quis eum ferret aut potius quis non iuberet auferri? leg. 1, 40 off. 3, 83. 101 Cato 35 Tusc. 1, 23. ad Q. fr. 1, 1, 19 hominis ne Graeci quidem ac Mysi aut Phrygis potius. 1, 4, 5 Att. 4, 1, 1. 4, 1, 2 conspectum aut potius complexum mihi tuum defuisse. 8, 8, 1 id demum aut potius id solum esse miserum, quod turpe sit. 13, 6, 4 Ivv. 6, 489. Ps. Apvl. Ascl. p. 19 non multa aut potius unum. Sedvl. carm. pasch. 1, 281 risimus aut potius tales deflevimus actus (*at prosa oratione* vel potius op. pasch. 1, 27 p. 191, 5).

aut fortasse: Cic. leg. agr. 2, 51 non fuit tam diligens quam est Rullus, aut fortasse emptorem ... reperire non potuit. [Flacc. 82 *corruptum*.] Att. 13, 36, 2 dati igitur iam sunt, nec tibi integrum est .... aut fortasse litterae meae te retardarunt. Sen. dial. 4, 30, 1 aut ... aut fortasse. nat. 6, 7, 5 aut fortassis. 7, 30, 4 epist. 66, 1 Stat. Theb. 11, 352. Avg. civ. 3, 13 p. 111 aut fortassis. 19, 23 p. 393, 24 aut fortasse. 22, 29 aut fortasse etiam. Cassian. c. Nest. 7, 19, 5.

aut forte: Lvcr. 2, 84 aut gravitate sua ferri primordia rerum aut ictu forte alterius. Liv. 23, 3, 3 nec quidquam raptim aut forte temere egeritis. Plin. nat. 11, 54 si qua lassata defecit aut forte aberravit. 24, 157 Val. Fl. 7, 182 Qvint. inst. 9, 4, 49 Tac. ann. 4, 69 Papin. dig. 50, 1, 13 Itin. Silv. 25, 1. Avg. civ. 3, 14 p. 113, 24 *et passim*. Stat. silv. 2, 6, 100 aut ... forsan. Tert. ieiun. 11 aut ... forsitan (Oros. 4, 17, 8).

aut denique: Cael. or. frg. Quint. 11, 1, 51 ne cui vestrum ... mens aut vultus modestior aut vox immoderatior aliqua aut denique, quod minimum est, iactantior gestus fuisse videatur. Rhet. Her. 2, 5, 8 quaeretur, num ..., num ..., aut denique num. 4, 5, 8 neque sua protulerunt neque unius alicuius aut denique duorum, sed ab omnibus ... exempla sumpserunt. Cic. inv. 2, 22. 2, 30. leg. agr. 3, 3 adimi Sullanos agros vobisque dividi aut denique minui privatorum possessiones. dom. 48. Cluent. 185 ne in extrema quidem aut media

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

aut aliqua denique parte quaestionis. S. Rosc. 8 aut causa criminis aut facti suspicio aut quaelibet denique vel minima res. Arch. 12 aut ... aut ... aut denique (Planc. 40). Verr. 2, 101 aut ... aut ... aut ... aut denique. de orat. 2, 17 aut ... aut ... aut ... aut (*huic subiecta partitio per* vel ... vel) ... aut denique (*huic subiecta alia per* aut ... aut). part. 42. epist. 1, 2, 4 aut ... aut ... aut denique. 4, 14, 1. 5, 16, 3. Lvcr. 5, 858 aut ... aut ... aut denique. Caes. Gall. 2, 33, 2. Hor. sat. 1, 2, 133 ne nummi pereant aut puga aut denique fama. Liv. 8, 21, 6 ullum populum aut hominem denique. Sen. benef. 7, 9, 5 quo defendi aut corpus aut denique pudor possit. Qvint. inst. 1, 5, 5 aut ... aut ... aut ... aut denique. 6, 3, 111 ... aut ... aut denique. Scaev. dig. 32, 35, 3. Apvl. apol. 96 aut coram aut denique in testamento. Tert. scorp. 5. **aut postremo**: Plavt. Asin. 49 cur hoc ego ex te quaeram? aut cur miniter tibi ...? aut cur postremo filio succenseam? Rhet. Her. 4, 8, 12 qui violassent ... constuprassent, volnerassent (viol- *codd.*) aliquem aut postremo necassent.

aut summum: Cic. Quinct. 78 biduo aut summum triduo. Verr. 3, 129 unum aliquem diem aut summum biduum. 4, 201 duo milia nummum aut summum tria. Mil. 12 quattuor aut summum quinque. 26 triduo ... aut summum quadriduo. epist. 14, 3, 5 ex primis aut summum secundis litteris tuis constituere poterimus, quid nobis faciendum sit. Att. 13, 21, 2 hodie aut summum cras. Liv. 21, 35, 9 uno aut summum (-o *codd.*) altero proelio. 33, 5, 7 duo aut summum tres. 34, 32, 6. 44, 38, 7. Liv. 33, 5, 9 trium aut cum plurimum quattuor. Colvm. 5, 5, 3 binos pedes aut plurimum ternos. Colvm. 5, 6, 18 pedum sex aut minimum quinque. Petron. 113 aut, quod minimum est. 114 aut, quod ultimum est. Plin. nat. 2, 78 Veneris sexaginta novem aut, cum minimum, quinquaginta duobus *diebus*, Mercuri tredecim aut, cum plurimum (25, 121), septemdecim. Qvint. inst. 11, 1, 51 aut ... aut ... aut denique, quod minimum est. Plin. nat. 18, 56 quattuor aut quinque tardissime diebus. Ivv. 12, 59 digitis a morte remotus quattuor aut septem, quae sit latissima, taedae.

IV ***neglegentius posita vel recentiora***: *loco* **an** *vocalae positum* (*cf.* Qvint. inst. 1, 5, 50 et 'an' et 'aut' coniunctiones sunt, male tamen interroges 'hic aut ille sit'). *non recte* Plavt. Most. 681 videndumst primum, utrum eae velintne an non velint *cod. Ambr. exhibet* velint aut non velint. *atque alieni sunt loci ut* Rhet. Her. 4, 29, 40 Cic. inv. 1, 17 de orat. 1, 233. *nec vero dubitandum de hoc* Varro ling. 7, 32 dubitatur ... in hoc, utrum primum una 'canis' aut 'canes' sit (sic *F*) appellata. *item postea* Vlp. dig. 40, 12, 7, 5 disceptatur, utrum ex libertate in servitutem aut contra agatur. 45, 3, 11 utrum adiectio inutilis est aut (an F^2) tota stipulatio utilis non est? Herm. vis. 3, 4, 3 cogitant ... utrumne (si *Pal.*) ... aut non (an ne *Vat.*). Iren. 2, 14, 7 utrum ... aut. Hier. epist. 36, 1 utrumne ... aut (Fvlg. myth. 2 praef.). Avg. civ. 3, 6 nec ... interest utrum ... aut (Greg. Tvr. Mart. 2, 26). [Manil. 4, 23 aut *solus Gembl.*, ad *vel* at *alii*, an *Bentley*.] Plin. nat. 30, 104 experiendi ... anne aranei ... tela cum ipso ... inposita ... prosit aut ipse calamo adalligatus ... item lacerta adalligata. Tert. carn. 8 nihil ... interest, aut ... excogitent ... aut ... agnoscant (*pro* utrum ... an). *apud recentiores saepe pro ἤ versum*: Itala gen. 37, 32 (Ottob. Lugd.) cognosce si tunica filii tui est aut non (ἢ οὔ, Vvlg. an non). num. 11, 23 (Monac. Lugd.) scies si ... aut non (ἢ οὔ, *om.* Vvlg.). gen. 27, 21 (Lugd., *item* Hil. myst. p. 14, 32) ut palpem te.... si tu es filius meus Esau aut non (ἢ οὔ, an non Vvlg.). Ios. 5, 13 (Priscill. tract. 1, 37) noster es aut (ἢ, an Vvlg.) adversariorum? Lvcif. Athan. 1, 16 quem vis imitemur, tene aut David? Rvfin. Adamant. 2, 1. 2, 7. 2, 8. 2, 9 (*praecedit* an). 2, 12. Avg. epist. 238, 22 quid sit maius, verum aut (an *edd.*) veritas? Itala Rom. 8, 35 (Hil. in psalm. 65, 5) quis nos separabit a caritate dei? tribulatio an angustia aut persecutio aut ... aut ... aut (*semper* ἤ, *semper* an Vvlg.). *in quaestione simplici* (*cf. iam* Ter. Ad. 396 sinerem illum? aut non sex totis mensibus prius olfecissem?). Comm. instr. 1, 7, 4 aut Iovis in stella credatur? 1, 7, 7. 1, 29, 18 aut tu regis omnia forte? (apol. 80. 453 Ennod. epist. 7, 31 *passim*). Lvcif. Athan. 1, 41 aut numquid ... negabitur (1, 26 non conv. 4 Priscill. tract. 3, 72 Cassian. c. Nest. 7, 4, 5 *et passim*). 2, 8 p. 162, 2 aut si non est (*fere i. q.* an non est) Auxentius ... Arrianus? Avg. civ. 5, 17 p. 222 aut vero (22, 6 p. 563, 10 serm. 30, 4. 8, 8 aut vere). Herm. Pal. vis. 1, 1, 8 aut non (ἢ οὐ) tibi videtur? (Rvfin. Adamant. 1, 27. 2, 8 aut non ita est? 2, 16 Pass. Perp. 17). aut *fere i. q.* **et** (*haud raro sic legitur, at rarius hercle quam indices editorum solent praedicare*): Comm. instr. 1, 16, 8 deciperis vane, qui Manes quaeris orare et qui fabricantur dominos tibi nuncupas esse. aut feminas quoque nescio quas deas oratis. 1, 17, 8 dum ... aut cum. Vigil. Trid. ad Ioh. 8 p. 556^b duxit ad vitam aut induxit ad gloriam. Pelagon. praef. p. 29, 10 curas aut medicinas (13 et). aut ... aut *paene i. q.* et ... et: Lvcif. moriend. 9 p. 302, 18 adverte, Constanti, stetisse aut illos beatos martyres ... aut hos quos adhuc interficere non valuisti contra te inmanem feram. Itala Iob 40, 22 (Priscill. tract. 1, 12 p. 11) tu adduces ... aut ... aut ... et. *hunc usum pravum admodum viguisse luculentus testis est* Edict. imp. Iustin. (*a. 531*) cod. Iust. 6, 38, 4 cum quidam sic vel institutionem vel legatum ... scripsisset 'ille vel (*lege* aut) ille heres mihi esto' vel 'illi aut illi do lego' vel 'dari volo' vel 'illum aut illum liberum' vel 'tutorem esse volo' vel 'iubeo', dubitabatur utrumne inutilis sit huiusmodi institutio ... an occupantis melior condicio sit, an ambo in huiusmodi lucra vel munia vocentur et an secundum aliquem ordinem admittantur, an uterque omnimodo .... itaque nobis visum est omni huiusmodi verbositate explosa coniunctionem 'aut' pro 'et' accipi ut videatur copulativo modo esse prolata et magis sit παραδιάζευξις ut et primam personam inducat et secundam non repellat. *vide et sequentia.* (aut ...) aut *pro* **sive** ... **sive** *saepe apud recentiores, velut* Ennod. dict. 21 p. 489, 27 incurram aut ... exhibeam, una condicio est. epist. 8, 27 p. 249, 8 tale factum, aut studio aut neglegentia evenerit, non probatur. *item explicandum* Itin. Anton. Plac. rec. A 34 aut invenerit aut non invenerit, noluit nobis dicere. aut *pro* **vel** '*sogar*': Virg. gramm. epist. 1 p. 116, 24 H. (2 p. 128, 15 *?*). [Sidon. epist. 5, 17, 1 *delendum est alterum* vix.] *male versum ἤ pro* **quam**: Iren. 2, 26, 1 melius est ... nihil omnino scientem quempiam ... credere ... aut per huiusmodi scientiam inflatos excidere a dilectione. *cf.* Papyr. Amherst. 2, 26 II 32 serenae magis aut (πρᾶον εἶναι μηδέ). *V.*

Auta *v.* Auctus. **Autaberna** *v.* Zautaberna.

Autacae, -ārum *gens Sarmata.* Plin. nat. 6, 21 Autacas.

autachātes *v.* antachates.

Autaeī, -ōrum *gens Arabiae et Aegypti, Agatharchidae Αὐταῖοι.* Plin. nat. 6, 158. 167. 168. *v. D. H. Müller, PW. II 2593.*

Autaleī *v.* Augilae.

Autarcēs, -is, *Αὐτάρχης, cogn. vir.* Inscr. Ephem. epigr. VIII (add. Corp. II) 305 (*in Baetica, aevi Hadrianei*) Autarces Sabina⟨e⟩ Aug. n. lib. XIV 1701 (*Ostiae*) aream sibi concessam a Iulia Tyche tutore auctore T. Flavio Autarche. **Autarcius**, -ī *signi modo fictum.* Corp. XII 832 (*Arelate, saec. II/III, pro christiano habuit editor, recte puto, de aetate tamen dubitaverim*) Iuliae Luc. filiae Tyraniae ... Autarcius nurui, Laurentius ucxori.

Autariātae *v.* Auderiatae. **Autaricus** *v.* Atracius *sub* Atrax.

Autaridae *v.* Ausaritae.

Autē, *Αὐτή, nisi tamen est* Aucta *cogn. mul.* Corp. VI 17580 d. m. Fabia Aphrodísia Cocceia Sabina Cocceia Aute Synistor b. m. f. *Diehl.*

Autei *v.* Autaei. **Autēius** *v.* Autius.

? **Auteloius** *cogn. vir. corrupt.* Corp. V 5619 (*in agro Mediol., periit*) L. Cassio Auteloio l. f. *Ihm.*

autem *particula* [*cf. c. osc.* avt '*sed, autem*', *gr.* αὖ, αὖτε, αὖτις. *Th.*]. *quas per notas librarii* autem *scripserint, docet Traube, Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde XXVI p. 233 sqq. v.* Not. Tir. 2, 40 Not. laterc. gramm. IV 277, 3. 288, 2. 304, 11. 317, 38. 335, 13. 347, 13. Gloss. δέ. II 269, 5 δὴ ast[i] autem. 266, 55 δὲ ast, at, autem, ceterum, certe, verum. *cf.* Pavl. Fest. p. 6 *sub* ast *p. 942, S3.* Prisc. gramm. III 287, 2 δὴ coniunctio tam completiva quam confirmativa invenitur apud illos ..., quomodo apud nos ... autem. 102, 12. *inter* expletivas *coniunctiones ponunt* Asper gramm. suppl. 57, 20 Petr. gramm. suppl. 169, 6, *inter* subiunctivas Asper gramm. suppl. 57, 28, *cf.* praef. CCXXIX, 8. aute: Corp. XIV 1153, 11. I 211 (= XI 1143). Inscr. Notiz. degli scavi 1890 p. 343. attem *in arula Africana* Carm. epigr. 1239, 5 (*v. adn. Bücheleri*). audem: Papyr. Berol. 628^r II 5. hautem: Galen. alfab. 64. *satis rara in prisca latinitate frequentissime usurpatur inde a* Cic., *qui usum particulae in periodis conformandis excoluit. in sententiis conectendis frequentant technici scriptores, vitant historici quidam* (*imprimis* Tac.): Cic. *plus 4100ies, in script. phil. fere 1750ies, in epist. et script. rhet. fere 900mis locis, in orat. fere 650ies, in carm. 10ies; apud* Ictos *et in* Vvlg. *plus 3000mis*, Avg. civ. *fere 1400ies*, Plin. nat. *fere 1000ies, 700mis fere locis* Vitr. Sen. phil., *550ies fere* Qvint., *400mis* Cels. Colvm. (*deest in l. 10*), *250mis* Liv. Gaivs inst. Tert. Vind. I, Itin. Silv. *fere 175ies*, Val. Max. *fere 150ies, plus 100mis* Sen. rhet. Scrib. Larg. Svet. Apvl. (Ps. Apvl. *66ies*), *97mis* Pavl. Fest. Plin. min., Nep. *90ies*, Ascon. *73ies*, Cvrt. *68ies*, Petron. *60ies*, Caes. *59ies* (Hirt. *14ies*, Bell. Alex. *21ies*, Bell. Afr. *26ies*, Bell. Hisp. *ter*), Frontin aq. *35ies*, Vell. *33ies*, Tac. *32ies* (dial. *23ies*, ann. *5ies*, *binis* Germ. *et* hist., *deest in* Agr.), Varro rust. *21ies*, ling. (*in l. 9*) *5ies*, Rhet. Her. *22ies*, Sall. *21ies*, Mela *16ies*, Q. Cic. pet. *13ies*, Flor. *11ies*, Rvt. Lvp. *10ies*, Calp. decl. *bis*, Cato agr. *semel* (*item in* or. frg.). *raro particula, quippe quae dactylis parum apta, legitur apud poetas* (*praeter comicos* Plavt. *144ies et* Ter. *62ies*): Comm. *49ies*, Stat. *42ies* (*bis in praef. pros.*), Verg. *34ies*, Val. Fl. *19ies*, Lvcr. *17ies*, Ivv. *12ies*, Sil. Phaedr. *9mis*, Varro Men. *7ies*, Ov. *6ies*, Lvcil. *5ies*, *quaternis* Catvll. Manil., *ter* Hor. (*in* epist.), *binis* Ciris Mart. (*semel in praef. pros.*), *singulis* Aetna Lygd. Prop. Epiced. Drusi Sen. trag. *deest apud* Tib. Gratt. Germ. Lvcan. Pers. Homer. *poetae dactylici plerumque in thesi primi* (Cic. Arat. 55 *al.*) *vel arsi ultimi pedis* (Lvcil. 1018 *al.*), *rarius in medio versu, in thesi 2.* (Lvcil. 1025 *al.*) *vel 3.* (Aetna 554. Ivv. 7, 217) *pedis, in arsi 4.* (Lvcr. 4, 1058 *al.*), *rarissime 3.* (Stat. Theb. 5, 656. 8, 50) *pedis ponunt. in usu fuit ab antiquissimis usque ad recentissima tempora linguae latinae, neque tamen abiit in linguas romanicas.*

de ***positione***: *quasi encliticum post primum, paulo rarius se-*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

cundum coli verbum ponitur. si duo praecedunt vocabula, plerumque arte cohaerent ita ut quasi pro uno posita esse videantur. eiusmodi exempla sunt: praep. c. nomine coniuncta, ex. gr. Cic. Brut. 48 in orationibus autem. 325 in dicendo autem; *perraro* autem *ponitur post praepositionem ipsam, sicuti post* cum: Cic. orat. 154 dicitur cum illis, cum autem nobis non dicitur, sed nobiscum; infra: Cic. nat. deor. 2, 52; post: Cic. Tim. 26 Bell. Afr. 59, 3 Nep. Eum. 13, 1 Svet. Iul. 46 Dom. 13 Exc. barb. p. 240, 20 Fr. p. 240, 23. 276, 4. 280, 1; contra: Cic. off. 2, 8; secundum: Vitr. 5, 6, 8 Tert. pudic. 17 Avg. civ. 14, 8 p. 16; circum: Vitr. 10, 2, 4; adversus: Itala Iob 4, 18 (Clem. ad Cor. 39); in: Oribas. syn. 1, 31. 2 add. 841. 843. 846. 6, 6. *verbum substantivum nomini adpositum, ex. gr.* Plavt. mil. 678 liber sum autem. Cic. ac. 1, 22 ea sunt autem. fin. 3, 17 satis esse autem. *particula* non (neque, nihil) *verbo praeposita, ex. gr.* Cic. fin. 1, 56 non placet autem. Cels. 7, 9 p. 284 neque senile autem. Plin. nat. 16, 84 neque iis autem. Cic. ac. 2, 40 nihil interesse autem. off. 2, 4 nihil agere autem. *similiter* Cic. rep. 1, 65 cave putes autem. Sen. epist. 113, 22 ne putes autem. *raro ipsum* non *sequitur, sicuti* Plin. nat. 9, 116 non autem semper. 18, 59. 21, 17 Qvint. inst. 2, 17, 34. 6, 1, 46. 10, 1, 3 decl. 265 p. 83, 7. Pavl. dig. 4, 8, 28 *et saepius apud* Ictos. Favstin. trin. 3, 4 p. 66[A] Filastr. 110, 5 Vvlg. Rom. 9, 6. tam, quam, ita *ante adi. vel adv. posita:* Cic. off. 1, 2 tam diu autem. dom. 58 tam inops autem. Att. 14, 19, 1 quam commode. ad Q. fr. 1, 2, 3 quam multa. Att. 13, 29, 2 ita male. Vlp. dig. 4, 8, 31 ita demum. usque adeo: Cic. S. Rosc. 26 Frg. Vat. 63 Vlp. dig. 2, 15, 7, 2. quo *c. comp.*: Sen. dial. 4, 23, 3 quo rarior autem. Cels. 7, 7, 4 Plin. nat. 32, 87 Qvint. decl. 298 p. 176, 19 Cels. dig. 12, 6, 47. nihilo minus: Cels. 7, 7, 13. multo magis: Frontin. aq. 128 Tryph. dig. 37, 4, 20, 1. mea causa: Cic. Att. 10, 7, 1. re vera: Vvlg. II Macc. 3, 8 *et similia. Ictorum t. t., ex. gr.* Papin. dig. 39, 6, 42 pr. bonae fidei autem. Vlp. dig. 37, 6, 1, 23 dolo malo. siqui: Cic. inv. 1, 74. siquis: Sen. contr. 9, 2, 6 *cf. p. 1596, 37 et p. 1597, 34.* si quando: Cels. 5, 18, 36 *cf. p. 1596, 42. aliae coniunctiones hic illic dirimuntur ab* autem *alio interposito vocabulo (ni fallor rhythmorum causa), ex. gr.* Cic. nat. deor. 2, 53 Lucifer ...dicitur, cum antegreditur solem, cum subsequitur autem, *Ἕσπερος.* epist. 10, 1, 2 ut perducatur autem. *al. itaque, ubicumque leguntur,* et...autem *uno duobusve vocabulis interpositis dirimuntur, v. p. 1593, 76. at plerumque* autem *ipsis coniunctionibus adiungitur, v. p. 1593, 68 sqq. saepe alterum vel ambo, quae anteponuntur, vocabula sunt pronomina, ex. gr.* Plavt. Asin. 716 quem te autem. Cic. rep. 2, 19 haec aetas. off. 1, 126 quae partes. div. 2, 45 quid significet. Att. 6, 1, 4 quid me. fin. 3, 19 istius modi autem (Ivlian. dig. 30, 91, 1 huius modi). Att. 8, 14, 1 eo modo. Lig. 19 quomodo autem. epist. 13, 37 quoque modo. har. resp. 36 qua re. Vitr. 10, 6, 4 qua ratione. *nota in nominibus propriis* autem *poni post praenomen, cf. ex. gr.* Cic. de orat. 2, 1 M. autem Antonium. *singulariter dixit* Avson. Scaur. p. 19 M. Catonem autem (*cf.* Cic. Lael. 41 *infra l. 56*). *satis raro particulam quarto coli loco positam legimus:* Plavt. Amph. 144 tum meo patri autem. Bach. 1060 ego ad forum autem hinc ibo. Cas. 28. 270 quid si ego autem. Epid. 420 ego illic me autem sic. 621 haec illa est autem. Mil. 1006 Persa 464 Poen. 1344 Pseud. 692 Truc. 902 Ter. Phorm. 503. 601. Ad. 185 egon[e] debacchatus sum autem an. Rhet. Her. 4, 30, 41. Cic. Quinct. 44 quid a nobis autem. Verr. 4, 103 si cui quid autem. Font. 2 qua in re autem. Mur. 72. Brut. 72 post Romam conditam autem. div. 2, 117 (*bis*). nat. deor. 1, 19 quem ad modum autem (2, 138). fin. 3, 6. 5, 30 in nobismet ipsis autem. Lael. 41 de C. Gracchi autem tribunatu. epist. 15, 1, 15 quam ob rem autem. Lvcr. 4, 969 nos agere hoc autem. 6, 408 si nec opinantis autem. Verg. Aen. 6, 808 quis procul ille autem. Aetna 554 quae maiora putas autem. Ov. am. 2, 2, 28 Vitr. 10, 11, 4 Cels. 7, 27 p. 315 Phaedr. 1 prol. 5 Ascon. Corn. p. 69 Plin. nat. 2, 128. 8, 213 Qvint. inst. 4, 2, 47 Gaivs inst. 2, 24. 3, 80. 3, 116 Ivlian. dig. 22, 1, 25, 1 Pavl. dig. 5, 3, 40, 1. 23, 2, 14, 3 Vlp. reg. 1, 16. 11, 17 Marcian. dig. 40, 4, 23, 1 Nerat. dig. 28, 5, 55 (54) Maecian. dig. 28, 5, 87 (86), 1. Gell. 1, 7, 19 ut et rationem autem istam. Cens. 17, 11 Comm. instr. 1, 24, 20 Itin. Silv. 3, 2 Avien. orb. terr. 265 Arat. 876 Amm. 26, 7, 8 Vvlg. act. 27, 14 I Ioh. 2, 2 Avg. civ. 9, 15 p. 388. 14, 11 p. 29. *praeterea v.* et... autem *p. 1594, 4 sqq. quinto coli loco:* Plavt. Poen. 1306 quid tibi negoti est autem nunc istac? Truc. 335 sed quid haec hic autem tam diu... stetit? Ter. Haut. 251 quae res te sollicitat autem? Cic. Cluent. 167 cur non de integro autem datum? Brut. 275 'qua de re agitur' autem illud. Verg. Aen. 2, 101 sed quid ego haec autem. Gaivs inst. 4, 114 de bonae fidei iudiciis autem. Frg. Vat. 51 per in iure cessionem autem. Tert. adv. Marc. 4, 31 et si venturus est autem. Avien. orb. terr. 161 montibus a Siculis capit autem. *nota:* Exc. barb. p. 306, 3 Fr. Erystheo regnante Lacedemoniorum anno secundo regnavit autem Corinthinorum primus Alitus. *de* autem *in initio coli posito verba faciunt* Qvint. inst. 1, 5, 39 transmutatione *fit soloecismus*, qua ordo turbatur: 'quoque ego', 'enim hoc voluit', 'autem non habuit'. Char. gramm. I 267, 19 *ex Cominiano* fit soloecismus et per ordinem coniunctionum, ut siquis dicat 'autem fieri non debet', cum sit dicendum 'fieri autem non debet'. *cf.* Don. gramm. IV 394, 21 Diom. gramm. I 455, 16. Cledon. gramm. V 74, 12 autem secundum licentiam antiquorum etiam praeponitur, ut Plautus 'autem fac' et 'autem haec mulier'. *cf.* Pomp. gramm. V 269, 17 Prisc. gramm. III 104, 23 Serv. gramm. suppl. 157, 32. *cuius usus certum exemplum extat nullum, nam falso traditur apud* Frontonem p. 42, 12 N. quin nihil extra causam dicere debeam, quod Heroden ledat, non dubito: sed ea quae in causa sunt; autem sunt atrocissima, *ubi fortasse scribendum* sed ea quae in causa; sunt autem atrocissima.

pristina particulae notio 'ex altera parte, rursus, item' (i. q. gr. αὖ, αὖτε, αὖτις) ex his fere exemplis perspicitur: Plavt. Men. 906 anima privabo virum. condigne autem haec meretrix fecit. Most. 778 vehit hic clitellas, vehit hic autem alter senex. Pseud. 692 nunc ego hac epistula tris deludam.... euge, par pari aliud autem quod cupiebam contigit. 1028 primum omnium iam hunc comparem metuo meum, ne... ad hostes transeat; metuo autem, ne erus redeat. Stich. 733 mecum ubi est, tecum est tamen; tecum ubi autem est, mecum ibi autem est. Truc. 902 puero opust cibo, opus est matri autem. Cic. off. 1, 11 principio generi animantium omni est a natura tributum ut se... tueatur...; commune autem (item *Manutius*) animantium omnium est coniunctionis adpetitus procreandi causa. epist. 15, 18, 1 longior epistola fuisset, nisi...; longior autem (etiam *Ernesti*), si *φλύαρον* aliquem habuisset (-em *Lamb.*). Lvcr. 1, 1010 *natura* corpus inani (-ne *codd.*) et quod inane autem est finiri corpore cogit. 1079. Tert. adv. Marc. 4, 31 plane ad hoc secundo venturus est, ut gentibus praedicet. et si venturus est autem, puto non quasi vocaturus adhuc convivas, sed iam collocaturus. *praeterea cf.* autem *coniunctionibus coniunctivis* (et, que, neque) *et adversativis* (sed, verum, ast) *appositum p. 1593, 68 et 1594, 79. prorsus idem est ac gr. δέ (cf.* Gloss.), *scilicet alteram sententiam vel alterum enuntiati membrum praecedenti opponit, non quo id quod praecedit reiciatur aut restringatur, sed ut alia res ab alia distinguatur. particulae vis non est adversativa, sed oppositiva et discretiva. ubi vis opponendi maior videtur esse, aliarum particularum* (at, sed, vero, atqui) *fines occupavit. cf. Handii Tursellinus I p. 558 sqq.*

materiae conspectus:

I autem *interrogationem ducit (p. 1578, 47):* **a** *mutata in dialogo persona,* **b** *in oratione continente,* **c** *in epanorthosi;*

II *exclamationem ducit (p. 1579, 70):* **a** *generatim,* **b** *post interiectiones;*

III *enuntiationes vel unius enuntiati partes opponit:*

A *sive maiore vi (p. 1580, 36):* **1** *generatim,* **2** *cum repetitione eiusdem vocis,* **3** *praecedente* quidem, **4** *pluribus rebus enumeratis,* **5** *in assumptione ratiocinationis;*

B *sive minore (p. 1588, 34):* **1** *generatim,* **2** *cum repetitione eiusdem vocis,* **3** *in parenthesi;*

IV *aliis particulis vel coniunctionibus adponitur (p. 1592, 82):* **1** *particulis adpositum,* **2** *coniunctionibus.*

I ***interrogationem*** *antecedenti sententiae oppositam inducit quaerentis indignationem, admirationem, iracundiam, reprehensionem, sim. exprimens:* **a** *mutata in dialogo persona:* Enn. trag. 192 quis homo te exuperavit... inpudentia? :: quis autem malitia te? Plavt. Amph. 539 condignum donum, qualest cui dono datumst. :: pergin autem? Merc. 998. Asin. 716 atque illa... mihi statuis supplicasque? :: quem te autem divom nominem? Aul. 819 non *repperi* quod pueri clamitant in faba se repperisse. :: iamne autem ut soles? deludis. Poen. 1410 Truc. 695 Bacch. 91. Capt. 556 quid tu autem? etiam huic credis? Epid. 25. 280 Men. 782. Stich. 427 quid? hoc etiam unum? :: quid id autem unumst? Trin. 385 Merc. 718 Most. 1016. Poen. 1344 in ius te voco. :: quid tibi mecum autem? 1306. Pseud. 305 metuo credere. :: credere autem? Pacvv. trag. 133. Ter. Eun. 798 ego non tangam meam? :: tuam autem, furcifer? Hec. 100 Ad. 185. 934. 940 Phorm. 389. 775. Hec. 72 pol eandem iniuriumst esse omnibus. :: iniurium autem est ulcisci adversarios? Ad. 950 Eun. 1005. 1029 Haut. 251. 1000 Phorm. 503. 788 Ad. 404. 462. 935. Cic. Brut. 219 Brutus admirans: tantamne fuisse oblivionem...? quid autem, inquam, Brute, stultius quam...? Sen. dial. 9, 11, 9 'umquam tu hoc eventurum credidisses?' quare autem non? Cvrt. 8, 5, 22 itaque rex: tu autem, inquit, non veneraberis me? Petron. 58 flexit *adversarius* convicium in puerum et 'tu autem', inquit, 'etiam tu rides...?' Stat. Theb. 7, 291 dixerat *Phorbas*, et paulum virgo interfata loquenti: illi autem quanam iunguntur origine fratres? 11, 258 Avr. Fronto p. 70, 4 *et* 5 N. Apvl. met. 1, 15. 8, 19. 9, 28. 30. Qverol. p. 10, 19 quid de falso dicimus? :: hem quis autem verum dicit? 10, 22. 47, 2. Vvlg. Ioh. 21, 21 hunc... cum vidisset, Petrus dixit Iesu: domine, hic autem quid? Herm. Pal. sim. 9, 12, 5 et ego dixi ei: domine, quomodo autem aliter fieri potest? (*πῶς γάρ, φημί, κύριε, δύναται γενέσθαι ἄλλως;*). **b** *in oratione continente, imprimis altera vel compluribus interrogationibus praecedentibus; haud raro idem pronomen vel adverbium interrogativum, quod praecedentem interrogationem induxit, ante* autem *repetitur (cf. supra l. 51 et 56):* Plavt. Poen. 1306 ecquid te pudet? quid tibi negoti est autem cum istac? Ter. Eun. 849 haereo, quid faciam. quid mea autem? Trag. inc. 180 si veretur, quid eum accuses, qui est probus? sin inverecundum animi ingenium possidet, quid autem eum accuses, qui. Cic. S. Rosc. 58 quid mihi

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

ad defendendum dedisti . . .? quid hisce autem ad suspicandum? 64 Verr. 3, 76. Cluent. 167 quae deinde interceptio poculi? cui non de integro autem (*om. Mommsen*) datum? Mur. 68 'multi obviam prodierunt de provincia decedenti.' solet fieri. eccui autem non proditur revertenti? Flacc. 23 *et* 77 har. resp. 37 Pis. 16. 91 nobiles urbes . . . fateris ab hostibus esse captas. quibus autem hostibus? nempe iis, quos. Phil. 2, 18. 13, 23. de orat. 1, 32 quid tam porro regium . . .? quid autem tam necessarium quam . . .? 2, 34 Brut. 189 orat. 31 rep. 1, 28 *et* 50. 3, 17 cur . . . pecuniam non habeat mulier? cur virgini . . .? cur autem . . . P. Crassi filia posset habere . . ., mea . . . non posset? leg. 1, 14 *et* 32 parad. 30. 46. ac. 2, 22 quo tandem iis modo uteremur? quomodo autem . . . videremus? 2, 25 *al.* ac. frg. 1 fin. 1, 32. 2, 67 *et* 78 *al.* Tusc. 1, 65 *Homerus* humana ad deos transferebat; divina mallem ad nos. quae autem divina? vigere, sapere, invenire, meminisse. 1, 75. 1, 92 *al.* nat. deor. 1, 19 quae machinae? qui ministri . . .? quemadmodum autem oboedire . . . potuerunt? 1, 28. 55 *al.* div. 1, 85. 2, 38 *al.* fat. 5 Cato 71 Lael. 28 *et* 99 off. 3, 55. 88. 101. 117 Att. 3, 15, 6 *al.* epist. 3, 11, 2. 7, 12, 2 ad Q. fr. 1, 1, 9 ad Brut. 1, 14, 1 epist. frg. V 19. CAEL. Cic. epist. 8, 15, 1 ecquando tu hominem ineptiorem quam tuum Cn. Pompeium vidisti . . .? ecquem autem Caesare nostro acriorem . . .? CAES. civ. 2, 31, 4 qua . . . fiducia . . . confidimus? aut vero quid proficimus . . .? . . . castrorum autem mutatio quid habet nisi turpem fugam . . .? 2, 32, 6 SALL. Catil. 51, 23 Iug. 10, 4. VERG. Aen. 4, 540 Iliacas igitur classes . . . sequar? quiane . . . veteris stat gratia facti? quis me autem . . . sinet ratibusque . . . accipiet? 6, 808 AETNA 554. HOR. ars 53 habebunt verba fidem, si . . . . quid autem Caecilio Plautoque dabit Romanus, ademptum Vergilio Varioque? OV. am. 2, 2, 28 epist. 3, 145 met. 6, 284. 9, 143 *et* 495 EPICED. Drusi 193 LIV. 2, 32, 5. 3, 52, 6 *al.* HYG. frg. Gell. 10, 16, 13 RVT. LVP. 1, 15. SEN. contr. 1, 1, 12 Marulli: ille autem audebit rogare, qui mori malet quam sua verba sibi dici? 1, 1, 20. 1, 2, 12 *al.* suas. 6, 1 (*bis*). 7, 4 VAL. MAX. 5, 1 ext. 1 SEN. Tro. 927 dial. 1, 2, 2. 2, 5, 5. 3, 5, 2 *al.* benef. 2, 14, 5. 3, 14, 1 *al.* clem. 1, 13, 2. 1, 16, 3. 1, 19, 9 nat. 1, 5, 2. 2, 6, 6 *al.* epist. 13, 17. 15, 11 quare potius a fortuna impetrem, ut det, quam a me, ne petam? quare autem petam? 16, 7 *al.* 95, 42 mullum ingentis formae — quare autem non pondus adicio et aliquando gulam inrito? quattuor pondo . . . aiebant — Tiberius Caesar. CVRT. 6, 9, 4. 9, 2, 20 *et* 31 PETRON. 45. 50 *al.* PLIN. nat. 7, 188. 14, 8 VAL. FL. 7, 131. SIL. 9, 648 das, inquit, patria poenas . . . . quaenam autem mentis vel quae discordia fati? STAT. Theb. 4, 592. 8, 50. 671 *al.* silv. 3, 5, 18. 4 praef. 5, 5, 58 QVINT. inst. 1, 1, 17. 1, 6, 26 *al.* decl. 248 p. 18, 3. 306 p. 206, 1 quid futurum est, si . . .? quid autem? tu iuvenis . . . ducturus es? *al.* IVV. 6, 181. TAC. hist. 4, 32 vos autem Treveri . . . quod praemium . . . expectatis . . .? PLIN. epist. 3, 5, 19. 5, 9, 6 *al.* paneg. 49. 83 aut similem (ubi est autem similis?) elegerit? FLOR. epit. 1, 18, 19 (*bis*) *al.* FRONTO p. 121, 8 N. ecquid autem pulchre scripsisse videtur? 33, 5 *al.* AVR. Fronto p. 11, 10 N. VERVS Fronto p. 130, 10 N. APVL. met. 1, 14. 24 *al.* flor. 9 p. 36. 20 p. 98 apol. 58 (*bis*) *al.* MIN. FEL. 10, 3 *al.* ITALA gen. 27, 37 (Hil. myst. p. 15, 8) dominum illum feci tuum . . . . tibi autem (VVLG. et tibi post haec) quid faciam, fili? Rom. 13, 3 (Tert. scorp. 14). I Cor. 4, 7 (Tert. pudic. 14). II Cor. 6, 14 (Tert. pudic. 15) TERT. spect. 19. 24. 29 idol. 19 *al.* TRYPH. dig. 28, 2, 28, 4. 49, 17, 19, 5 PAVL. dig. 11, 3, 14, 9 IREN. 4, 33, 4 (*quater*) LACT. inst. 1, 8, 5 QVEROL. p. 23, 28. 56, 26. 57, 17 VVLG. num. 18, 7 Luc. 6, 46. 11, 11 I Cor. 4, 7 AVG. civ. 1, 11. 17. 34 MART. CAP. 7, 738 BAVDON. 9.

c *speciatim in epanorthosi scriptor se ipsum quasi corrigit interrogatione per* autem *inducta; in initio proximi enuntiati saepius sequitur* immo (vero): CIC. Rab. Post. 10 num quis testis Postumum appellavit? testis autem? num accusator? Pis. frg. 8 quod minimum specimen in te ingeni? ingenii autem? immo ingenui hominis ac liberi. Phil. 2, 48. Att. 5, 13, 3 curare, quid in re publica fiat. fiat autem? immo vero etiam quid futurum sit. 6, 2, 1. 6, 2, 8. 7, 1, 4. 8, 16, 2. 9, 6, 5. 10, 12ᵃ, 2. epist. 1, 9, 10 illud magis *dolendum*, quod inimicum meum — meum autem? immo vero legum. LIV. 21, 44, 7 in Africam transcendes. transcendes autem dico? PLIN. paneg. 28 alio me vocat numerosa gloria tua: alio autem? AVSON. 419, 3 quis . . . dies, qui non me huius . . . admoneat? admoneat autem? o inertiam significationis ignavae!

II *inducit* ***exclamationem,*** *imprimis altera compluribusve exclamationibus praecedentibus nec non eodem pronomine vel adverbio repetito:* **a** *generatim:* PLAVT. Epid. 672 quot illic homo hodie me exemplis ludificatust atque te, ut illic autem exenteravit mihi opes argentarias! Stich. 213 quot adeo cenae . . . mortuae, quot potiones mulsi, quae (quod *P*) autem prandia, quae . . . perdidi! TER. Hec. 817 quot commodas res attuli! quot autem ademi curas! TVRPIL. com. 101 sectatur ultro ac detinet: ille insolens autem ut fastidit carnifex! CIC. Mur. 89 qui illius maeror! quae utriusque lamentatio! quanta autem perturbatio fortunae atque sermonis! fin. 4, 9. leg. 2, 47 id *ius* autem quantulum est! Tusc. 4, 5 quam brevi tempore quot et quanti poetae, qui autem oratores extiterunt! 5, 57 nat. deor. 1, 122. 3, 40. Att. 8, 16, 1 qui nunc quomodo occurrunt! quomodo autem se venditant Caesari! 10, 8, 9. ad Q. fr. 1, 2, 3 quam multos . . . mecum egisse putas . . ., quam multa autem ipsum . . . ita posuisse. CELS. 3, 6 p. 86 deinde eius corpori manum admovere. quas venas autem conspectus medici movet, quam facile mille res turbant! SEN. dial. 2, 11, 3 benef. 6, 23, 8 clem. 1, 18, 3 epist. 52, 11. 85, 4. 95, 27. 123, 6. CVRT. 6, 3, 16 tunc arma capietis. quanto autem praestat territum adhuc . . . opprimere! QVINT. inst. 11, 1, 70 ut vero rationem defensionis suae reddidit . . .! quam molli autem articulo tractavit Catonem! decl. 305 p. 195, 20 IVV. 8, 119. PLIN. paneg. 48 ipse autem ut excipis omnes! 84 APVL. met. 10, 33 apol. 63 TERT. spect. 30 orat. 11. QVEROL. p. 38, 17 quantula est autem discretio! VVLG. Philem. 16 AVG. civ. 10, 17 p. 430. **b** *imprimis interiectiones:* PLAVT. Cas. 969 ecce autem uxor obviamst. Curc. 132 taceo. ecce autem bibit arcus. Men. 784. Merc. 748 ecce autem perii. Most. 660 *et* 676 Merc. 792 Mil. [203 autem *P*] 209. 1198 Most. 382 Poen. 1124 Trin. 389. ENN. trag. 146 ecce autem caligo oborta est. TER. Eun. 297 ecce autem alterum! 967 Phorm. 264 Hec. 503 Ad. 153. 722. 767. TVRPIL. com. 182 ecce autem tuo more, ut soles. CIC. Verr. 1, 17 ecce autem repente . . . eadem illa vetera consilia . . . repetuntur (PS. ASCON. p. 133, 9 proprium hoc Ciceronis est in rebus improvisis. quod cum cura Virgilius et legit et transtulit). de orat. 2, 203. orat. 30 ecce autem aliqui se Thucydidios esse profitentur. rep. 1, 55 leg. 1, 6 fin. 1, 61 phil. frg. V 39 Att. 6, 1, 23. 9, 12, 1 *al.* SALL. Iug. 14, 11. VERG. georg. 3, 515 ecce autem duro fumans sub vomere taurus concidit. *in* Aen. 9^ies^, *ex. gr.* 2, 203. 318. 526. LIV. 7, 35, 10 PETRON. 60 *et* 83 VAL. FL. 1, 686 *al.* SIL. 2, 395 *al.* STAT. Theb. 1, 401 *al.* silv. 1, 6, 28 FRONTO p. 12, 16 N. TERT. nat. 2, 6. 13 scorp. 11 AMM. 14, 10, 7 *al.* VVLG. gen. 26, 32. 38, 24 *al.* CLAVD. 20, 103 carm. min. 53, 114 SEDVL. carm. pasch. 3, 26. 4, 45. PLAVT. Mil. 207 eccere autem capite nutat. Pers. 300. PLAVT. Amph. 901 inimicos semper osa sum optuerier. :: heia autem inimicos? TER. Ad. 868 heia (porro *γ*) . . . contrivi in quaerundo vitam. TER. Ad. 537 em tibi autem! ITALA Is. 5, 20 (Tert. scorp. 1) vae autem (*om.* VVLG., *οὐαί*) qui dulce in amarum convertunt! VVLG. Matth. 23, 13. 24, 19 Marc. 13, 17. 14, 21 Luc. 17, 1. 21, 23. TERT. spect. 20 utinam autem deus nulla flagitia hominum spectaret!

III ***opponit duas enuntiationes vel unius enuntiati membra:***

A ***maiore vi opponendi:*** **1** *generatim:* *opponuntur substantiva:* PLAVT. Cas. 55 pater adlegavit vilicum . . ., filius is autem armigerum adlegavit. 767. Men. 34 is puerum tollit avehitque Epidamnium (*?*, Epidamnum eum *Seyffert*) pater eius autem, postquam puerum perdidit, animum despondit. 886 Pseud. 1104 Trin. 1044. TER. Hec. 154 hoc ego proferre incommodum mihi esse arbitror; reddi patri autem . . . superbumst. Ad. 589 AFRAN. com. 112 TRAG. inc. 102 CATO agr. praef. 3. LVCIL. 1018 QVADRIG. hist. 45 RHET. Her. 2, 3, 4 hic accusator . . . ostendet . . ., defensor autem negabit. CIC. inv. 1, 1 nam Gorgias Leontinus . . . existimavit . . ., Aristoteles autem . . . putavit. 1, 8. 1, 37. Quinct. 56 vulgaria et obsoleta sunt *nomina*; res autem nova atque inaudita. S. Rosc. 18. 64. 75. 88 Verr. 2, 74 Caecin. 51 Pis. 43 Phil. 8, 5. de orat. 1, 70 numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior. *al.* Brut. 48 *al.* orat. 51. 113 part. 9. 66. 77 (*om. A*) top. 76 *al.* rep. 2, 58 parad. 2 ac. 2, 5. 2, 10. 2, 103 multa falsa probabilia sint, nihil autem falsi . . . cognitum possit esse. ac. 1, 20 frg. 20 Tusc. 2, 4 *al.* nat. deor. 1, 25 *et* 30 Cato 71 div. 1, 93 Lael. 41 *et* 49 Att. 1, 18, 5 *al.* epist. 1, 1, 4 auctoritatem eo minorem habemus, quod . . ., gratiam autem nostram exstinguit hominum suspicio. 1, 4, 2 *al.* ad Q. fr. 1, 1, 10. 2, 3, 4 Q. CIC. pet. 25. LABER. mim. 136 ad amorem iniciendum delenimenta esse deli[be]ramenta, beneficia autem veneficia. VARRO rust. 1, 34, 2 fabam optime seri in vergiliarum occasu; uvas autem legere . . . inter aequinoctium autumnale et vergiliarum occasum. frg. Gell. 3, 14, 3. TIRO Gell. 6, 3, 41 beneficia . . . promissa opperiri oportet . . ., iniurias autem imminentis praecavisse iustum est quam expectavisse. CATVLL. 66, 70 me nocte premunt vestigia divum, lux autem canae Tethyi restituit. CAES. Gall. 1, 37, 3 legati ab Haeduis et a Treveris veniebant: Haedui questum, quod . . .; Treveri autem pagos centum . . . consedisse. *al.* civ. 1, 61, 3. 3, 56, 2 BELL. Afr. 2, 1 SALL. Catil. 52, 3 NEP. Ages. 2, 3 RVT. LVP. 1, 17. VERG. georg. 2, 14 namque aliae . . . sponte sua veniunt . . .; pars autem posito surgunt de semine. Aen. 9, 130 ACT. lud. saec. Aug. 32. MON. Ancyr. 6, 22 ⟨praestiti omnibus dignitate, potesta⟩te autem nihilo amplius ⟨habui quam⟩. OV. met. 14, 489 LIV. 9, 28, 6. 29, 33, 1. 33, 28, 5 VITR. 1, 1 *al.* PAVL. FEST. p. 4. 57 *al.* VELL. 2, 6, 4 quem C. Gracchus in locum Tiberii fratris triumvirum nomine, re autem socium regalis adsumpserat potentiae. 2, 10, 2 *al.* VAL. MAX. 2, 2, 7 *al.* CELS. 2, 1 p. 29 *al.* SEN. dial. 2, 10, 3 contemptum se iudicat *qui contumelia adficitur* . . .; sapiens autem a nullo contemnitur. 3, 3, 8 benef. 5, 10, 1. 5, 11, 1 clem. 2, 5, 1 nat. 1, 1, 12. 2, 40, 5 *al.* epist. 65, 2. 67, 3 *al.* apocol. 4 amic. frg. 3 CVRT. 3, 1, 19 *al.* COLVM. 3, 9, 2 arb. 26, 2 *al.* SCRIB. LARG. 218 MELA 2, 34 ASCON. Mil. p. 39 *al.* PETRON. 96 favebam . . . ego vapulanti, Giton autem . . . succurrendum . . . periclitanti censebat. PLIN. nat. 2, 30 *al.* MART. 7, 33, 1 sordidior caeno cum sit toga, calceus autem candidior prima sit tibi . . . nive. QVINT. inst. 1, 6, 22 *al.* decl. 356 p. 388, 27 FRONTIN. aq. 65 strat. 2, 3, 10. TAC. dial. 9 neque dignitatem ullam . . . alunt; voluptatem autem brevem . . . consequuntur. 21. 39. 42. PLIN. paneg. 17 ipsum te sublimem instan-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

temque curru ..., ante currum autem clipeos, quos ipse perfoderis. 45 Svet. Tib. 54 Cal. 4 Claud. 38 Fronto p. 64, 13 N. 120, 9 Avr. Fronto p. 79, 18 N. Gaivs inst. 1, 3 populi appellatione universi cives significantur ...; plebis autem appellatione sine patriciis ceteri cives significantur. 1, 168. 2, 210. 3, 58 Vlp. dig. 50, 10, 2, 1 Pavl. dig. 5, 3, 40, 1 Apvl. carm. frg. 4 (apol. 9) met. 11, 7 flor. 9 p. 31 apol. 76. 92 Socr. p. 161 mund. 9 Ps. Apvl. herm. p. 267 Ascl. 14. 17. Corp. II 6278 (*a. 176*), 43. 46 quartam portionem liber, servus autem quintam accipiat. VIII 12613 Itala gen. 4, 24 (Hil. myst. p. 9, 1. Vvlg. vero). Is. 29, 13 (Iren. 4, 12, 4). Matth. 10, 28 (Tert. scorp. 9) qui solum corpus occidant, animam autem interficere non valeant. Eph. 5, 3 (Tert. pudic. 17). Tert. spect. 1 saeculum dei est, saecularia autem diaboli. 22 bapt. 8 Pass. Scill. p. 114, 10 Cens. 3, 3 *et* 5. 10, 12 Comm. instr. 1, 27, 10. 1, 36, 16 Sol. 20, 9 Spart. Hadr. 3, 5 Sept. Sev. 8, 15 Capitol. Ver. 9, 8 Treb. trig. tyr. 3, 3 Vopisc. Aurelian. 46, 1 Itin. Silv. 6, 2. 3. 37, 3 Evtr. 4, 6, 2 Optat. 1, 8 p. 10, 15 Filastr. 110, 10 Qverol. p. 16, 3. 39, 5 Hier. hom. Orig. in Is. 1, 1 p. 1102 Vvlg. gen. 18, 15 apoc. 11, 2 Avg. civ. 1, 24. 29. 32 Svlp. Sev. chron. 1, 6, 3 Not. urb. Const. 16, 59 Sedvl. op. pasch. 1, 29.

adiectiva: Naev. com. 20 (*vix recte trad.*). Plavt. Amph. 36 iniusta ab iustis impetrari non decet, iusta autem ab iniustis petere insipientia est. Pers. 695. Pseud. 682 hominem catum eum esse declaramus, stultum autem illum, quoi. frg. inc. 16. Ter. Phorm. 373 pergin ero absenti male loqui, inpurissime? :: dignum autem hoc illost. Novivs Atell. 50 limen superum, quod ..., inferum autem, ubi. Cic. inv. 2, 76 in iis *locis* ipse quoque ... defensionem conparabit; ceteros autem omnes locos ... ex contrario tractabit. 90 hoc ipsi utile fuisse facere, inutile autem non facere. 147. 157 nam est quiddam ..., est aliud autem. S. Rosc. 36 prima illa res ad meum officium pertinet, duas autem reliquas vobis populus Romanus imposuit. Verr. 2, 103 alia ... reservari velim, multa autem ... praetermittenda existimem. 3, 2. 5, 119 *urbium* una est ea ...; altera autem est urbs ...; tertia est urbs ..., quarta autem est quae. 6, 187 Cluent. 11. 151 leg. agr. 2, 1 Mur. 18 har. resp. 61. Cael. 42 pauci deos propitios, plerique autem iratos putabunt. Mil. 9 Phil. 5, 48. de orat. 2, 32 quom plerique temere ... dicant, nonnulli autem ... callidius id faciant. 2, 42. Brut. 149 ut alter ex alterius laude partem, uterque autem suam totam haberet. part. 9. 37. 102. 133 top. 53 opt. gen. 9. leg. 1, 35 primum ..., secundo autem loco. ac. 1, 17. 2, 99 fin. 1, 31. 5, 36 off. 1, 107 Tusc. 2, 65 *al.* Tim. 3 id gignitur ...; omne autem (*δὲ αὖ*) quod gignitur, ex aliqua causa gigni necesse est. 22 nat. deor. 3, 25. 71. 75 Att. 2, 1, 7. 12, 1, 1 eo die cogitabam in Anagnino, postero autem in Tusculano. epist. 5, 17, 1 quod priora tempora ... iacuerunt, posteriora autem me a scribendo ... retardarunt. 6, 4, 1. 11, 25, 1. 15, 15, 2 ad Q. fr. 1, 1, 25. 40. Varro ling. 9, 114 analogian sequi nos debere universos, singulos autem praeterquam, in quibus verbis .... rust. 1, 9, 6 Caes. civ. 3, 94, 2 Bell. Afr. 60, 4 Sall. Catil. 19, 4 Nep. Epam. 2, 1 Liv. 22, 36, 1. 28, 12, 10 Mon. Ancyr. 4, 35. 4, 46 Hyg. frg. Gell. 10, 16, 17. Vitr. 2, 10, 1 itaque citerior eius curvatura quae ...; ulterior autem quae. *al.* Fest. p. 334 Vell. 2, 40, 4 Val. Max. 1, 1 ext. 3 *al.* Cels. 2, 10 p. 54 *al.* Phaedr. 5, 2, 5 Sen. dial. 1, 1, 6. 4, 21, 1 benef. 7, 6, 2 nat. 7, 14, 4 epist. 7, 8 *al.* Colvm. 1, 6, 4 arb. 3, 6 *al.* Scrib. Larg. 27 *et* 154 Petron. 73. 137 Plin. nat. 2, 58 *al.* Corp. X 1401, 41 Qvint. inst. 2, 4, 4 Frontin. aq. 7 Plin. epist. 6, 30, 4 Traian. Plin. epist. 10, 115 Svet. Aug. 72. 82 *al.* Fronto p. 54, 18 N. 215, 21. Argvm. Plaut. Mil. 1, 9 Gaivs inst. 1, 45 ut X servorum domino quinque liberare liceret ..., XII ⟨autem⟩ servos habenti non plures liceret manumittere. *al.* Maecian. dig. 35, 2, 32 pr. Marcell. dig. 29, 2, 63 Tryph. dig. 49, 15, 11 *et passim apud* Ictos. Apvl. met. 4, 9 flor. 18 p. 86 apol. 56 Socr. p. 128 Plat. 2, 1 Ps. Apvl. herm. p. 268. 269 Ascl. 6. 10. Corp. II 6278 (*a. 176*), 50 si quidem provinciarum eae civitates sunt, ab eo, qui praesidebit provinciae, opserventur, ceterarum autem iuridico. Itala I Cor. 13, 13 (Iren. 4, 12, 2). apoc. 21, 8 (Tert. scorp. 12) Tert. nat. 1, 10 pudic. 20 anim. 18 Cypr. sent. episc. 47 Cens. 14, 14 Comm. apol. 82 inst. 1, 26, 39 *al.* Spart. Hadr. 8, 4 Capitol. Gord. 4, 7 Itin. Silv. 11, 4. 12, 6 Optat. 1, 6 Avien. Arat. 1383 Ambr. hex. 6, 4, 22 Vvlg. gen. 48, 6. 14 apoc. 10, 2 Avg. civ. 1 praef. p. 3. 1, 8 p. 14. 1, 18 p. 29 Not. urb. Const. 15, 7.

pronomina: Plavt. Bacch. 186 hospitium et cenam pollicere ...: ego autem venturum adnuo. 1060 Curc. 47 Epid. 420. Trin. 725 egomet autem. Men. 269 tu magnus amator mulierum es ..., ego autem homo iracundus. Cic. Quinct. 45 abs te satis accipiam; ego autem tibi satis mandabo. Verr. 1, 37 Manil. 37 Cluent. 142 *et* 149 Sull. 50. de orat. 3, 32 cum ille is sit orator ..., ego autem ... cum hoc maxime ... coniungar. rep. 1, 31 fin. 2, 3. 4, 1 Att. 1, 1, 4 *al.* epist. 4, 1, 1 *al.* ad Brut. 1, 14, 1. 1, 15, 9 Planc. Cic. epist. 10, 4, 1 Bell. Afr. 45, 5 Liv. 28, 40, 4. *sim. passim.* Plavt. Aul. 227 te esse hominem divitem ..., me autem (*Brix*, item *codd.*) esse hominem pauperum pauperrimum. Poen. 819 Cic. Arch. 12 de orat. 3, 42 Att. 1, 10, 6. 1, 16, 5. 4, 2, 3 epist. 5, 7, 2. 16, 5, 1 Colvm. 5, 6, 23 Pomp. dig. 16, 1, 32, 3. Cic. Quinct. 55 viderint ... ista officia viri boni; de me autem ita considerent. S. Rosc. 4. Verr. 6, 174 coepta sunt ab isto, a me autem pervestigata. de orat. 2, 189. Tusc. 1, 53 epist. 11, 29, 3.

ad Brut. 2, 1, 3. Cic. de orat. 3, 19 cum sibi ... sumeret, mihi autem relinqueret. ac. 2, 137 Att. 1, 8, 3. 3, 21. 9, 2 epist. 4, 6, 2 ad Brut. 2, 7, 3 Vitr. 2 praef. 4. 6 praef. 5 Qvint. inst. 1, 5, 63. 12, 10, 17 Traian. Plin. epist. 10, 9 Fronto p. 97, 16 N. Ivlian. dig. 7, 2, 4 Vlp. dig. 4, 4, 7, 3 Pavl. dig. 42, 6, 5 Vvlg. lev. 10, 19. Rhet. Her. 1, 1, 1 nam illi ... ea conquisierunt..., nos autem ea. Cic. top. 7. nat. deor. 3, 77 poetarum ista sunt; nos autem philosophi esse volumus. carm. frg. 22 v. 20 (div. 2, 64) Att. 1, 1, 1. 14, 19, 1. 16, 15, 3 Rvt. Lvp. 1, 1 Liv. 41, 24, 5 Vitr. 6, 7, 5 Val. Max. 7, 2 ext. 1 Colvm. 11, 1, 6 Stat. Theb. 5, 491 Gaivs inst. 2, 7 Cens. 11, 4 Comm. apol. 60 Priscill. tract. 1, 18. 19 *al.* Qverol. p. 37, 17. 39, 16 Avg. civ. 8, 15 p. 343 Drac. laud. dei 2, 231. Cic. epist. 7, 1, 1 reliquas ... partes diei tu consumebas iis delectationibus, nobis autem erant ea perpetienda, quae. 13, 55, 2 Liv. 24, 8, 8 Sen. epist. 63, 1 Qverol. p. 40, 13 Avg. civ. 7, 23 p. 301. 8, 26 p. 363. Plavt. Aul. 333 i sane cum illo, Phrugia. tu autem, Eleusium, huc intro abi ad nos. Bacch. 155 Curc. 718 Persa 763 Poen. 1414 Pseud. 209. 225 Ter. Andr. 349. Cic. Cluent. 168 *testimonium* recita: tu autem ... paulisper exsurge. de orat. 1, 5 orat. 110 fin. 2, 113 Tusc. 1, 12 Att. 1, 18, 1 *al.* epist. 6, 8, 2 Sen. apocol. 6. *passim.* Ter. Haut. 371 patrem novisti ..., ego te autem novi. Rhet. Her. 4, 30, 41. Cic. Att. 1, 17, 5. 12, 5, 3 epist. 2, 9, 2 ad Q. fr. 1, 1, 15 Cens. 1, 1. Cic. Vatin. 10 paucis est delatus *honos talis* ac mihi ...; de te autem homines quid sentiant ... experti sumus. Att. 13, 41, 1 Vvlg. Is. 60, 2. Cic. Att. 7, 26, 3 Dionysio ... nolui molestus esse; tibi autem ... nihil rescripsi. epist. 12, 28, 2 ad Brut. 1, 5, 3 Fronto p. 18, 6 N. Vvlg. III reg. 17, 13. Cic. Pis. 41 cum de me ea ... facta sint ..., vos autem ... subieritis. S. Rosc. 57 div. in Caec. 50 Pis. 41 Sall. Iug. 10, 8. 31, 20 Liv. 4, 42, 6 Sen. epist. 87, 29 Cvrt. 7, 2, 8 Stat. Theb. 4, 339 Tac. dial. 16 Comm. instr. 1, 31, 8 Vvlg. lev. 10, 7 II Esdr. 2, 20 Avg. civ. 1, 29 p. 46. Imp. Tiber. Suet. Tib. 67 nihil honoris adiciet mihi patria appellatio, vobis autem exprobrabit ... inconstantiam. Cic. Caecin. 25 in Aebutium hoc dicit ..., de se autem hoc praedicat. fin. 3, 59 Att. 15, 1ª, 3. 16, 1, 6. 16, 7, 5 Nep. Ages. 2, 5 Val. Max. 2, 8, 2. 6, 8, 6. 4, 3, 5 decretis ... septenis iugeribus agri populo, sibi autem quinquaginta. Cvrt. 7, 11, 6 Plin. nat. 22, 101. 23, 84. 33, 146. 37, 75 Porph. Hor. carm. 1, 1 Anon. Vales. 16, 96 Avg. civ. 9, 4 p. 372. 11, 29 p. 503. Plavt. Asin. 643 ego complexum huius nil moror, meum autem hic aspernatur. Trin. 329 Ter. Ad. 874 Cic. Phil. 2, 64 ac. 2, 19 epist. 2, 4, 1. 7, 30, 2. 13, 13 Fronto p. 222, 14 N. Plavt. Merc. 420 litigari nolo ego usquam, tuam autem accusari fidem. Cic. Att. 3, 18, 2. 12, 10 epist. 12, 9, 1 Avr. Fronto p. 14, 11 N. Vvlg. II par. 2, 16. Liv. 36, 43, 7 nam Romanas naves ... immobiles esse ...; suas autem nihil praeter militem ... habituras. Vvlg. III reg. 3, 20. Cic. Verr. 6, 87 nuntiatur piratarum esse navis in portu Odysseae ...; nostra autem classis erat in portu Pachyni. Planc. 11 Brut. 41 Caes. Gall. 2, 9, 1. 3, 21, 1 civ. 1, 47, 3 Vitr. 6, 7, 5 Sen. epist. 88, 23 Colvm. 6, 17, 2 Plin. nat. 21, 13 *et* 177 Tac. dial. 15 Vvlg. II par. 13, 10 Avg. civ. 9, 4 p. 371. Cic. div. 2, 40 illius enim deus ... potest hominibus divinationem inpertire; vester autem deus potest non inpertire. Plavt. Capt. 365 ego te ... huic dedi..., hic autem te ait mittere hinc velle ad patrem. 588 illum restituam huic, hic autem in Alidem me meo patri. 654 Curc. 716 Poen. 1144 Rud. 173 Corp. I 1194 (= X 6009) Rhet. Her. 4, 19, 26. Cic. inv. 2, 51 illae (*argumentationes*) tenuius ... tractantur; hi autem (*loci*) gravius. S. Rosc. 17 Cluent. 10 de orat. 3, 141. 169 fin. 3, 48. 4, 15 Tusc. 1, 93. 5, 47 off. 2, 6 Att. 1, 19, 9 *al.* epist. 6, 6, 2 *al.* epist. frg. V 23 Nep. Thras. 2, 2 *et passim.* Plavt. Bacch. 900 rus misit pater. illa autem in arcem abiit. Cas. 276 ego discrucior miser amore, illa autem ... mi advorsator. Epid. 621 Men. 777. 810 Trin. 683 Vid. frg. 17 Ter. Eun. 660 Hec. 602 Lvcil. 230 Cic. Verr. 4, 35. Brut. 240 in hac (*oratione*) ... satis erat copiae, in illa (*actione*) autem leporis parum. part. 90 ac. 1, 17 fin. 4, 72 Att. 6, 1, 21. 6, 4, 1 epist. 6, 4, 2. 10, 1, 2 Catvll. 64, 167 Caes. civ. 3, 11, 4. 3, 45, 5 Hirt. 8, 48, 3 Varro rust. 3, 17, 2 Nep. Phoc. 1, 1 Verg. Aen. 5, 336. 6, 347 *et passim.* Cic. Verr. 5, 134 apud socios ...; apud eos autem, quos. Catil. 1, 5 off. 1, 133 Att. 3, 17, 1 epist. 4, 13, 4 Varro rust. 1, 9, 7 ex ipsa, si sit terra alba ...; ex iis autem quae enata sunt fera, si. Vitr. 1, 1, 12. 5 praef. 2 Fest. p. 218 Corp. X 1401, 30. *passim.* Cic. S. Rosc. 18 cum hic filius adsiduus in praesidiis esset ..., iste autem frequens Romae esset. Att. 13, 27, 1 Avg. civ. 3, 20 p. 131. 5, 25 p. 238. 8, 8 p. 332 conf. 5, 13, 23. Cic. Arat. 404 hic (*Nixus*) genus ... erigit alte; ipse autem ... nocte tenetur. ac. 2, 121 off. 3, 38 Att. 10, 4, 8 Caes. civ. 1, 44, 4. *passim.* Cic. Tusc. 4, 32 sunt enim multa ecferata..., quaedam autem humanitatis quoque habent ... speciem. Fest. p. 302. 310 Gaivs inst. 4, 29 Pavl. dig. 50, 1, 5. Cic. inv. 2, 71 ipsum ex se factum probari non potest, aliquo autem foris adiuncto argumento defenditur. orat. 7. Sen. dial. 7, 15, 6 quicquid evenerit, feret ...; quisquis autem queritur ..., imperata facere vi cogitur. nat. 2, 52, 1 Qvint. inst. 11, 2, 3 Vvlg. exod. 18, 22. Plavt. Mil. 81 si ad auscultandum vostra erit benignitas. qui autem auscultare nolet, exsurgat foras. 2, 10, 6 Cic. part. 130. ac. 2, 110 in incertis ... nihil est probabile; in quibus autem est, in iis. 1, 8

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Att. 12, 32, 2 epist. 2, 17, 4 VARRO rust. 2, 5, 17 NEP. Ages. 8, 1 LIV. 6, 1, 10. *passim.* SEN. epist. 92, 29 non est adhuc bonus, sed in bonum fingitur; cuicumque autem deest aliquid ad bonum, malus est. PS. APVL. Ascl. 9. CIC. Att. 1, 5, 5 quae dicenda fuerunt ..., non praeterii; quid autem contendendum esset, ex tua putabam voluntate me statuere oportere. 13, 22, 3 epist. 6, 14, 1. 14, 12 CELS. 1 praef. p. 11 SEN. epist. 94, 18 AVG. civ. 7, 27 p. 310.

verba: PLAVT. Asin. 100 iubeas una opera me piscari in aere, venari autem ... in medio mari. Cas. 28. PACVV. trag. 372 perhibent philosophi ..., sunt autem alii philosophi. VARRO Men. 551. RHET. Her. 4, 46, 59 ergo sumptum est probandi causa, dictum autem per negationem. CIC. S. Rosc. 1. 64. 80. Cael. 1 adulescentem ... accusari ab eius filio ..., oppugnari autem opibus meretriciis. Planc. 16. de orat. 1, 7 belli duces ... paene innumerabiles, in dicendo autem excellentes vix paucos proferre. 2, 130 Brut. 215 ac. 2, 9 *al.* nat. deor. 2, 95 div. 2, 45 Att. 3, 23, 4. 5, 9, 2 nunc abes ..., aderis autem ad tempus. 5, 21, 12 *al.* epist. 2, 19, 1 *al.* ad Q. fr. 3, 9, 9 epist. frg. IX 4 CAEL. Cic. epist. 8, 15, 2 Q. CIC. pet. 24 LVCR. 5, 14. LIV. 26, 2, 4 rescribi de frumento ... placuit ...; adscribi autem ... non placuit. 33, 12, 4 *et* 16, 9 VITR. 2, 3, 1 *al.* FEST. p. 348 SEN. contr. 10, 4, 23 CELS. 4, 28 p. 155 SEN. dial. 3, 3, 6. 12, 5, 5 benef. 4, 28, 1 epist. 81, 8 apocol. 5 COLVM. 4, 25, 2. 7, 9, 13 SCRIB. LARG. praef. p. 1, 16 ASCON. Mil. p. 33. 46 PLIN. nat. 7, 67. 9, 12 *al.* QVINT. inst. 5, 2, 2 *al.* decl. 288 p. 155, 1 TAC. Germ. 16 SVET. Nero 12 Vesp. 1 AVR. Fronto p. 15, 6 N. FRONTO p. 152, 18 N. 196, 22 GAIVS inst. 3, 72. 100. 4, 67 vocatur in deductionem et id, quod ...; conpensatur autem hoc solum, quod. POMP. dig. 1, 2, 2, 47 PS. APVL. herm. p. 269 TERT. bapt. 10 pudic. 1 COMM. instr. 1, 24, 20 SPART. Did. 9, 2 VOPISC. Tac. 9, 2 EVTR. 2, 1 AVIEN. Arat. 686. 750 AVG. civ. 7, 3 p. 276. 7, 34 p. 317 SEDVL. carm. pasch. 5, 333 DRAC. laud. dei 2, 180 CASSIOD. hist. 6, 22 p. 1044^{D}.

adverbia: PLAVT. Amph. 865 in superiore qui habito cenaculo ...; huc autem quom ... adventum adporto, ilico. Men. 964. Merc. 830 salve, simul autem vale (TER. Phorm. 570 VITR. 1, 6, 2). Aul. 342 turba istic (istuc *codd.*) nulla tibi erit ...; hic autem apud nos magna turba. Poen. 1057. CIC. inv. 1, 15 ipsa ex se nihil dat firmi ad recusationem, foris autem aliquid defensionis adsumit (*cf.* LVCIL. 1025 ante fores autem). 2, 11. Quinct. 89 constitit Naevium ex edicto non possedisse ..., omnino autem bona possessa non esse constitui. Verr. 1, 12 ut ea (*provincia*) restitui nullo modo possit, vix autem ... recreari. 4, 53. 6, 45. de orat. 1, 8. 1, 30 voluntates impellere quo velit, unde autem velit deducere. 2, 163. 3, 109 Academici nominantur, olim autem ... politici philosophi ... vocabantur. 3, 201 *et* 204 orat. 20. 117. 161. 162. 236. top. 41 genera tibi nota sint; ubi autem iis utare, quaestiones ipsae te admonebunt. Tusc. 1, 19 ut multo ante veteres, proxime autem Aristoxenus. 1, 69. nat. deor. 3, 34 haec ad quoddam tempus cohaerere possunt, semper autem nullo modo possunt. fin. 4, 72 ista ... dicam Graece προηγμένα, Latine autem producta (epist. 16, 21, 5). off. 1, 2 disces, quamdiu voles; tam diu autem velle debebis, quoad. Att. 8, 16, 1 hoc ... mari uti non possumus ...; illuc autem ... qua veniam? 10, 13, 1 hoc heri fecit; hodie autem ... constituit (FRONTO p. 26, 10 N.). 14, 21, 4. 15, 1^{a}, 2 primum quod attinet, nihil mihi concedebat; deinde autem (ad *pars codd.*) summum arbitrum me statuebat. 15, 12, 1. epist. 5, 16, 3 cum beatissimi sint, qui ..., minus autem miseri, qui. 13, 37 id si ita est, ... res ipsa impetrare debet, ut ei subvenias; quoquo modo autem se res habet, peto a te, ut. ad Brut. 1, 15, 9 nihil mihi videor hoc bello sensisse prudentius. cur autem ita sit, aperiendum non est. 2, 7, 4. CAEL. Cic. epist. 8, 11, 3 Pompeius ... ait Curionem quaerere discordias, valde autem non vult. LVCR. 4, 1058 haec Venus est nobis; hinc autemst nomen amoris. PAVL. FEST. p. 86. VITR. 10, 3, 9 iuga in quibus partibus habent minora ... intervalla, premunt duriter colla, qua (quae *GH*) autem longiora habent ..., levant. 10, 11, 9. VAL. MAX. 4, 7 pr. subsidium temere adsumi non debet, semel autem recte adprehensum sperni non convenit. SEN. nat. 1, 3, 8 epist. 13, 8. 33, 10. 64, 8. 113, 8 desinunt esse animalia, subinde autem (aud *BA*) rursus incipiunt. CVRT. 8, 6, 11. COLVM. 2, 11, 1 quidam negant eam (*sarritionem*) quicquam proficere ...; satius autem esse ea tempestive runcari. 2, 14, 9. 5, 1, 7. 11, 3, 63. 12, 40. SCRIB. LARG. 93 bene facit ad omnem dolorem, proprie autem ad tussim. 208. 238. 239 MELA 3, 107. PETRON. 10 hodie ... non perdamus noctem. cras autem ... mihi prospiciam et alium fratrem. PLIN. nat. 2, 26 poenas ... maleficiis aliquando seras ..., numquam autem inritas esse. 4, 27. 9, 123. 21, 137. 26, 38. QVINT. inst. 1, 2, 28 vascula oris angusti superfusam umoris copiam respuunt, sensim autem influentibus ... complentur. 3, 3, 15. 3, 11, 21. 4, 1, 72. 5, 10, 3. 8 praef. 13 FRONTIN. aq. 128 GAIVS inst. 3, 172 quod debetur, pro parte recte solvitur; an autem in partem acceptum fieri possit, quaesitum. 3, 189 IVLIAN. dig. 21, 2, 39, 1 PAPIN. frg. Vat. 253^{a} VLP. dig. 2, 13, 4, 4. 11, 7, 2, 7 PAVL. dig. 6, 1, 35, 1 TERT. pudic. 10. CYPR. sent. episc. 37 CENS. 1, 4. 10, 7. COMM. instr. 2, 4, 12 qui mereunt, mittunt⟨ur⟩ in morte secunda, interius autem habitaculis iusti locantur. CAPITOL. Aur. 2, 6 ITIN. Silv. 12, 9 FAVSTIN. trin. 1, 2 p. 39^{D} FILASTR. 107, 10. 149, 2 VVLG. exod. 10, 23 nemo vidit fratrem suum ...; ubicunque autem habitabant filii Israel, lux erat. AVG. civ. 1, 4 p. 9. 1, 28 p. 45. HERM. Pal. vis. 3, 6, 7 quando dives eras, inutilis eras; modo autem utilis es. *praeterea cf. p. 1592, 83 sqq.*

2 *in initio sententiae per* autem *oppositae* ***repetitur vox enuntiati praecedentis*** *plerumque prima vel ultima*: *repetitur idem substantivum*: LVCIL. 554 pars difflatur vento, pars autem obrigescit frigore (Sc. Frontin. aq. 127). CIC. Caecin. 79 verbo me excludi dicebat, a verbo autem posse recedi non arbitrabatur. Cael. 55. Pis. 37 lege Caesaris ... populi liberi ...; lege autem ea. top. 52 ante rem ... quaeruntur ...; cum re autem. Tusc. 5, 22. div. 2, 62 emissio feminae anguis mortem afferebat Ti. Graccho, emissio autem maris anguis erat mortifera Corneliae. Att. 6, 2, 5. VITR. 10, 3, 3. PAVL. FEST. p. 128 manias Aelius Stilo dicit ... figuras ...; manias autem, quas nutrices minitentur parvulis pueris, esse larvas. COLVM. 11, 2, 48 diebus, qui fuerunt a. Calen. Iunii, *pabulum* pecori praeberi oportet. a Cal. autem Iuniis ... frondem caesam praebebimus. QVINT. inst. 7, 3, 24 VLP. dig. 50, 1, 2, 5 APVL. apol. 27 PS. APVL. Ascl. 32. ITALA eccles. 7, 5 (Ambr. Tob. 1, 5) cor sapientium in domo luctus, cor autem (VVLG. et) stultorum in domo epularum. TERT. idol. 13. pudic. 17 secundum legem litterae ..., secundum autem legem spiritus. VVLG. gen. 2, 17 ex omni ligno paradisi comede; de ligno autem scientiae ... ne comedas. AVG. civ. 5, 12 p. 212. 19, 17 p. 384. *adiect.*: PLAVT. Bacch. 353 ut auri quantum vellet sumeret, quantum autem lubeat reddere ut reddat patri (TERT. pudic. 3). Merc. 319 humanum amarest, humanum autem ignoscerest (*sic P*, atque id vi optingit deum *A*). Mil. 678. CIC. Verr. 4, 114 cum a multis quaterna medimna, etiam quina exigerentur, multis autem ... ne paleae quidem ... relinquerentur. Catil. 3, 25 tantum civium superfuturum putassent, quantum ..., tantum autem urbis, quantum (NEP. Timol. 3, 4 VERVS Fronto p. 132, 14 N.). Flacc. 18. rep. 1, 69 praestat mea sententia regium *genus*, regio autem ipsi praestabit id. Tusc. 5, 47 qualis ... adfectus esset, talem esse hominem, qualis autem homo ipse esset, talem eius esse orationem. Att. 7, 7, 4 cetera videntur esse tranquilla; tranquillissimus autem animus meus. epist. 13, 7, 5 P. Sestium quanti faciam, ipse optime scio, quanti autem facere debeam, et tu et omnes homines sciunt. ad Q. fr. 1, 1, 41 ut omnes boni ... exspectant, omnes autem improbi ... contenti esse videantur. BELL. Alex. 61, 6 quem ⟨magno⟩ sibi usui fore credebat, si ..., magno autem fore impedimento, si. SEN. nat. 6, 2, 6 nullum maius solacium est mortis quam ipsa mortalitas, nullum autem omnium istorum, quae extrinsecus terrent, quam quod innumerabilia pericula in ipso sinu sunt. epist. 31, 10. 87, 28. ASCON. Corn. p. 63 ex quibus duo consulares ..., duo autem adulescentes. QVINT. decl. 342 p. 350, 4 VVLG. exod. 12, 44 AVG. civ. 2, 7 p. 60. 10, 29 p. 448. 10, 32 p. 460. CIC. Cluent. 2 altera pars ... videtur, altera autem. de orat. 1, 91 part. 65. 67. 78 rep. 6, 18 ac. 1, 24 fin. 2, 63 nat. deor. 2, 49 Tusc. 5, 17 SEN. benef. 5, 2, 3 COLVM. 2, 10, 33 QVINT. inst. 4, 1, 21 FRONTO p. 101, 9 N. TERT. anim. 12. *praeterea cf.* FILASTR. *p. 1586, 16.* CIC. Sest. 47 ut alii dicerent ..., alii autem. Planc. 15 or. frg. A VI 1 Brut. 183 top. 59 *et* 62 fin. 1, 63. 3, 18 nat. deor. 2, 81 *et* 123 div. 1, 72 fat. 5 VITR. 10, 16, 5 QVINT. inst. 8, 3, 66. 11, 3, 165 FRONTO p. 65, 8 N. AVG. civ. 9, 22 p. 397. 10, 9 p. 415. 10, 26 p. 442. 20, 19 p. 451. *praeterea cf. p. 1586, 11 sqq.* *pronom.*: CIC. leg. agr. 3, 2 a vobis ... peto; a vobis autem ... postulo. Tim. 41 quorum vobis initium ... tradetur a me, vos autem ad id ... attexitote. Att. 4, 18, 5 non ... aequo animo te careo; te autem quid mirum, qui Dionysium tanto opere desiderem? PLAVT. Capt. 35 emit hosce e praeda ambos ..., hisce autem inter sese hunc confinxerunt dolum. CIC. Arat. 164 Font. 1 orat. 56 top. 88 AVG. civ. 9, 15 p. 388. PLAVT. Cas. 775 illarum oratu faciunt; illae autem senem cupiunt extrudere. QVINT. decl. 354 p. 385, 19 AVG. civ. 14, 11 p. 30. 18, 54 p. 345. CIC. Sest. 1 intueri potestis eos ... maestos ...; eos autem ... alacris laetosque. rep. 1, 67 ac. 1, 24 COLVM. 12, 3, 11 Sc. Iuvent. dig. 5, 3, 20, 6 AFRIC. dig. 21, 2, 46, 2 SCAEV. dig. 34, 3, 31, 1 VLP. dig. 1, 15, 4 PAVL. frg. Vat. 229 MARCIAN. dig. 42, 5, 35. CIC. Cluent. 59 apud eosdem iudices reus est factus ..., ab isdem autem iudicibus ... locus ei primus est constitutus. Tim. 14. CIC. inv. 1, 62 si quadam in argumentatione satis est ..., quadam autem in argumentatione infirma est propositio. 1, 64. 2, 67. 102 fat. 8. 45 Lael. 63 TAC. dial. 21 SCAEV. dig. 34, 3, 28, 12 VLP. dig. 26, 5, 2 TERT. ieiun. 15. AVG. civ. 5, 10 p. 209 ipsae (*nostrae voluntates*) faciunt, quidquid volendo facimus .... quidquid autem ... nolens quisque patitur, etiam sic voluntas valet. TER. Hec. 868 quos fuerat par resciscere sciunt; quos non autem aequomst scire, neque resciscent neque scient. GRACCH. or. frg. Gell. 11, 10, 4 qui suadent ..., hi ...; qui autem ... tacent, hi. CIC. inv. 2, 158 in primo genere quae sunt, honesta appellabuntur; quae autem in secundo, utilia. Verr. 4, 121 Font. 2 Vatin. 41 de orat. 1, 125. 3, 47 part. 77 ac. 2, 40. 47. 146. 1, 20 fin. 1, 53 *al.* off. 1, 126 Att. 9, 4, 1 epist. 1, 5^{b}, 1. 2, 1, 1 *al.* Q. CIC. pet. 22. 46 LVCR. 6, 1242. VARRO ling. 9, 16 quae leviter haerent ... corrigi oportet; quae autem sunt ita ..., his oportet ... non uti. 9, 33 *et passim.* TER. Eun. 475 quid tu ais, Gnatho? ... quid tu autem, Thraso? CIC. part. 93. *verbum*: CIC. inv. 1, 88 ex quibus conces-

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

sionibus non conficitur hoc...; conficeretur autem, si. Pis. 94 admoneri me satis est; admonebit autem nemo alius nisi. de orat. 1,115 sunt quidam...; sunt autem quidam. part. 80 Tusc. 4, 59 Tim. 41. nat. deor. 3, 64 de quibus habeo ipse, quod sentiam, non habeo autem, quod tibi adsentiar. off. 3, 121. Att. 5, 4, 2 etiamne hic mihi curandus est? curandus autem hactenus, ne. 12, 22, 1. 15, 15, 4 epist. 2, 11, 1. 4, 15, 1 *al.* Liv. 44, 21, 2 senatus decrevit, ut... parem numerum tribunorum... populus crearet; creari autem neminem eo anno placere, nisi. Vitr. 8, 3, 6. Sen. contr. 2, 3, 15 lex..., si non exoraveris, perire te vult; non exoras autem. 2, 6, 6. 4 praef. 8. 10 praef. 2. Sen. nat. 3, 11, 6 pluvia potest facere torrentem, non potest autem (*Φ, om. Δ*; amnem *coni. Haase*) aequali inter ripas suas tenore labentem. epist. 31, 11. 58, 16. 109, 12. Qvint. inst. 6, 4, 14 est aliquid, cui responderi non statim possit, potuerit autem, si tempus ad disponendum fuisset. 12, 10, 45 Plin. epist. 7, 2, 3 Don. vita Verg. p. 64 Pavl. dig. 45, 1, 49, 2 Tert. test. anim. 4 orat. 22 Avg. civ. 1, 19 p. 33. 4, 12 p. 163. 9, 10 p. 382. 9, 15 p. 387. 18, 43 p. 322 Mart. Cap. 4, 370. *adverb.*: Plavt. Merc. 115 simul enicat suspiritus..., simul autem plenis semitis qui adversum eunt. Mil. 593 domi nunc apud me est, Sceledrus nunc autemst foris. Pseud. 1238 bene ego illum tetigi, bene autem servos inimicum suom. Stich. 733 *v. p. 1578, 14.* Cic. inv. 2, 171 nam aliter dicere solemus...; aliter autem (Att. 11, 12, 3). dom. 26 quemadmodum omnes... homines iudicarunt..., quemadmodum autem tute ipse confiteris. de orat. 3, 29 quae (*oratio*) est pura sic..., sic autem gravis. orat. 91 est ...plenius quam hoc enucleatum, quam autem illud ornatum... summissius (Att. 7, 13ª, 1. 14, 19, 1). ad Brut. 2, 6, 1 quomodo equidem credo...; quomodo autem multi suspicantur. Rvt. Lvp. 1, 14 partim nostri silebant, partim autem ingentem clamorem excitabant. Frontin. aq. 72 solae... quinariae mille... erogantur: minus quam ...quinariis mille centum quinque, minus autem quam... quinariis duobus milibus. Afric. dig. 26, 2, 23, 1 tutor ita recte non datur...; ita autem recte tutor dabitur. Vlp. dig. 7, 1, 9, 4 Pavl. dig. 32, 6, 1 Pomp. dig. 1, 2, 2, 33. Avien. orb. terr. 152 qua se notus erigit... fluitat mare; qua procul autem spirat... eurus, Ionii sunt terga sali. Itala gen. 4, 7 (Aug. civ. 15, 7 p. 67) nonne si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti? Vvlg. Iudith 5, 19 quotiescumque autem praeter ipsum deum alterum coluerunt, dati sunt in praedam.... quotiescumque autem poenituerunt..., dedit eis deus coeli virtutem resistendi. Avg. civ. 14, 16 p. 39. 21, 8 p. 504. *praeterea cf. p. 1593, 13.*

Pavl. Fest. p. 13 avus patris matrisque pater. Pavl. dig. 38,10, 10,13 avus hoc est patris et matris pater. Isid. orig. 9, 5, 9 avus pater patris est. 9, 6, 23 patris mei pater mihi avus est (Gloss. V 3, 14 = 49, 12. IV 23, 57. 302, 34. V 428, 26). Gloss. II 27, 42 avus *πάππος* (*sic passim, cf.* V 442, 22). Gloss. *corrupta* V 441, 60. Plavt. Men. 38 rediit nuntius ad avom puerorum. 40. 44 et ipsus eodem est avos vocatus nomine. Aul. 797 (*alia Plautina v. infra*). Varro rust. 2, 4, 1 avus meus primum appellatus est Scrofa (2, 4, 2). Cic. Pis. 67 ubi galli cantum audivit, avum suum revixisse putat. Catil. 3, 10 imago avi tui, clarissimi viri. rep. 1, 21. 27 leg. 3, 36 Brut. 239 Att. 12, 49, 1 *et saepius*. Caes. Gall. 1, 12, 7. 4, 12, 4. Sall. Iug. 9, 2 dignum te atque avo suo Masinissa (24, 10). Nep. Timoth. 4, 1 Verg. Aen. 5, 550. 564 nomen avi referens (*cf.* 12, 348). 6, 777 Prop. 3, 20, 8. Ov. fast. 1, 590 tuus Augusto nomine dictus avus. 2, 428 nomen habebit avi (trist. 4, 5, 34. met. 11, 286 clarum nomen avumque Iovem. *cf.* Sil. 2, 161 Avson. 322, 36. 390, 36). fast. 3, 68 longaevo. epist. 6, 115. trist. 4, 10, 76 filia me mea bis ... fecit avum (ars 3, 632 met. 14, 589). met. 10, 521 ille sorore natus avoque suo (*cf.* Ib. 534. 565), *et saepius*. Liv. 1, 6, 2. 24, 6, 2 oriundi ab Syracusis exule avo. 30, 26, 8 victoriis ... avus insignis. *et saepius*. Pavl. Fest. p. 12 quasi eum avi nomine appellemus. p. 126. 136 Sen. suas. 4, 4 contr. 1, 1, 7. 2, 6, 11. 9, 5, 3 (*et passim eodem capite*). 10 praef. 16. 10, 2, 16 avom fortem virum habuisti. 10, 2, 19. Vell. 2, 112, 7 adoptatus ab avo suo **naturali**, *et saepius*. Val. Max. 7, 5, 7 L. Paulo avo et P. Africano avunculo, *et saepius*. Sen. dial. 6, 24, 2 *al.* Plin. nat. 7, 51 *al.* Val. Fl. 5, 458. 6, 518 Solis avi (6, 442. 8, 460). Sil. 1, 668 *al.* Stat. Theb. 2, 127 silv. 3, 1, 46. 178 Ach. 1, 909 *al.* Mart. 7, 74, 6 senior ... avus *i. Atlas* (Clavd. 10, 219). 9, 54, 6 Frontin. aq. 102 Ivv. 1, 95 Tac. ann. 14, 57 *al.* Plin. epist. 4, 15, 3 (*bis*). 10, 120, 1 Svet. Cal. 10. 19 avum meum narrantem puer audiebam (*cf.* Treb. trig. tyr. 25, 3 Vopisc. quatt. tyr. 9, 4. 15, 4 Car. 13, 3 *et saepius sim.*). Galba 4. Flor. epit. 1, 1, 5 patruum ... deturbat, avum reponit. Fronto p. 25, 18 N. divom Hadrianum avom tuum (217, 19). 226, 6 Avr. Fronto p. 41, 11 N. Vlp. dig. 1, 7, 15, 1 facit ... hoc quasi quilibet, non quasi avus. Pavl. dig. 37, 4, 6, 4 qui apud **adoptivum** avum procreatus est. *et passim apud Icros*. Gell. 13, 20, 10 Apvl. apol. 68 met. 8, 20 Ps. Apvl. Ascl. 37 Tert. nat. 2, 13 Porph. Hor. sat. 1, 5, 27 Capitol. Aur. 1, 5 *et saepius apud script. hist. Aug.* (*lectio inc.* Gallican. Avid. 1, 1) Ivst. 43, 5, 11 *al.* Avson. 163, 22. 170, 2. 322, 66 *al.* Amm. 17, 5, 6 Hier. epist. 107, 1 *al.* Vvlg. gen. 28, 4. Sirach prol. avus meus Iesus (*πάππος*). Clavd. 10, 31 communem. carm. min. 20, 20 robustum. 30, 40 bellipotens. *et saepius*. Avg. civ. 18, 3. 4 *al.* *saepe in titulis sepulcralibus, ex. gr.* (*alia v. sub* avia): Corp. II 1188. 1743 avo dulcis(simo). 2973. 3709 optimo. 5069 Frontoni avo Fronto avio suo carissimo. III 9976. 12427 avo vivo suo. VIII 20209 avo merenti. *coniungitur cum* **abavus** (*v. I 48, 44 sq. 57 sq.*); **atavus** (*v. II 1014, 30 sqq. 36. 41. 45 sqq. 51. 62. 70. adde* Ps. Cypr. spect. 5 p. 7, 23 Avg. in Iob p. 620, 5); *saepius cum* **proavus**: Plavt. Trin. 967 mirum quin ab avo eius aut proavo acciperem, qui sunt mortui (Mil. 373 Persa 57). Varro rust. 3, 2, 6 tuus avos ac proavos. Cic. Sest. 126 non patris, avi, proavi, maiorum denique suorum omnium (Cael. 33 Mur. 15 dom. 123 Brut. 212). Ov. epist. 4, 159. Liv. 34, 58, 10 proavus ... avus paterque. Pavl. Fest. p. 221. Val. Max. 4, 1, 5 a patre, avo, proavo maioribusque suis. Sen. benef. 4, 31, 2. Ascon. Scaur. p. 22 neque pater neque avus neque etiam proavus. Plin. epist. 8, 18, 3 patre avo proavo. Svet. Aug. 2 proavum ... restionem ..., avum argentarium (*ibid. iterum*). Gaivs dig. 50, 16, 51 non tantum pater, sed etiam avus et proavus et deinceps omnes superiores. Avson. 320, 2 proavus ... avus ... pater (390, 38. 399, 5). Sidon. epist. 1, 3, 1 pater, socer, avus, proavus. *et sic pluraliter*: Lvcr. 4, 1218 ut interdum similes existere avorum possint et referant proavorum saepe figuras. Qvint. decl. 246 p. 8, 23 avorum proavorumque temporibus. Sen. epist. 76, 12 Tac. ann. 11, 23 Plin. epist. 5, 6, 6. Capitol. Ver. 1, 7 avi ac proavi et item maiores plurimi. Avr. Vict. Caes. 3, 2 per filiam proavus Augustus, genere materno Agrippa, Drusus Germanici pater, e quo is oriebatur, avi erant. Rvfin. hist. 1, 6, 8 *ἐκ προγόνων*. *cum* **pater** (parens, genitor): *cf. etiam infra usum plur.* Plavt. Amph. 1050 seu patrem sive avom videbo. Aul. 5 patri avoque (22. Trin. 645 *cf.* Men. 751. 1128). Cic. Phil. 3, 25 vir patre, avo maioribusque dignissimus (Verr. 5, 67 Catil. 1, 4 dom. 20 Planc. 32 or. frg. A VIII 6). Verr. 1, 52. 4, 211 Scaur. 45 Mur. 16 har. resp. 41. nat. deor. 3, 90 ut condemnaretur filius aut nepos, si pater aut avus deliquisset. epist. 13, 34. 15, 2, 6 Sall. Iug. 18, 4. Verg. Aen. 12, 348 nomine avum referens, animo manibusque parentem (Ennod. epist. 1, 18, 5 p. 30, 11 ut avum nomine, ita patrem redde doctrina. *cf.* Avson. 351, 9). Ciris 134 pater atque avus idem Iuppiter. Hor. sat. 1, 2, 7 avi ... atque parentis. 1, 6, 131 si quaestor

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

avus pater atque meus patruusque fuisset. carm. 3, 6, 46 (*cf.* SEN. Thy. 134). OV. Pont. 2, 8, 33 perque tuos vel avo dignos vel patre nepotes. fast. 1, 10 epist. 8, 32. 34 met. 9, 709. 10, 606. LIV. 6, 6, 13 ut patre, avo teque ipso ... dignum est. 8, 8, 10. 43, 14, 8 qui in patris aut avi potestate essent (*cf.* GAIVS inst. 1, 127. 135. 2, 156 GELL. 1, 12, 4). 45, 7, 3 PAVL. FEST. p. 166 (*cf.* p. 184). SEN. contr. 9, 5, 1 *et saepius eodem capite.* VELL. 2, 72, 3. 2, 112, 7 SEN. Tro. 702 aetate avum transcendat, ingenio patrem. 769 Herc. f. 966 Ag. 35 Herc. O. 989. Phoen. 646 avo patrique crede (Med. 210). Phoen. 134 dial. 2, 18, 1 (*plur.; cf.* benef. 4, 32, 1 SVET. Vit. 2). dial. 6, 26, 3 benef. 3, 29, 8. 5, 18, 1 ASCON. Pis. p. 12 (*ter*) Scaur. p. 27 STAT. silv. 4, 8, 58 (*cf.* 4, 7, 43) Theb. 5, 676. 9, 377. 381 IVV. 8, 143 TAC. hist. 2, 50. ann. 2, 85 cui avus aut pater aut maritus eques R. fuisset. 6, 15 PLIN. epist. 4, 19, 1 4, 21, 4. 8, 23, 8 SVET. Tib. 7 Claud. 11 Galba 3 Otho 1 FLOR. epit. 3, 1, 3 VLP. dig. 25, 3, 3, 2 ANTH. 405, 9 CAPITOL. Pius 1, 2 Gord. 22, 6. AVSON. 163, 8 avus et genitor (*cf.* 179, 6). 206, 6. 406, 82 AVG. civ. 4, 21. mus. 6, 11, 32 patrem ... saepe vidi, ... avum ... numquam vidi. VINDIC. epist. ad Pentad. p. 485. *adde*: VERG. Aen. 10, 76 cui Pilumnus avus, cui diva Venilia mater. SEN. benef. 5, 19, 9 matri et avo et avunculo. STAT. Theb. 5, 465 APVL. apol. 71. *cum* nepos (neptis): CIC. Deiot. 2 qui nepos avum in capitis discrimen adduxerit (*ibid. iterum*). Scaur. 46. Att. 16, 14, 4 avi tui pronepos scribit ad patris mei nepotem. TIB. 2, 5, 93 nec taedebit avum parvo advigilare nepoti. OV. fast. 1, 294. 3, 228. 5, 76. 426 met. 11, 218. PAVL. FEST. p. 228 progenerum appellat avus neptis suae virum. SEN. contr. 9, 5, 7. 8. SEN. Thy. 90 ducam in horrendum nefas avus nepotes. 134 nec succedat avo deterior nepos (*cf.* HOR. carm. 3, 6, 46). STAT. Theb. 2, 122 TAC. ann. 3, 29 PLIN. epist. 6, 26, 3 paneg. 39 (*bis*) FLOR. epit. 2, 15, 12 PAVL. sent. 4, 11, 2 GAIVS inst. 1, 59 PORPH. Hor. epod. 1, 34 AVSON. 322, 95. 323, 12 AVG. civ. 18, 21.

maternus: CATVLL. 84, 6 sic maternus avus dixerat atque avia. VERG. Aen. 4, 258 materno veniens ab avo. EPICED. Drusi 146 LIV. 24, 6, 8. 27, 19, 9. FEST. p. 171 ut qui primus natus esset, praenomine avi materni Numerius appellaretur. SEN. contr. 9, 5 (*thema*) (contr. exc. 9, 5) VAL. MAX. 1, 7 ext. 5. 4, 7, 2 ASCON. Pis. p. 4 Mil. p. 53 PLIN. nat. 15, 126 STAT. silv. 4, 8, 10 TAC. hist. 1, 48 ann. 13, 45 SVET. Tib. 3 Cal. 23 PAVL. coll. Mos. 16, 3, 10 VLP. dig. 25, 3, 5, 5 GAIVS inst. 3, 71 CAPITOL. Pius 1, 4 LAMPR. Comm. 1, 2 Diad. 4, 4 IVST. 2, 10, 6 AVSON. 163, 2 AVG. civ. 18, 39. CORP. II 3852 pater avo materno. *paternus*: ASCON. Scaur. p. 27 paternus avus proavusque Scauri. PLIN. nat. 16, 13 ipsi patrique et avo paterno. 33, 32 VLP. reg. 6, 2. dig. 25, 3, 5, 2 patrem avumve paternum proavumve paterni avi (37, 12, 1, 1). APVL. apol. 68 ARGVM. Plaut. Men. 4 CAPITOL. Aur. 1, 10 SPART. Geta 2, 1. *uterque*: HOR. sat. 1, 6, 3 (*latiore sensu*) nec quod avus tibi maternus fuit atque paternus olim qui magnis legionibus imperitarent. PLIN. epist. 3, 3, 1 enitar, ut filius tuus avo similis existat, equidem malo materno: quamquam illi paternus etiam clarus spectatus. CAPITOL. Pius 1, 9 pueritiam egit cum avo paterno, mox cum materno (SPART. Did. 1, 2 Sept. Sev. 1, 2). CORP. XII 2473 avo a patre ... avo a mat⟨re⟩. *cf.* avia *p. 1420, 34 sqq.* *adde*: CIC. Cato 29 avi tui duo. 82 aut patrem tuum Paulum aut duos avos Paulum et Africanum (*cf.* 21). Brut. 212 de duobus avis iam diximus, Scipione et Crasso, et de tribus proavis. nat. deor. 3, 48 *Medea* duobus avis, Sole et Oceano, Aeeta patre, matre Idyia procreata est. Phil. 1, 27. OV. met. 6, 175 Atlas est avus ..., Iuppiter alter avus. TAC. Agr. 4 utrumque avum. ann. 3, 75 Asinius Saloninus M. Agrippa et Pollione Asinio avis ... insignis. ARNOB. nat. 1, 34 Iuppiter ... et patrem habet et matrem, avos avias fratres. CAPITOL. Pius 5, 2 patri et matri atque avis et fratribus iam mortuis (*cf.* TREB. Claud. 13, 4). COD. Theod. 3, 18, 1 (*a. 357*) *c. interpr. cf.* CORP. IX 748 ⟨...⟩ Prisca avia et Pomponius Amandus aus nepoti pientissimo. *pluraliter* avi *i. q. avus et avia*: PROB. inst. gramm. IV 127, 31 quaeritur, qua de causa Varro masculum et feminam avos pronuntiarit. hac de causa, quoniam quaecumque generis feminini nomina generibus masculinis reperiuntur esse coniuncta, haec sub sono generis masculini necesse est ut procedant. CORP. III 3181 Ingenuus et Respecta avi miseri fecerunt. 4346 (= CARM. epigr. 440 *ubi v. adn.*). 5078. 14869 nepti Rutilius Macrinianus ... Valeria Felicla avi infant. infelicissima(e) f(ecerunt). V 4484, 13 avis rarissim(is) ... nepos *fecit.* VIII 4669 fec⟨it⟩ avibus suis. IX 1465 avis suis ... fecit. XIII 4152 patribus et avis et sibi ... fecit. *cf.* III 15016 *infra p. 1612, 34.*

latiore sensu, usus maxime poetarum (*huc spectant quaedam iam supra allata*): VERG. Aen. 7, 220 Iove Dardana pubes gaudet avo (SERV. generis origine: nam avus non est Troianorum Iuppiter sed Aeneae per Venerem). 12, 164 Solis avi (*cf.* VAL. FL. 6, 518 *al.*). TIB. 2, 1, 2 ritus ut a prisco traditus extat avo (*cf.* 1, 1, 42 antiquo. 1, 10, 18 veteris). PROP. 2, 34, 56. ELEG. in Maecen. 1, 4 annoso (*pro homine sene*). *plur.* (*cf.* atavus, proavus, *supra p. 1610, 67 sqq.*): VARRO rust. 1, 2, 1 patres et avos ... nostros (LIV. 4, 44, 2. 7, 40, 11. 38, 17, 16. 27, 8, 9. 39, 16, 8 SEN. suas. 2, 1 PLIN. nat. 26, 100 TAC. hist. 4, 8. 73. VVLG. exod. 10, 6 πρόπαπποι). VERG. Aen. 6, 840 ultus avos Troiae. 6, 876 nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos in tantum spe tollet avos. 7, 177 veterum effigies ex ordine avorum antiqua e cedro (OV. fast. 6, 657 EPICED. Drusi 162 VAL. FL. 3, 344 STAT. Theb. 6, 67 MART. 3, 63, 12. 10, 87, 15. *cf.* SIL. 1, 73 vetustos. IVV. 6, 163). 7, 412 locus Ardea quondam dictus avis. 10, 201 dives avis (STAT. Theb. 1, 392. SIL. 8, 524 dives avorum). 12, 649 magnorum haud ... indignus avorum (VAL. FL. 1, 476 STAT. silv. 4, 6, 94 SIL. 8, 383). TIB. 2, 1, 34 intonsis (OV. fast. 2, 30). LYGD. 1, 2. PROP. 2, 13, 10 illustres. 2, 1, 42 Phrygios (OV. fast. 4, 272). 4, 6, 38 Hectoreis. 4, 11, 11. 4, 11, 102 honoratis (EPICED. Drusi 330). 4, 11, 30 Numantinos. OV. am. 1, 8, 66. ars 3, 128 priscis. epist. 11, 17 per avorum nomina (*cf.* trist. 4, 4, 1 Pont. 1, 9, 39). epist. 15, 174 medios ut taceamus avos. 19, 224 nec ... despectis arguor ortus avis. met. 15, 425 pro divitiis tumulos ostendit avorum (*cf.* VAL. FL. 6, 110). fast. 3, 222. 4, 40 Teucros. 4, 124 Iuleos (*cf.* 5, 564). 5, 480. 624 trist. 2, 472. Pont. 4, 8, 18 innumeros. LIV. 22, 60, 11 avorum memoria (27, 8, 9 nec patrum nec avorum memoria. 32, 22, 10 COLVM. 8, 16, 3 PLIN. nat. 26, 100. 33, 21 SIDON. epist. 7, 1, 7). 39, 16, 8 patrum avorumque aetate (*cf.* MART. 8, 56, 1). VAL. MAX. 6, 8, 1 avorum nostrorum temporibus (SEN. epist. 36, 7 COLVM. 1 praef. 15 8, 10, 6 MELA 3, 90 QVINT. decl. 246 p. 8, 23). SEN. Thy. 1015. Herc. f. 339 nobiles (AVSON. 214, 3). Phaedr. 158. LVCAN. 3, 161 parcorum. 4, 690. 8, 73 titulis insignis avorum. 8, 287 qui sanguine regnum et Numidas contingit avos. LAVS Pis. 26. PLIN. nat. 14, 95 ad avos usque nostros. VAL. FL. 6, 125. SIL. 1, 665 Sigeis. 2, 4 ter centum memorabat avos. 3, 708 Sidonios. 4, 626. 720. 5, 412 laurigeris. 5, 597. 8, 294 per altos attingebat avos caelum. 8, 383 avis pollens (16, 559). 10, 628 superbis (11, 127). 15, 745 mihi Belus avorum principium (*cf.* 1, 73). 17, 12 multa fulgebat imagine avorum. STAT. Theb. 2, 215. 2, 573 terrigenas. 3, 349 magnaninūm. 3, 601. 6, 95. 7, 387. 409. 8, 433 silv. 4, 1, 33 MART. 7, 72, 4. 7, 47, 2 cuius prisca graves lingua reduxit avos. 8, 80, 1 sanctorum. 9, 37, 8. 13, 14, 1 IVV. 8, 17. TAC. hist. 3, 38 hostem Iunios Antoniosque avos iactantem. SOL. 32, 39 a primis ... gentis suae avis. CAPITOL. Alb. 13, 5. AMM. 16, 8, 13 ⟨ad⟩ avorum aemulationem posteritas tendens. CARM. epigr. 863, 2 (*sacc. I*) quoius et hoc ab avis contigit esse solum. 1214, 8 ni renobasset abos. CORP. III 15016 sarcofagum ita defendunt, ut super avorum ⟨su⟩orum corpora nullu⟨s e⟩xtraneum ponat. CARM. epigr. 1355, 8 (*a. 442*) sed Gallos claro germine traxit avos.

notanda: *iunctura* avi avorum: VERG. georg. 4, 209 (*de apibus*) avi numerantur avorum. AMBR. in psalm. 35 praef. 1 quem (*David*) non solum magister eius (*i. Socrates*), sed nec avi quidem avorum eius videre potuerunt. SEDVL. carm. pasch. 1, 311 per genus omne nepotum it nova progenies et avi numerantur avorum. *plur. pro sing.*: TAC. ann. 14, 1 (*in oratione*) formam ... displicere et triumphales avos? *translate de herba*: PS. APVL. herb. 75 (*de senecione*) floribus nigellis primo tempore celeriter scissis ac florescentibus summotenus velut in canis, quos Graeci pappus appellant, nos avos vocare possumus. *pro adiectivo ut videtur*: VEN. FORT. carm. 6, 5, 344 luderet ut gremiis parvula neptis avis.

nota formam **avius**, -ī (*cf.* avia) *in titulis* (*cf.* SCAVR. gramm. VII 12, 21): CARM. epigr. 1581, 5 (CORP. VI 18086) aviumque suum adlectabat voce pusilla. CORP. VI 16845 Sex. Titien. Epaphroditus avius, Didia Nice avia. 20932 Nicanor avius fecit. III 14544 Aurel. Demas vix(it) ann(is) LXXX. Aurel. Lucidus et Aurelia Aquilina et Aurel. Vitalis nepotes et heredes avio benemerenti posuerunt. *cf.* II 5069.

composita: abavus, atavus, proavus, tritavus. *derivata*: avia, aviaticus, avitus, avunculus. *Ihm.*

Avus, -ī, *quocum cf.* Ava, Avva, Abua, Auvo, Avo, *cogn. ut videtur barb.* CORP. III 12014, 156 (*in vasculo*) Avus. XIII 10010, 259 (*in vasculis Gallicis*) Avus fe. *et* Avus f. *et* Aus. VI 24695 T. Pompusius Exochus Avus. II 4991 (*Olisipone, periit*) I(ulia?) Maxuma Avvi (uxor). NOT. episc. Maur. Sitif. 22 Avus (*trad.* abus) Ficensis Maur. Caes. 10 Avus Altabensis. *omnia nomina vix sunt eiusdem originis.*

Auvus *v.* Avus.

Auxanius, -ī *cogn. vir.* (*christ.*). AVELL. p. 52, 25 *et* p. 54, 8 *ex Vrsini erroris consortibus* (*saec. IV ex.*). CANON. Migne 56, 813^{C} Auxanius presbyter Apamensis. *Sidonii Apollinaris amicus, praefectus praetorio et abbas*: SIDON. epist. 1, 7, 6 praestantissimum virum (7, 17, 3. 4, *ubi v. l.* auxianus). LVCID. Faust. Rei. epist. 2 inscr. *episcopus ut videtur Aquensis. cf.* FAVST. REI. epist. 1 p. 164 subscr. (*quam om. cod. opt. Sangall.*). *idem fort. memoratur* EPIST. pontif. 557 Thiel p. 148. 562 Thiel p. 152. EPIST. pontif. 555 Thiel p. 143. 559 Thiel p. 152. 562 Thiel p. 153. CONC. Massil. a. 533 p. 61, 14 *episcopus civitatis incertae. cf.* Ausanius. *deriv.* **Auxaniānus**, -ī. CORP. XIV 1889 (*Ostiae christ.*) Auxania⟨nus⟩: *debet esse nom. vir.*

Auxanōn, -ontis *vel* -ōnis, *Αὐξάνων, cogn. vir. declinatio in* -ontis CORP. VI 12421. XII 1938 (*pater* Crescentio), *in* -onis VI 13031. XIV 686 COD. Iust. 3, 29, 8 (*a. 294*), 4, 54, 8. 8, 42, 23 AVELL. p. 52, 25. 54, 8 CONC. Const. a. 550 (*?*) Mansi IX 175^{B}. *reliqua exempla*: CORP. VI 22113. XIV 246 (*a. 140*), 4, 7. XI 5737 (*saec. III med.*), 3, 7. III 4855.

Auxanusa, -ae, *Αὐξάνουσα, cogn. mul.* CORP. VI 7499 (*in columb.*) Lartia Auxanusa. 10852. 16360. 36379 Optatus et Auxanu⟨sa⟩ fili *Successae.* XI 75 (*Ravennae*) Mamiliae Auxsanusae. COD. Iust. 3, 33, 9 (*a. 293*) AA. et CC. Auxanusae.

Auxenna *v.* Axuenna.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Auxentius, -ī, *Αὐξέντιος, primum signum fuit vel agnomen, deinde abiit ut fieri solet in cogn. christianum. varii apud ethnicos: pro signo sumendum videtur in titulo* CORP. IX 1760 (*Beneventi*) Auxentio. COD. Theod. 12, 1, 34 (*a. 342*) *impp. Constantius et Constans* ad Auxentium praesidem Augustamnicae. SYMM. rel. 25 *et* 26 (*a. 384—385*) v. c., comes et mechanicae professor. SYMM. epist. 3, 77 (*ante a. 392*). CORP. VI 1669 (*inter a. 425 et 450*) Fonteius Litorius Auxentíus v. c. praef. urbi (*cf.* 31993). *ad hunc admodum adulescentem fort. dedit epistulam* SYMM. epist. 9, 5 (*inter a. 398 et 450*), *eundem memorat* 6, 17. 8, 16. 9, 7. CORP. VI 1725 (*inter a. 441 et 445*) Fl. Olbi Auxenti Drauc⟨i⟩. Fl. Olbio Auxentio Drauco v. c. et inl. . . ., praefecto urbis Romae. *ad hunc extant rescripta impp. Theodosii et Valentiniani III* (NOVELL. Valent. 8, 2. 15, 1). *incertae aetatis sunt*: CORP. VI 124 (*cf.* 30700) v. c. *et* 829 Aelius Auxentius v. c. *de singulis cf. Seeck, PW. II 2615. e christianis celeberrimus est Arrianus episcopus Mediolaniensis, in quem scripsit a. 365 Hilarius Pictavorum episcopus librum qui inscribitur* contra Arrianos vel Auxentium Mediolanensem (*cf.* HIER. vir. ill. 100 elegans libellus contra Auxentium). *haeretici epistulam ad Valentinianum et Valentem affert* HIL. c. Aux. 13 *sqq. praeter* HIER. *et* HIL. *memorant eundem multi auctores christiani, veluti* DAMAS. epist. 1 RVFIN. hist. 11, 11 AMBR. PAVL. MED. vita Ambr. 6 GAVDENT. serm. 21 SVLP. SEV. PROSP. chron. CASSIOD. hist. VEN. FORT. CHRON. Gall. chron. I p. 644, 500 Aufenti. *contra alterum Arrianum, qui Mercurinus etiam apellabatur natione Scytha, scripsit a. 386* AMBR. *sermonem de basilicis tradendis. cf.* epist. 21. *alius* AMBR. epist. 42, 14. *tertii cuiusdam Arriani servatur frg. epistulae laudatoriae in Wulfilam magistrum apud* MAXIMIN. c. Ambr. 35 *sqq. cf. Jülicher, PW. II 1616, 8 et Kauffmann, Texte und Untersuchungen zur altgerm. Relig.-Gesch. I p. LVIII sqq.* CANON. Migne 56, 810[C] Ascalonis *episcopus*. VICT. TONN. chron. II p. 191, 490, 3 *heremita* daemones fugat. CONC. Const. a. 536 Mansi 8, 969[E] *episcopus Sebastenorum*. **Auxentia**, -ae *cogn. mul. christ.* NOM. mart. p. 878, 32. *altera* NOVELL. Iust. 155, 1 (*a. 533*) *Αὐξεντία*.

Auxes *v.* Osee.

Auxesia, -ae, *Αὐξησία, cogn. mul.* CORP. XIV 3720 (*Tibure*) Iulia Auxesia. *Diehl.*

auxēsis, *acc.* -in, *f.*, *αὔξησις. graece scr. ex. gr.* CIC. orat. 125. PAVL. FEST. p. 17. GLOSS. IV 23, 54 augmentum dictionis. V 269, 66 augmentum. CASSIOD. in psalm. 3 p. 44[C] factum est . . . hic pulcherrimum schema, quod graece dicitur auxesis, quae addendo quaedam nomina per membra singula rerum augmenta congeminat. p. 44[D] auxesis sine ulla iteratione nominis rerum procurat augmenta, in climace vero necesse est, ut postremum verbum . . . iteretur. PORPH. Hor. epod. 16, 27 per auxesin . . . videtur reditum exsecrari. epist. 2, 1, 22 auxesis: plus enim 'odit' quam 'fastidit'. 2, 1, 132 infert per auxesin. MAR. VICTORIN. rhet. 1, 4 p. 169, 24 in hac exhortatione est etiam auxesis: auget enim laudes eloquentiae. auxesis . . . duobus modis fit, ratione et comparatione. auxit eloquentiam ratione *eqs.* 1, 21 p. 207, 26 non . . . in modo fides fit, sed magis auxesis criminis. DON. Ter. Andr. 236 et est perversa auxesis a maioribus descendens ad minora per amplificationem accusationis. Eun. 857 auxesis gradatim facta. *et passim.* SERV. Aen. 7, 702 ad auxesin . . . esse dictum. SCHOL. Stat. Theb. 2, 488 indignatio poetae auxesin facit. 2, 559 bona auxesis, ut aetati robur adiungeret. Ps. ASCON. Verr. p. 152 non est vitium, quod sub auxesi positum, non pro ratiocinatione est. HIER. tract. in psalm. 1 p. 2, 18 cum fecerimus aliquid, iam auxesis facta est, ut doceamus alios (111 p. 207, 3). CASSIAN. inst. 10, 8, 1 per singula verba increpationis auxesin facit (*cf.* GLOSS. V 417, 35. 426, 46). ARNOB. in psalm. 77 p. 436[D] auxesin faciens adiecit. *synon.*: augmentum, amplificatio, (incrementum). *Ihm.*

Auxēsis, -is *et* -īnis, *Αὔξησις, nom. serv. mul. et cogn. primum legitur in columbariis, longe plurimae sunt Romanae. propter declinationem, orthographiam, prosodiam notanda sunt haec*: CORP. VI 17980 Fl. Auxesini lib. 17257 Eromenus et Eutyches Ausxsini (*nisi est* Auxini) sorori. 18694 Asiniae Auxsési. XII 3686 (*Nemausi*) Iunia Auxsesis. VIII 21142 (*Caesareae Maurorum*) Ausesis. *e columbariis*: CORP. VI 4719. 5447. 6995. 7686. *alias*: CORP. VI 10125. 13435. 13436 d. m. Auxesi et Nicephoridi Pardalas et Auxesis parentes. 13437. 15236. 18297. 18629. 20861. 22380. 22659. 26653. 30983, 2, 11. 34647. 34654. 35981. XIV 2489 (*Castrimoenii*). IX 363 (*Canusii*). X 1136 (*Abellini*). 3564 (*Miseni*). XI 2910 (*Visentii*). 4701 (*Tuder*). 5238 (*Fulginiis*). V 2408 (*Ferrarae*). VIII 9375 (*Caesareae Maurorum*). XII 3004 (*inter Vcetiam et Nemausum*). 3864. *cf.* 864. *at* 689 (*Arelate, saec. II, cf.* add. p. 818) *fort.* Alfiae ⟨Ep⟩auxesi. III 9012 (*Salonis*).

Auxetus, -ī, *Αὔξητος, cogn. vir.* CORP. VI 15580 Ti. Claudius Aug. l. Auxetus. 22291 C. Matius L. (mulieris) l. Auxetus. INSCR. Notiz. degli scavi 1901 p. 279 (*in via Salaria*). CORP. X 7415 (*Thermis Himeraeis*) C. Laesanius Auxetus.

Auxibius, -ī *Αὐξίβιος, cogn. vir.* CORP. VI 13438. *Diehl.*

Auxiēnsis *v.* Ausciensis *sub* Ausci. **Auxilia** *v.* Auxilius.

auxiliābundus, -a, um *ab* auxiliari. *cf.* auxiliaris, -rius. APVL. Socr. 11 p. 145 Vergiliana Iuturna, quae mediis militibus (militibus *codd.*) auxiliabunda fratri conversatur.

(**auxiliārēnsis**) *v.* auxiliarius *p. 1615, 27.*

Auxiliāria *v.* auxiliarius *in fine.*

auxiliāris, -e *ab* auxilium. CHAR. gramm. I 121, 14 (*ex Romano*) aux⟨iliare per e⟩, ab hoc auxiliare homine, ut idem Plinius ⟨eodem libro⟩ (*sc. dubii sermonis*). *cf.* auxiliarius, auxiliabundus. OV. met. 1, 275 illum (*Iovem*) caeruleus frater (*i. Neptunus*) iuvat auxiliaribus undis. 7, 138 carmen auxiliare canit *Medea* secretasque advocat artes (PLIN. nat. 28, 21 Cato prodidit luxatis membris). 9, 699 dea sum auxiliaris opemque exorata fero (*sc. Isis*. APVL. met. 11, 10 *Isidis* auxiliaris providentia. *cf. Drexler apud Roscher, Lexik. d. Mythol. II p. 522, 45*). fast. 1, 602 quidam . . . corvi titulos auxiliaris habet. LVCAN. 6, 524 cantu supplice numen auxiliare *maga* vocat. PLIN. nat. 23, 14 acetum . . . auxiliarem contra eadem vim habet. 23, 82 lethargicis auxiliare *oleum*. TERT. anim. 43 quodsi vitale salutare auxiliare somnus, nihil eiusmodi non rationale. sic et medici omne contrarium vitali salutari auxiliari extra naturales cardines relegant. CASSIOD. var. 2, 32, 4 bonum desiderium iuvare auxiliaribus constitutis. *speciatim de auxilio militari* (*cf.* auxilium *II 1 p. 1627, 27*): CAES. civ. 1, 63, 1 duabus auxiliaribus (-riis *f*) cohortibus Ilerdae praesidio relictis (TAC. hist. 2, 24. 3, 15 ann. 12, 39. *cf. Marquardt, Röm. Staatsverfassung II² p. 468*). OV. met. 6, 424 Tereus haec (*agmina*) auxiliaribus armis fuderat. TAC. hist. 1, 38 miscentur auxiliaribus (*i. auxiliarium*) galeis scutisque. 1, 60 auxiliarium . . . militum (AMM. 20, 4, 2. CORP. III 5670[a] *a. 370* milites auxiliares Lauricenses). **ann. 1, 39** praesidio auxiliarium equitum (13, 54 eques repente immissus. CORP. XII 5899 *aet. Traiani* ⟨equitibus auxi⟩liáribus). 4, 73 peditumque et equitum auxiliarium delectos. 2, 52 in castris Romanis auxiliaria stipendia meritus (11, 18 auxiliare stipendium meritus [-are ex diu meritis *trad.*, -is et diu meritus *alii*]). 3, 45 praemissa auxiliari manu (DICT. 2, 32). DICT. 2, 35 copias. AMM. 16, 11, 9 velites. COD. Theod. 7, 13, 1 (*a. 353*) de auxiliaribus . . . cuneis.

subst. **auxiliāres**, -ium (*sing. cf.* SIDON. *infra l. 80*) *i. q. milites auxiliarii, auxilia*: GLOSS. II 27, 48 *σύμμαχοι*. PAVL. FEST. p. 17 auxiliares dicuntur in bello socii Romanorum exterarum nationum, dicti a Graeco vocabulo *αὔξησις*, quod nos dicimus rerum crescentium auctionem. p. 85 ferentarii auxiliares in bello, a ferendo auxilio dicti. *cf.* VEG. mil. 2, 2. CAES. Gall. 3, 25, 1 cum . . . auxiliares . . ., quibus ad pugnam non multum Crassus confidebat, . . . speciem atque opinionem pugnantium praeberent. civ. 1, 78, 2 frumenti copiam legionarii non nullam habebant, . . . caetrati auxiliaresque nullam. BELL. Afr. 59, 3 post . . . elephantos armaturas leves Numidasque auxiliares substituerat (LIV. 24, 48, 10. 25, 40, 5. FRONTIN. strat. 1, 5, 16 [auxiliatores *H*]). BELL. Hisp. 7, 4 reliqui ex fugitivis auxiliares consistebant. 30, 1 praeterea auxiliares accedebant prope alterum tantum. LIV. 21, 26, 5 auxiliaribus Gallis (21, 48, 1. 21, 56, 1 FRONTIN. strat. 2, 3, 16. 3, 16, 2 TAC. hist. 2, 68 VOPISC. Prob. 4, 1). 22, 22, 15 quibusdam auxiliaribus Hispanis. 24, 24, 7 Afrorum Hispanorumque. 25, 30, 2 unus ex Hispanorum auxiliaribus (FRONTIN. strat. 1, 11, 18 infirmissimum quemque praecipue ⟨ex⟩ auxiliaribus. 3, 10, 1 TAC. hist. 2, 68 alter e Gallis). 28, 20, 11 Punicis (TAC. hist. 4, 50 Poenos). 28, 37, 9 duobus milibus auxiliarium inde conscriptis (TAC. ann. 1, 56 AMM. 16, 2, 4 IORD. Get. 9, 64). 30, 33, 9 auxiliaribus . . . merces ostentatur. 30, 34, 5 cedentis. 6 terga dant. 9. 30, 35, 7. 31, 36, 8 Cretensium (31, 37, 4. 35, 28, 8. 35, 30, 1). 32, 39, 7 Nicostratus cum auxiliaribus paucis (35, 29, 12). 33, 4, 4 mixti ex pluribus gentibus mercede conducti. 33, 18, 7 Thessalorum. 34, 28, 3 tyranni (35, 29, 3. 35, 35, 12). 35, 29, 2 Cretenses et hostium. 35, 29, 8 unum de auxiliaribus. 35, 30, 7. 37, 16, 8 Issaeos. 37, 16, 10. 37, 39, 9 Eumenis. 37, 40, 11 mixti omnium generum. 37, 42, 3 turbatis. 38, 9, 9 Aetolorum. 38, 13, 9 Attali. 38, 26, 4 Cappadoces et Morzi. 38, 34, 1 omnes externi (6. 40, 32, 7). 44, 4, 11 Attalum et Misagenem cum suae gentis utrumque auxiliaribus. 44, 12, 6 delectis Gallorum (TAC. hist. 3, 29). VELL. 2, 112, 4 FRONTIN. strat. 2, 3, 10. 2, 3, 16 cum habet *Hannibal* exercitum ex Poenis et auxiliaribus. 2, 3, 17 Romanorum more armatos. 2, 7, 3 *bis*. TAC. Agr. 18 lectissimos auxiliarium (hist. 2, 24 ferocissimos. ann. 12, 17 plerisque). hist. 3, 18 Moesicis. ann. 2, 16 Galli Germanique. 12, 27 Vangionas ac Nemetas. 12, 35 si auxiliaribus resisterent, gladiis ac pilis legionariorum, si huc verterent, spathis et hastis auxiliarium sternebantur. 13, 8 pars auxiliarium. 14, 34 e proximis auxiliares. 14, 37 idem auxiliarium impetus. 14, 38 octo auxiliarium cohortibus. SPART. Pesc. 3, 8. VOPISC. Aurelian. 11, 3 Mesopotamenos. Prob. 14, 7 barbaris. IVST. 2, 9, 9 Plataeensibus. DICT. 2, 32 Troianis Hector Sarpedon auxiliaribus duces facti. 2, 35 auxiliares ex diversis regionibus contracti. 3, 1. AMM. 21, 13, 13 adscitis in societatem auxiliaribus paucis. 24, 2, 8 ad cursuram levissimi. 29, 5, 47 Iesalenses. VEG. mil. 3, 1 multitudo socialium. 3, 4 sive illi legionarii sive auxiliares sive equites fuerint. IORD. Rom. 358 Hunnis (Get. 34, 176). Get. 36, 191 hi adfuerunt auxiliares: Franci *eqs.* 37, 195. NOT. dign. or. 39, 19. 40, 18. 41, 20. 41, 21 Reginenses. 41, 22 Tricornienses. 41, 23 Novenses. 42, 22. *nota sing.*: SIDON. carm. 7, 430 quod non sumus hostes, parva reor; . . . auxiliaris ero. *oppositа*: equites, legionarii. *Münscher.*

Auxiliāris, -is. **1** *cogn. vir.*: CORP. VI 17667 L. Faenius Auxiliaris. IX 3252 (*Corfinii*) A. Vercius Auxiliaris. CORP. XII 5494 (*a. 435*)

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

vir. inl. Auxiliaris pre(fecti) praeto(rio) Gallia⟨rum⟩. *idem memoratur* NOVELL. Valent. 8 (*a. 441*), 1 viri illustris (8, 3) *et* VITA Hil. 11 *et* 17. *de genere non constat*: CORP. V 1943 (*Concordiae*) d. m. Suavi Auxiliaris vica(rius, -a *?*). **2** *cogn. mul.* CORP. IX 2246 Aselliae Auxiliari. *Diehl.*

auxiliārius, -a, -um *ab* auxilium. auxs-: CORP. III 4753. auxsiliariei (*nom. plur.*): IX 4503 (= I 1295). GLOSS. II 442, 15 *σύμμαχος*. 308, 58 *ἐπίκουρος*: auxiliarius, auxiliator. 258, 53 *βοηθός*: auxiliarius, patronus, adiutor, auxiliator, adiutrix. III 467, 44 *ἀρηγός*. II 569, 3 auxiliarius: conpugnator, conmiles. 27, 43 auxiliarii: *βοηθοί, σύμμαχοι*. NOT. Tir. 39, 33 NOT. Bern. p. 13[a]. *cf.* auxiliaris, auxiliabundus. PLAVT. Truc. 216 magisque adeo ei consiliarius hic amicust quam auxiliarius (*cf.* FRONTO p. 150, 16 N.). OV. met. 4, 333 sub candore rubenti, cum frustra resonant aera auxiliaria, lunae. SEN. nat. 2, 49, 3 auxiliaria (*sc. fulgura, in enumeratione nominum fulgurum, quae a Caecina ponuntur*), quae invocata, sed advocantium bono veniunt. PANEG. 8, 3 p. 182, 9 cum finitimae nationes ... Germanos sibi auxiliarios dominos invocassent. *titulus officialium domus Augustae*: CORP. VI 8854 T. Aelio Aug. lib. Hermeti ab instrumento auxiliario. *in titulis corporum duorum Ostiensium, de quibus cf. Dessau in* CORP. XIV p. 48 (*'auxiliarii ... lenuncularii ... videntur ei fuisse, qui cum lenunculis suis maioribus navibus auxilio esse debebant*): CORP. XIV 252, 2 (*a. 200*) ordo corporator(um) lenuncula⟨rior(um)⟩ pleromariorum auxiliarior(um) Ostiensium. 341, 7 patrono corporis lenunculariorum ⟨tabulariorum⟩ auxiliariorum Ostiensium. 250, 2 (*a. 152*) ordo corporatorum lenuncularior(um) tabulariorum auxiliares (*'aperto errore ..., nisi est* auxiliare(n)s(ium)' *Dessau*) Ostiens(ium). *item* 251, 2 auxiliar(iorum). *speciatim de auxilio militari* (*cf.* auxilium *II 2 p. 1627, 27*, auxiliaris *p. 1614, 18*): CIC. prov. 15 res ... a propraetore una cohorte auxiliaria gesta. CASS. Cic. epist. 12, 13, 4 cum decem legionibus et cohortibus XX auxiliaris (-riis *HD*). BELL. Alex. 62, 1 SALL. Iug. 87, 1. 93, 2 TAC. hist. 4, 70. 5, 16 ann. 1, 51. 3, 21. 13, 36 (*cohortes auxiliariae enumerantur in indicibus* CORP. III p. 2490. 2657. XII p. 923. XIV p. 563). BIBVLVS Cic. epist. 2, 17, 7 equitibus auxiliariis (SALL. Iug. 46, 7. 90, 2. 100, 4. CORP. III 4753 equiti auxsiliario. *cf.* LYD. mag. 3, 3 *ἱππικῆς Ῥωμαϊκῆς καὶ αὐξιλιαρίας*). POLLIO Cic. epist. 10, 32, 5 militem non modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem ullum (LIV. 40, 40, 13 tria milia militum auxiliariorum. GELL. 7, 17, 3 AMM. 18, 2, 6 INSCR. Notizie degli scavi 1890 p. 342). HIRT. Gall. 8, 5, 3 equites ... et auxiliarios pedites. GALLICAN. Avid. 4, 6 cum ... manus auxiliaria ... tria milia Sarmatarum ... occidissent. DICT. 4, 19 ex sociis auxiliariis.

subst. vice **auxiliārii,** -orum *i. q. milites auxiliarii, auxilia.* LYD. mag. 1, 46 *αὐξιλιάριοι* (*αὐξηλ- trad.*) *ὑπασπισταί*. TAC. hist. 1, 57 cum equitibus legionis auxiliariorumque. AMM. 20, 4, 3 super auxiliariis ... et trecentenis cogendis. CORP. IX 4503 (= I 1295) Sabino praef(ecto) ⟨au⟩xsiliariei Hispan⟨ei⟩. III 1464 (*a. 211/2*) praep(osito) vexill(ationibus) auxiliar(iorum) Pann(oniae) infer(ioris). 5211 praef(ecto) auxiliariorum ... in Tingitaniam missorum. 5214. VI 33753. *cf.* PAPYR. Wessely, Wiener Stud. 24 (1902) p. 124 *Φλ(αυίου) Ἀγεμούνδο(υ) σινάτορος νουμέρου αὐσιλ⟨ιαρίων⟩ Κωνσταντιακῶν* (*cf.* NOT. dign. or. 5, 52. *Wilcken, Hermes 19, 1884, p. 422*). NOT. dign. or. 7, 51 Fortenses auxiliarii (*cf.* occ. 33, 49). or. 6, 69 auxiliarii sagittarii. VVLG. Iudith 3, 8 assumpsit sibi auxiliarios (*εἰς συμμαχίαν*) viros fortes et electos ad bellum. I Macc. 3, 15 ascenderunt cum eo castra impiorum, fortes auxiliarii (*βοηθῆσαι αὐτῷ*).

epitheton Minervae: PLVT. parall. 10 p. 308[C] *'εἰς ναὸν ἔφυγεν Ἀθηνᾶς Αὐξιληρίας* (*i.* Auxiliariae *?, sc. Romae*), *ὡς Κλειτώνυμος ἐν 'Ἰταλικῶν'*.

synonyma: *v.* GLOSS. *supra l. 7 sqq.* *opposita*: legio, legionarius.

auxiliātio, -ōnis *f. ab* auxiliari, -atus. *i. q. auxilium*: PS. APVL. rem. sal. p. 41, 14 sine auxiliatione medicorum. NON. p. 385 rumor: favor, auxiliatio (*ad* Verg. Aen. 8, 90). CASSIOD. in psalm. 26, 4 haec omnia sibi dicit esse contemptibilia, cum valletur auxiliatione divina.

auxiliātor, -ōris *m. ab* auxiliari, -atus. GRAMM. suppl. 298, 14. 300, 13 NOT. Tir. 39, 33[a]. *adiutor*: GLOSS. III 290, 19 *βοηθός*. IV 312, 53 subveniens, opifer. *cf. supra l. 8 sq.* PETRON. 89, 49 accumulat ... liberum funus parens (*sc. Laocoon*), infirmus auxiliator. QVINT. inst. 12, 3, 2 ipse litigantium auxiliator egebit auxilio. APVL. Socr. 5 p. 130 quem miseris auxiliatorem, quem fautorem bonis ... ciebo? ARNOB. nat. 7, 50 bonus auxiliator numquam rogari se poscit spontanea semper opitulatione subveniens. AMBR. in psalm. 61, 17 nullo auxiliatore. VVLG. 63, 5 circumspexi et non erat auxiliator (*βοηθός*). HIER. in Ezech. 9, 30 p. 361 omnes auxiliatores perversorum dogmatum conterantur. AVG. c. Iul. op. imp. 5, 1 dum oppugnator eius (*Manichaei*) prosilis imperitus, fis auxiliator ignarus. OROS. apol. 3, 1 ut auxiliator *vobis sacerdotibus*, non auctor accederem. *nota de re*: CHALC. comm. 267 ut ratio ... dux sit, vigor vero intimus ... auxiliatorem se rationi praebeat. *speciatim in bello*: GLOSS. auxiliatores: *σύμμαχοι*. TAC. ann. 6, 37 Tiberio, cum Delmaticum bellum conficeret, haud inglorius auxiliator *Ornospades*. ITIN. Alex. 26 viso tali auxiliatore (*sc. Alexandro*). IVL. Val. 2, 16 cum ... auxiliatores diversae parti fueritis (*sc. Athenienses*). RVF. FEST. 10 Rhodiis fidelissimis auxiliatoribus utebamur. 16 auxiliatorem Mithridatis Tigranem. AVSON. 429, 4 se ... auxiliatorem fessis rebus adcommodet *Achilles*. AMM. 14, 10, 14 auxiliatores pro adversariis adsciscamus. HEGES. 1, 32, 7 *Arabes regem* quasi defensorem et auxiliatorem (*προστάτης*) sibi ipsum expetiverunt. VVLG. Is. 31, 3 corruet auxiliator (*sc. Aegyptus*; *οἱ βοηθοῦντες*). thren. 1, 7. Ezech. 30, 8 attriti fuerint omnes auxiliatores eius (*sc. Aegypti, cf.* HIER. in Ezech. 9, 30 p. 356). 32, 21. HIER. tract. in psalm. 75 p. 47, 10 vidit currus et equos: hi erant auxiliatores. OROS. hist. 5, 24, 6 Gallos auxiliatores eius Germanosque superavit. PROSP. chron. I p. 401, 270 ut Iudei amici et auxiliatores Romanorum haberentur. PAVL. PETRIC. Mart. 6, 219 cum ... graviore periclo auxiliatores pateretur Gallia Chunos. CASSIOD. Ios. c. Ap. 2, 83 super nos auxiliatores suos et amicos adgressus est. 2, 134. *de deis*: STAT. silv. 3, 4, 24 maximus aegris auxiliator (*i. Asclepius*. ARNOB. nat. 3, 21 auxiliator subveniat Epidaurius. *cf. Thrämer apud Roscher, Lexikon der Mythologie I p. 627, 28*). PANEG. 4, 19 p. 130, 25 vitae nostrae commoda aput auxiliatores eorum deos colimus. 10, 14 p. 223, 29 auxiliatores tui (*sc. dei*) aspici adirique patientes ... mortalis visus contagium refugerunt. IVL. VAL. 1, 31 quem (*deum*) auxiliatorem tibi religionibus cooptasses. ARNOB. nat. 3, 43 his (*sc. Curetibus*) ... auxiliatoribus et propitiis uti. CHALC. transl. p. 48[D] deum ... auxiliatorem (*σωτῆρα*) invocabimus (MACR. sat. 1, 17, 18. GLOSS. V 29, 1 proximos). AVSON. 433, 2 Neptunus ... tuendis navibus auxiliator accedit. 435, 4 *Iuppiter* iubet auxiliatorem (*i. Neptunum*) desistere. *de deo Iudaeorum et christianorum*: ITALA Is. 17, 10 (Hier. in Is. p. 281) domini auxiliatoris (VVLG. adiutoris; *βοηθοῦ*) tui non es recordata. 25, 4 (Hier. in Is. p. 339) fuisti ... omni civitati humili auxiliator (VVLG. factus es fortitudo pauperi; *ἐγένου γὰρ πάσῃ πόλει ταπεινῇ βοηθός*). AMBR. trin. 31 qui (*deus*) virtus et auxiliator fuit ipsi Iacob. obit. Theod. 15 auxiliatorem suum derelinquere. HEGES. 5, 2 l. 27 auxiliatorem tuum (*i. Iesum*) interficeres. 5, 15 l. 19 Persis auxiliatorem fuisse *deum*. VVLG. deut. 33, 26 ascensor caeli auxiliator (*βοηθός*) tuus. II par. 32, 8. Esth. 14, 3 praeter te nullus est auxiliator alius. Is. 44, 2 ab utero auxiliator tuus. 50, 7. 9 HIER. epist. 1, 12. 22, 6. 108, 18[b]. in Is. 10, 1 p. 141 *deus* verus auxiliator est. PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 7, 5 deum belli auxiliatorem sperans futurum. in Os. 11, 5—7. PS. CYPR. abus. 6 in actibus suis auxiliatorem habere dominum dominorum. AVELL. p. 624, 7 quo auctore bona cuncta credimus incipi, eodem celeriter auxiliatore compleri. PROSP. c. coll. 19 testis patientiae eius (*Iob*), non auxiliator fuit *deus*. CASSIOD. hist. 1, 5 p. 889[A] *deo* duce atque auxiliatore. 5, 21 p. 1001[C] qui (*deus*) et tui regni protector tuaeque salutis auxiliator est. PASS. Tarach. 2 ubi est auxiliator tuus?

synonyma et iuxta posita; adiutor, amicus, defensor, dux, fautor, fortitudo, opifer, propitius, protector, subveniens, virtus. *opposita*: adversarius, auctor, oppugnator, testis.

fem. **auxiliātrīx,** -īcis. GRAMM. suppl. p. 299, 16. 301, 6. CHALC. transl. p. 44[C] si ad hunc statum accedat auxiliatrix (*ξυνεπιλαμβάνηται*) eruditionis honestae moderationisque diligentia. comm. 54 rationabilis mundi anima ..., dissolubilium rerum auxiliatrix et patrona. 187 iusta iracundia comitem se et auxiliatricem rationi praebet. AVSON. rhop. 21 lux verbo inducta, peccantibus auxiliatrix. SCHOL. Pers. prol. 1 (= MYTHOGR. 2, 113) virtus auxiliatrice sapientia omnes terrores vincit. CASSIOD. var. 2, 40, 3 odia convertit ad auxiliatricem gratiam. 6, 19, 1 auxiliatrix medicina. NEPOTIAN. 6, 4 obtinuit a multitudine auxiliatrice, ut ad litus deduceretur.

auxiliātus, -ūs *m. ab* auxilior. *i. q. auxilium*. LVCR. 5, 1040 *alituum genus* a pinnis tremulum petere auxiliatum (NON. p. 74 auxiliatum ut subpetiatum. GLOSS. V 638, 14 auxiliatum adiuvatum. *cf.* DICT. 3, 15 *p. 1617, 22*) [ARNOB. nat. 1, 44 *pro* auxiliaribus *vix recte Zink coni.* auxiliatibus.]

auxilior, -ātus sum, -ārī *ab* auxilium. *activam verbi formam testantur*: DIOM. gramm. I 400, 18. 401, 2 *et* PRISC. gramm. II 392, 10 apud vetustissimos (*cf.* 393, 9 superiorum omnium usus tam apud Caprum quam Plinium et Probum invenis), *qui affert* GRACCH. or. frg. Diom. gramm. I 401, 2 auxiliem. *medii aevi videtur esse titulus* CORP. V 7792 hoc te petimus XPE ut auxiliare digneris tuae .... *passivam notionem testatur*: PRISC. gramm. II 567, 17 inveniuntur apud antiquissimos participia praeteriti temporis tam activam quam passivam significationem habentia ...: auxilior auxiliatus *βοηθήσας καὶ βοηθηθείς*. *cf.* II 379, 4 'auxilior te' et 'a te'. *sed praes. formae passivae notionis nusquam leguntur, part. perf. tali significatione reperimus*: LVCIL. 1154 VITR. 5, 8, 2. PS. ASPER gramm. suppl. 51, 4 auxilior *inter* verba communia *ponit*. *supinum v. p. 1617, 23.* auxiliarier: PLAVT. Trin. 377 TER. Haut. 923 Ad. 273 ARGVM. Plaut. Asin. 1. *cf.* GLOSS. *p. 1617, 1.* *cotidiani sermonis vox quippe quae perraro tam a poetis quam a scriptoribus usurpetur (singulis locis* PLAVT. ARGVM. Plaut. PACVV. LVCIL. GRACCH. RHET. Her. CIC. epist. SALL. OV. SIL., *binis* TER. AVG. civ. (*ex* VVLG.), *ternis* CAES. VITR. STAT.), *nec non medicorum* (PLIN. nat. *53[ter]*, *sed tamen deest apud* CELS.).

i. q. auxilium, opem ferre, adiuvare, haud raro de auxilio

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

militari: GLOSS. V 530,43 auxiliarier (-liantes *trad.*) auxiliari subvenire. *adiungitur plerumque dat. personae, hic illic abl. instr. vel praep.* per (SIDON.), *nec non praep.* contra, adversus. *singulariter genet. adiungitur in* VVLG., *cf. infra l. 58 sq.*

3 *in sermone* ***medicorum*****:** **a** *adiumentum, quod medicina, medicus, medicamenta praebent*: Verg. Aen. 12, 388 luctatur *Aeneas* ... telum eripere auxilioque viam, quae proxima, poscit: ense secent lato volnus. Ov. rem. 48 vulneris auxilium Pelias hasta tulit (Colvm. 10, 399 *cucurbita* aegris). 107 auxilii perierunt tempora primi. Pont. 2, 8, 54 auxilium non leve vulnus habet. Gratt. 352 nec longe. 466 hinc venit. Manil. 3, 144 non alia est sedes (*sc. in caelo*) tempusve genusve medendi quae sibi deposcat vel cuius tempore praestet auxilium. Cels. 1 praef. p. 1, 6 inperitissimae gentes herbas aliaque promta in auxilium vulnerum morborumque noverunt (Plin. nat. 9, 18 *ballaenae* solum). *ibid.* p. 1, 16 in variis generibus morborum aliquid adtulisse auxilii. 2, 10 p. 52 hoc auxilii ... genus. 3, 12 p. 93 ut ... summa in eo pernicies sit, quod auxilii causa sit inventum. 4, 2 p. 124 in his auxilii parum est (4, 20 p. 146 satis. 7, 2 p. 264 nihil. Plin. nat. 17, 265 non minus. 23, 1 plus). 4, 8 p. 131 auxilium est ... in sanguinis detractione. 4, 17 p. 143 auxilio .'. . his (*renibus*) sunt ... cucumeris semina (Plin. nat. 26, 78. 126. 139. 32, 42). 6, 6, 8 p. 229 ab iisdem ... petendum. Plin. nat. 20, 193 semine ... poto lassitudinis auxilium viatoribus *Sosimenes* spopondit. 21, 184 magnum contra venenata animalia praeberet auxilium herba. 25, 20 reperta auxilio est herba. Ps. Cato dist. 2, 22 corporis auxilium medico committe fideli. *rarius plur.*: Cels. 6, 1 p. 222 medicamentorum auxilia desiderant. Scrib. Larg. praef. 2, 24 aequaliter omnibus implorantibus auxilia sua succursuram se pollicetur *medicina. ibid.* p. 3, 6 plene incumbat in auxilia laborantium. *ibid.* p. 3, 10 negando aegris auxilia, quae per vim medicamentorum frequenter exhibentur. Plin. nat. 8, 58 cum etiam auxilia ab uno animalium (*sc. homine*) *ferae* sperent. Chiron 32 multis ... generibus auxilia virium suarum conferet *ustio* mutuo animali veterino. **b** *i. q. remedium*: *num. singul.*: Verg. georg. 2, 130 quo (*sapore*) non praesentius ullum ... auxilium venit ac membris agit atra venena. Prec. herb. 6 medicinam sanitatis in vos (*herbas*) contulit *Tellus parens* [maiestatemque], ut omni generi humano sitis auxilium utilissimum. Ov. rem. 528 auxilium multis sucus et herba fuit. Gratt. 460 tangere. Val. Max. 1, 8 ext. 18 *capreas* ad salutare auxilium herbae dictamni ... deducit. Cels. 1 praef. p. 12, 4 quod auxilium medicus oportune providit. 1, 5 p. 23 quibus hoc utile ... est. 2, 9 p. 51 omne ... corporis. 2, 10 p. 53 si nullum ... appareat aliud. *ibid.* anceps ... experiri. 2, 11 p. 56 ut minus vehemens ita magis tutum. 2, 14 p. 59 amat ... hoc auxilium valetudo longa. *ibid.* adhibito. *ibid.* quas (*reliquias*) admotum aliquod ... discutiat. 3, 1 p. 75 non profuit. 3, 7 p. 89 praesentissimum ... est. 3, 19 p. 103 tertium est (*ibid.* p. 104 ultimum. 7, 1 p. 263 optimum). 3, 23 p. 114 apud quos miserum auxilium tolerabile miserius malum fecit. 4, 13 p. 138 vel supervacuum vel serum id ... est. 6, 6, 1 p. 226 *foras ruptus oculus* sine auxilio est. *ibid.* inflammatio neutrum ex his ... desiderat (7, 30, 1 manus). 6, 7, 3 p. 241 commune ... adversus omnes aurium casus. 7, 26, 1 p. 307 *urinae iter* saepe auxilio eget. Sen. Oed. 70 cadunt medentes, morbus auxilium trahit. Scrib. Larg. 229 *dolores* ad nullum malagma aut auxilium cedebant. Lvcan. 4, 308 mensas ... perosi auxilium fecere famem. 8, 334 (*in imag.*) iacet omne cruenti volneris auxilium? Plin. nat. 23, 31 potum statim auxilium fit aut venenum. 24, 186 pro summo auxilio farinam ... subiecit. 25, 18 servatus ..., quisquis auxilium simile temptavit. 29, 72 horum iecur servatum [adversus] percusso[s] ab iis auxilium est. 29, 77 e volucribus [in] auxilium (-lio *E*) contra serpentes primum vultures. Stat. silv. 1, 4, 112 morbo valentior omni occupat auxilium. Clavd. carm. min. 26, 70 *Aponus* publica morborum requies, commune medentum auxilium. *in imag.* Avg. c. Iul. 5, 4, 17 curandum est ..., quo anima sanetur auxilio. *num. plural.*: Prop. 1, 1, 26 amici, quaerite non sani pectoris auxilia (Optat. 1, 10 p. 11 virtus forinsecus non). Gratt. 380 tunc ficta valebunt auxilia. 385 sit tutius ..., anteire auxiliis et primas vincere causas. 473 auxiliis fessum solabere corpus. Cels. 1 praef. inter nulla auxilia adversae valetudinis. 2, 14 p. 58 in eo volumine, quod 'communium auxiliorum' *Asclepiades* inscripsit (Plin. nat. 26, 13). 3, 1 p. 75 non omnibus aegris eadem ... conveniunt. 3, 7, 1 eo maturius ... rapienda sunt. 3, 12 p. 94 ultima ... auxilia sunt gestatio et frictio. 3, 21 p. 106 iisdem ... opus est (3, 22 p. 112 validioribus). 3, 21 p. 109 talia. 3, 24 p. 115 inbecilliora ... praefero. 4, 2 p. 123 quae ... sint capitis (4, 25 p. 150 torminum). 4, 29 p. 156 inter valentissima ... est. 5, 26 p. 199 nonnumquam nihil omnia ... proficere. 5, 27, 5 p. 203 in ... serpentibus certa quaedam ... satis nota sunt. 6, 6 p. 229 quae (*mala*) nullis auxiliis cesserunt. 7, 18 p. 295 propria utrique testiculo ... sunt. Sen. rem. fort. 15, 1 *v. p. 1623, 39.* Scrib. Larg. 22. 67 quibus medici efficacius utuntur. 106 omnia ... adhibenda sunt. Plin. nat. 20, 110 efficacissima. 22, 16 deliciis ... permiscens. 22, 30 disponentis *divinitatis* auxilia in genera, in causas, in tempora. 27, 146 animae ... praestantissima. 28, 8 nos auxilia dicemus, non piacula. 28, 204. 31, 4. 32, 39 ex hac quoque ... aliqua contingunt. Plin. epist. 9, 37, 4 quasi in veteri morbo quaelibet mutationis auxilia temptanda sunt. Ser. Samm. 447 talibus auxiliis praecordia fota. Optat. 1, 10 p. 11 aegroti est remedia quaerere, inertis et inbecillis est auxilia conparare. Soran. 2, 11 (44) fluxus *mulieris* ... praedictis omnibus auxiliis curari potest.

4 ***dei auxilium*** *in sermone biblico et apud christianos (quibus de deorum auxilio [-is] sermo est, locos invenies sub I*: Itala psalm. 3, 6 auxilio domini surrexi (Vvlg. exsurrexi, quia dominus suscepit me; *ὅτι κύριος ἀντιλήψεταί μου.* Hier. epist. 133, 10). Firm. err. 29, 3 numquam vobis laborantibus denegavit *manus dei* auxilium. Amm. 27, 6, 6 *dei* sempiternis auxiliis stabit Romana res inconcussa. Firm. err. 29, 3. 4. Ambr. in psalm. 61, 17 ab ipso *deo* ... vitae fructum sperat *anima* aeternae et perpetuae salutis auxilium (Avg. in psalm. 46, 13). Vvlg. deut. 33, 29 scutum auxilii tui (*sc. est dominus*; *ὑπερασπιεῖ ὁ βοηθός σου*). psalm. 21, 20 domine, ne elongaveris auxilium tuum (*τὴν βοήθειάν μου. cf.* Hier. epist. 106, 12). 61, 8 deus auxilii mei. II Macc. 8, 19 admonuit ... eos et de auxiliis dei (*τὰς ..., ἀντιλήψεις*). 8, 35 humiliatus auxilio domini ab his. 11, 13 omnipotentis dei auxilio innitentes (Hier. epist. 133, 10 liberum ... arbitrium ... nititur). 15, 35 manifestum signum auxilii dei. Hier. epist. 108, 18[a] dei statim sequatur. 123, 1 dei praesidentis auxilio nomen accepit (Avg. mor. eccl. 34, 76). 133, 5 dei in me coronabitur. 140, 17 serum ei videtur. Avg. in Rom. 13 recte facere ... non viribus nostris, sed liberatoris auxilio. conf. 1, 9, 14 puer coepi rogare te, auxilium et refugium meum (*cf.* psalm. 17, 3). ord. 2, 10, 29 divinum auxilium ... officium clementiae suae per universos populos agit. corrept. 1, 2 desiderare auxilium gratiae. in psalm. 130, 25. 131, 23. pecc. orig. 32, 37 mediatoris. Vita Fulg. 6, 13 p. 123[c]. *praeterea cf.* Vvlg. *et christianorum locos sub I dispersos. nota*: Cassiod. var. 8, 24, 3 ut causa contingeret praestandi, quae nos caelestibus commendaret auxiliis.

5 *t. t.* ***Isiacorum*** *(v. Wissowa, Religion und Kultus d. Römer 1902 p. 297, not. 5. cf.* Ov. met. 9, 699 *p. 1614, 8*): Apvl. met. 11, 10 secundus *antistitum* ... manibus ambabus gerebat altaria, id est auxilia, quibus nomen dedit proprium deae (*sc. Isidis*) summatis auxiliaris providentia (*verba* id est auxilia *seclusit Hildebrand; Kaibel, Hermes 35, 1900, p. 203 coni.* auxillas). Corp. XI 816 (*Mutinae, aet. Antoninorum*) Atilia Syntyche pro T. Atilio Paullo auxilís v. s. l. m. *cf.* Gloss. II 27, 46 auxilium *ἰρέων λύτρα ἢ συμμαχ[ο]ία* (*ubi Heraeus χύτρα coni. de* auxillis *cogitans*).

personatum **Auxilium** *secundum gr. 'Επιχουρία vel sim.*: Plavt. Cist. 148 Auxilium prologus (*in BVE*). 154 nam mihi Auxilio est nomen.

synonyma: adiumentum, adiutorium, adminiculum, alimentum, intercessio, opes, opitulatio, praesidium, subsidium, suppetiae. *saepius iuxta ponuntur*: auctoritas, consilium, decus, fides, foedus (Sen.), mens, numen, oblectamentum (Sen.), solacium, spes, salus, usus, utilitas. *ad II 1 b*: copiae, cohortes, commeatus, equites, equitatus, exercitus, frumentum, legiones, milites.

oppositа: beneficium (Sen.), exitium, impedimentum, imperium (Liv.), malum, mysterium (Sacr. Leon.), ornamentum (Sen.), solacium. *ad II 1 b*: nomina (Cvrt.); *ad II 3 a*: pernicies; *ad II 3 b*: piaculum, venenum. *Münscher.*

1. Auxilius, -a *nom. gent.*: Corp. V 5788 (*Mediolani*) matronis sacrum L. Auxilius Mercator. **Auxilicus,** -ī *cogn.* Corp. VIII 17181 d. m. s. Q. ⟨G⟩ellio Auxi⟨l⟩ico. *an leg.* Auxitico (*i. Αὐξητικῷ*)?

2. Auxilius, -ī. *a nomine gentilicio separandum puto signum plerumque christianis adhibitum. antiquissimum testimonium extat* Corp. VIII 900 (*litteris saec. III corona circumdatum legitur nomen*) Auxili. *alteri pagano hoc signum est* Corp. XIII 2287 (*Lugduni*) ⟨d. m.⟩ et memori⟨ae⟩ aeternae T⟨ou⟩tonius December ... Touto⟨n⟩ Auxilius pater ... filio. *porro*: Corp. III 3218, 2 (*in sigillo Dalmat.*) Auxilius. XII 2106 (*litteris malis*) † Auxilius. XIII 5359 (*infimae aetatis*) hic requi⟨esc⟩et Auxilius dihaconus. Avson. 138, 3 Auxilius Grammaticus: Auxilium te nempe vocas, inscite magister. da rectum casum: iam solicismus eris. Avg. epist. 250 domino dilectissimo et venerabili fratri et consacerdoti Auxilio Augustinus. *fort. idem* Conc. Carth. a. 411 Mansi 4, 211[B] Auxilius episcopus plebis Nurconensis. Not. episc. Maur. Caes. 111 Auxilius Gunugitanus. Chron. III p. 195 Auxilius et Iterinus: *in priore parte saec. V. huc pertinet* Valerius Ausilius Corp. VIII 16191 s *pro* x *scripto.* *Jacobsohn.*

1. auxilla, -ae *f.* [*ab* aula *deminutive. Th.*]. Pavl. Fest. p. 24 auxilla olla parvula (*cf.* auxilium *supra l. 42 et 45*). *Münscher.*

2. auxilla *v.* axilla.

Auximum, -ī *colonia Piceni, cf. Corp. IX 559, nunc Osimo.* Vell. 1, 15, 3 *missi coloni* Auximum ... in Picenum abhinc annos ferme centum octaginta quinque. Corp. IX 5832 col. Auxim. *et saepe in titulis Auximatibus. falso* municipium *nominatur* 5825.

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

Auxumum: CORP. IX 5854 (*litteris magnis et bonis*) Auxumi. STRAB. 5,4,2 *πλησίον αὐτῆς* (*scil. Ἀγκῶνος*) *Αὔξουμον πόλις μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάττης.* Ausimum: TAB. Peut. 5, 3 Ausimo. GREG. M. epist. 9, 99, 100 Ausimo. CORP. IX 5839 p(atrono) c(oloniae) pr(aetori) Auximo. 5849 quaestori Auximi. VI 7979 dis m. Larcia Primigenia vernae suo Auximo fecit. 32520 a 1, 28 (*a. 143/144*) Auximo. CAES. civ. 1, 31, 2 ad Auximum. MARCELL. chron. II auct. p. 107, 27 Totilas vastato Piceno pugnansque ad Auximum vincit. LIV. 41, 21, 12 Auximi. 41, 27, 10. 42, 20, 6. LVCAN. 2, 466 Varus, ut admotae pulsarunt Auximon alae. PLVT. Pomp. 6 *ἐν Αὐξίμῳ πόλει μεγάλῃ.* GRAMM. suppl. 187 Galli Senones Anchonae et Auximi oppidorum conditores. ITIN. Anton. Aug. p. 312, 5 Auximum. RAVENN. p. 493, 4 Auximum.

adj. **Auximātis**, -e: LIB. col. II 253 Ausimatis ager limitibus Graecanis per centurias est assignatus. II 227. CORP. XV 187 (*aetatis Marci Aur. videtur esse*) opus dol. Auxim(atis?). CONC. Later. a. 649 Mansi 10, 866[E] Fortunato Auximate episc. *incolae* **Auximātes**, -ium. CORP. IX 5854 colonís Auximatibus. 5855. 5826 imp. Caesari M. Aurelio Antonino Auximates publice. 5827. 5828. 5843 quaestori rei p. Auximat. CAES. civ. 1, 13, 5 Auximatibus. PLIN. nat. 3, 63 Auximates. 3, 111.

Auximus, -ī *cogn.*, *Αὔξιμος. liberti aet. imper.*: CORP. VI 8684 d. m. Auximus vilicus a Tritone Claud. 31017 Augustorum lib. VIII 21010 Aug. lib. proc. Aug. INSCR. Graec. Att. III 1245 *Κορ(νήλιος) Αὔξιμος.* CORP. inscr. Graec. II 3665, 46 (*in Asia min., aetate M. Antonini*) *Οὐαλ. Πομπ(ώνιος) Αὔξιμος.* add. 3846 z 9 *Αὐ⟨ξ⟩ίμῳ.* III 5295 *⟨Ἀλέξ⟩α⟨ν⟩δ⟨ρος Α⟩ὐ⟨ξ⟩ίμου.* *Jacobsohn.*

Auximum *v.* Ausonium *et* Auximum.

Auxis, -ĭnis, *quasi Αὔξις vel Αὐξίς, nisi tamen ab Αὔξη deriv.* CORP. VI 23254 Ostoriae (mulieris) l. Auxini. XIV 308 (*Ostiae*) Cáciaé Auxini. *Diehl.*

callit **auxitat**(*?*) GLOSS. V 174, 32. *cf.* calleo. *Ihm.*

Auxītis *v.* Hus. **Auxius** *v.* Axius.

Auxō, *Αὐξώ, Hora.* HYG. fab. 183 p. 36, 8. *cf. Wernicke, PW. II 2622.*

Auxōn, -ontis, *Αὔξων, cogn. vir.* CORP. X 3857 (*Capuae, quarti fere saec.*) Carradii. Iulio Aur. Auxonti Leonidae v. c. quaestori praet. curatori Capuensium. XIV 267 (*Ostiae*).

Auxonius, -ī, *Αὐξόνιος, signorum modo fictum videtur ab Αὔξων, nisi plane idem est nomen atque* Ausonius, *quod non solum in codd. verum etiam in titulo* CORP. III 9509 (*a. 380*) Auxonius *scribitur. cf. tamen* Auxanius. *celeberrimus est corrector Tusciae vicariusque Asiae saec. IV med., qui laudatur in* COD. Theod. *saepe et* COD. Iust. 11, 8, 4. 11, 13, 1. 12, 37, 4. 12, 39, 1. *cf. Seeck, PW. II 2622.* COD. Theod. 16, 1, 3 (*a. 381*) *impp. Gratianus, Valentinianus et Theodosius AAA* ad Auxonium proconsulem Asiae. *memoratur hoc rescriptum de ecclesiis episcopis tradendis* FACVND. defens. 4, 3 p. 620[B]. CANON. Migne 67, 267[B] Auxonio *Galliae episcopo.* LIBERAT. 14 Auxonius Sebennytensis *episcopus.* CASSIOD. hist. 5, 31 *senex Constantinopolitanus. nomen certe corruptum legitur* EXC. barb. chron. I p. 277, 65 Lentulo et Auxonio (*ad a. u. c. 751*). **Auxonia**, -ae *cogn. mul.* INSCR. Notiz. degli scavi 1898 p. 393 (*in Campania*) Pontiae Auxoniae.

Auxuma *v.* Vxama.

Auxumis, Auxumitānus, Auxumitae *v.* Axumis.

Auxunnus *v.* Axona.

1. Auza *v.* Auzia.

2. Auza *nom. barb. abiit in gentilicium, ut saepius fit, in titulo* CORP. VI 228 (*a. 205*) Auza Scutio.

Auzacium *mons Persidis. hoc nomen pro tradito* nazavicium (AMM. 23, 6, 64) *restituit Gardthausen, qui contulit gentem et oppidum apud* PTOL. 6, 15, 2 *et* 4 *Αὐξάκιοι et Αὐξακία.*

Auzagēnsis *v.* Auzuaga.

Auzagerēnsis *vel* **Auzegerēnsis** *ethnic. opp. prov. Byzacenae in Africa.* CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 159[B] Donatus episcopus Auzagerensis. NOT. episc. Byz. 96 Villaticus Auzegerensis.

Auzagga *v.* Auzuaga. **Auzea** *v.* Auzia.

Auzemmi *v.* Augarmi.

Auzia (**Auzea**), -ae *oppidum Numidiae*, PTOL. 4, 2, 7 *Αὐζία.* TAC. ann. 4, 25 Numidas apud castellum semirutum, ab ipsis quondam incensum, cui nomen Auzea, ... consedisse. CORP. VIII 10439 (*in miliario a. 155*) ab Auzia. 22548 (*in miliario aevi Diocletiani*) ab Auzia Rapidu. ITIN. Anton. Aug. 30 Auza ... Rapidi. *fort. huc pertinet* RAVENN. p. 157, 8 Auzimasta. *deus eponymus* **Auzius**, -ī. CORP. VIII 9014 (*a. 224*) Auzio deo genio et conservatori col. *cf.* 9045 (*a. 255*) Aelia Audi. *adi.* **Auziēnsis**, -e, *incolae* **Auziēnsēs**. CORP. VIII 9047 (*a. 260*) praep(osito) coh. sing. et vex. ⟨e⟩qq. Mauror. in territorio ⟨A⟩uziensi praetendentium, dec. duarum coll. Auziensis et Rusguniensis ... ordo col. Auziensis. 9045 (*a. 255*) *bis* col. Auz. AMM. 29, 5, 44 Audiense castellum. NOT. dign. occ. 30, 17 praepositus limitis Audiensis. CORP. VIII 9029 (*a. 198*) Auzienses (9049). 9032 (*a. 196/8*) Iuliae Aug. matri castrorum Auzien⟨ses⟩. 9046 (*saec. II/III*) res publica mu⟨nicipi⟩ Auzien⟨sium⟩. 9062 (*a. 230*) res p. col. Septimiae Aur. Auzi⟨e⟩nsium (9063). NOT. dign. occ. 30, 8 Audenses.

Auzimasta *v.* Auzia.

Auziqua *statio Syrti maiori adiacens.* ITIN. Anton. Aug. p. 64 (*v. l.* auxiqua).

Auzius *v.* Auzia.

Auzuagga, -ae *nomen duorum oppidorum provinciae proconsularis Africae.* CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 134[C] nam est Auzagga, ubi fuit Ianuarius, qui nunc defunctus est; alia Auzagga, ubi est Privatus, qui nunc vivit. CYPR. sent. episc. 50 Ahymmus ab Ausuagga (ausuago *cod. Seguer.*) dixit (AVG. bapt. 7, 14, 26). *adi.* **Auzagēnsis**, -e. CONC. Carth. a. 411 Mansi 4, 133[C] Privatus episcopus Auzagensis.

Auzui *statio Africae Tripolitanae, de qua cf. Dessau, PW. II 2624.* ITIN. Anton. Aug. p. 64 Auzui (*v. l.* auxui).

Auzurēnsēs *inscriptio est fistulae Cirtensis: incolae sunt vici cuiusdam adhuc ignoti.* CORP. VIII 10476, 1. *cf.* Azurensis. *Diehl.*

Axā *nom. fem. hebr.* VVLG. Ios. 15, 16. 17 iud. 1, 12. 13. AVG. quaest. hept. 7, 3 filiam meam Axam. HIER. nom. hebr. p. 23, 24 Axa interpretatur furibunda. 31, 9 Axa claudicans vel irascens. *leguntur formae nominis*: Ascha ITALA Ios. 15, 16. 17 iud. 1, 12. 15 (Lugd.). LIB. geneal. chron. I p. 188, 501 Gothoniel ... dedit ei Chaleb Ascham (Naascham *cod. G*) filiam suam uxorem. CYPR. Gall. iud. 28 ut thalamis natam coniungeret Ascham. Acsa HIER. nom. hebr. p. 24, 7 Acsa claudicans vel factura. Achsa *q. v.* *Plenkers.*

Axabrigēnsēs *v.* Arabrigenses. **Axaf** *v.* Axaph.

axamenta [*cf. c.* anxare. *Th.*]. PAVL. FEST. p. 3 axamenta dicebantur carmina Sal⟨i⟩aria, quae a Saliis sacerdotibus canebantur (componebantur *codd.*) in universos †homines (deos *O. Müller, alii aliter*) composita. GLOSS. II 26, 22 axmenta *στίχοι ἐπὶ θυσιῶν Ἡρακλέους. v. Wissowa, PW. II 2624; Relig. u. Kultus p. 483. Ihm.*

Axanis *gen. nom. vir. barb.* CORP. VIII 16050 (*Siccae*) ⟨I⟩ulius Ad⟨iu⟩tor Axanis ⟨f.⟩.

Axanticus *in vasculis Gallicis.* CORP. XIII 10010, 260.

Axantos *insula Britanniae adiacens.* PLIN. nat. 4, 103 (axanthos *unus Leid. A*). *cf.* Vxantis. *Diehl.*

Axaph *nom. opp. Palaestinae.* VVLG. Ios. 19, 25. HIER. nom. hebr. 23, 23 Axaf medicamentum. *traduntur formae nominis*: Axim: ITALA Ios. 11, 1 (Lugd.; *Ἀχείμ quidam cod. graec.*). *inde videtur tractum ethn.* Axinus: CYPR. GALL. Ios. 377 comes Axinus (Axnus *codd.*) in armis. Axit: ITALA Ios. 12, 19 (Lugd.). Achsaph *q. v.* *Plenkers.*

Axara *statio Hyrcaniae.* RAVENN. p. 61, 9.

Axati *oppidum conventus Hispalensis Hispaniae.* PLIN. nat. 3, 11. *adi.* **Axatitānus**, -a, -um. CORP. II 1055 in municipio Flavio Axatitano. *ibid.* m. F. Axatitani. *Diehl.*

axeārius, -ī *m. ab* 1. axis. CORP. VI 9215 M. Sergius M. l. Eutychus axearius sibi et M. Sergio M. l. Philocalo axeario patron(o).

axēdo, -ōnis *m. ab* 1. axis. GLOSS. II 295, 57 *ἔμβολος τὸ εἰς τὸν ἄξονα ἐμβαλλόμενον ξύλον* axedo. 569, 18 axedo lignum quo vertitur rota. *cf.* III 262, 46 *παράζωσμα* asmodes. 195, 58 paraxonia asinodes (*utroque loco* axedones *corr. Heraeus*). MARCELL. med. 33, 65 si quem ad usum venerium infirmum volueris esse, ubicumque minxerit, supra lotium eius obicem, id est axedonem, ex usu figes. SCHOL. Verg. Bern. georg. 3, 7 Pelops corrupit praemio Myrtilum aurigam, qui Oenomai currui cereos axedones (saxidones *cod.*) imposuit. *cf. Heraeus, Rhein. Mus. 1899 p. 156.* *Ihm.*

Axelodunum *v.* Vxellodunum. **Axenius** *v.* Axius.

1. Axenus *v.* Euxinus.

2. Axenus *in fluminum catalogo* HYG. fab. praef. p. 11, 9 Cephisus Ismarus Axenus (Axius *Schmidt*).

Axer (PLIN. epist. 10, 104) *v.* Aper *II 210, 50.*

Axera *insula Oceani Indici.* RAVENN. p. 421, 3. *cf. Tomaschek, PW. II 2625.* *Diehl.*

Axes *v.* Zeb.

1. Axia, -ae *castellum in Etruria situm, hodie* Castell d'Asso (*cf. Huelsen, PW. II 2625*). CIC. Caecin. 20 in castellum Axiam.

2. Axia *v.* Axius. **Axiacēs** *v.* Asiaces. [*Jacobsohn.*

Axiānus *v.* Axius. **axicia** *v.* axitia.

1. axiculus, -ī *m. ab* 1. axis *deminutive.* CAPER gramm. VII 108, 6 axiculus (aux- *unus codex*) hic, quia hic axis. VITR. 10, 2, 1 in trocleam indu[u]ntur orbiculi per axiculos versationes habentes. 10, 3, 2 inducuntur uti centra axiculi in orbiculos. 10, 9, 2 tympanum versatile in cultro conlocatum et in axiculo conclusum. 10, 15, 4 ex torno facti axiculi duo. AMM. 23, 4, 2 *ut fiat ballista*, ferrum inter axiculos duos conpaginatur.

2. axiculus, -i *m. ab* 2. axis assis *deminutive.* COLVM. 6, 19, 2 prohibentibus adversis axiculis *ne pecora exeant* (*syn.* temonibus). AMM. 16, 8, 10 *pontis* disiectos asseres et axiculos. 21, 2, 1 axicolis (*sic V*), quis orbis *scuti* erat compaginatus, in vanum excussis. *V.*

Axida *nom. barb.*(*?*) CORP. XIII 10006, 101 Axidai(*?*). *Jacobsohn.*

Axido *nom. fort. Africum, circumcellionum dux.* OPTAT. 3, 4 p. 82, 1. *Diehl.*

Axilius *v.* Axius.

axilla, *postea* **ascilla ascella**, -ae *f.* [*ab* ala *deminutive. Th.*]. *forma vetustior* axilla *non traditur nisi pro nomine, v.* Axilla, *et* GLOSS. II 26, 43 a[u]xillae *μικροπτερα* (*μικρὰ πτερὰ Stephanus*) *ὡς Βάρρων.*

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

V 346, 41 a[u]xillae alae minores. SCHOL. Hor. epod. 12, 5 *ad verba* hircus in alis *dat* odor axillarum. id est in iuncturis ulnarum. HIER. epist. 84, 6 putres attrectare [m]axillas. **ascilla** *explicat* ISID. orig. 11, 1, 65 *alas* quidam ascillas vocant, quod ex his brachia cilluntur id est moventur. ITALA Arund. *v. l. 15*; *legi praeterea* GLOSS. III 439, 71 ascilla μασχάλη (478, 11). *ceteris locis* ascella *scriptum est* (*semel* astella PS. SORAN.); *masc.* DIOSC. herb. fem. 36. [*ital.* ascella, *francog.* aisselle *M.-L.*]

GLOSS. μασχάλη. locus sub brachia. ocusta (*anglos.*). ITALA exod. 38, 8 (Lugd.) *Cherubim* adumbrantes ascellis (πτέρυξιν, VVLG. 37, 9 alas). III reg. 3, 20 (Aug. serm. 10) tulit filium suum sub ascellis meis (κόλπῳ, VVLG. sinu). Esth. 15, 11 (cod. Pechian.) accepit eam sub ascellas suas (VVLG. ulnis). Matth. 23, 37 (Iren. 4, 36, 8 *et* 4, 37, 5, *tum* Cypr. Iud. incred. 1) sicut gallina colligit filios suos sub ascellas (VVLG. alas; ascillas *codd. Arund. et Clarom.*, asselis *Voss. et Vel.*) suas. VVLG. lev. 1, 17 confringet ... ascellas eius (ἐκ τῶν πτερύγων). prov. 19, 24 abscondit piger manum suam sub ascella (26, 15. εἰς τὸν κόλπον). SCHOL. Hor. epist. 1, 13, 12 *ad* sub ala: ascella tua. PS. DIOSC. herb. fem. 36 fetorem ascellorum et totius corporis aufert. SORAN. 1, 102 sinistra manu sua *obstetricem* sub ascella dextra infantem tenere. *ibid.* ut ... concava loca sicuti sunt ascellae et anquilae diligenter extergantur. 2, 10 manibus sub ascellas missis. PS. SORAN. quaest. med. p. 270 quid est asclatium? ascella (ast- *cod.*) ossis in superficie facta acuta, cum maneat suo loco os (*cf. Galen.* ὅροι 323). MARCELL. med. 18, 20 ascellae (*paulo ante* alae) demptis prius pilis perfricantur. PLAC. med. 33, 2 vena ..., quae in ascellis eius (*columbae*) est. THEOD. PRISC. eup. faen. 27 sub ascellis nasci novimus *choeradas*. ANTIDOT. Brux. 138 ascellas hircoso line. PLIN. VAL. 5, 3 pullorum ascellas. APIC. 4, 182 gallinarum et ungellas et ⟨a⟩scellas. ANTHIM. 23 pectora ipsorum (*pullorum*) et ascellae *comeduntur*. GREG. TVR. Franc. 3, 18 defixumque cultrum in ascella. ORIBAS. syn. 4, 16 pulli anserum ascellas. *nota*: GREG. TVR. Franc. 1, 16 *basilica habens* ab utroque latere ascellas eleganti constructas opere. *V.*

Axilla *v.* Ahala.

?axillites. GLOSS. II 21, 37 anxilites (axill- *Vulcanius*) ὄρνιθες οἰωνοί. V 440, 26 anxilites aves auspicium (*cf.* 561, 18). *cf.* PAVL. FEST. p. 3, 5. *Ihm.*

Axillus *v.* Axius. **Axim** *v.* Axaph.

Axima, -ae *opp. Ceutronum Galliae Narbonensis, nunc* Aisme *vel* Aime, *de quo cf. Hirschfeld, Corp. XII p. 16.* TAB. Peut. 3, 3 Aximam. RAVENN. p. 238, 16 Amiman. PTOL. 3, 1, 33 Ἄξιμα. *deus eponymus videtur esse* **Aximus,** -ī. CORP. XII 100 (*Aximae*) Matronis, Aximo L. Iulius Marcellinus v. s. l. m. *Diehl.*

Axina *v.* Axius. **Axinginehae** *v.* Axsing-.

Axinia *v.* Axius.

axinomantia, -ae *f.*, ἀξινομαντεία. PLIN. nat. 36, 142 hoc (*gagate lapide*) dicuntur uti magi in ea quam vocant axinomantiam, et peruri negant, si eventurum sit quod aliquis optet. *cf. Riess, PW. II 2627.*

Axīnus *v.* Euxinus *et* Axaph.

axio, -ōnis *f.* [*orig. inc. Th.*]. PLIN. nat. 10, 68 otus bubone minor est, noctuis maior, auribus plumeis eminentibus, unde et nomen illi — quidam latine axionem (actionem *codd.*) vocant —, imitatrix alias avis ac parasita et quodam genere saltatrix. 29, 117 felle recentis axionis (asionis *Barb.*); noctuarum id est genus, quibus pluma aurium modo micat. *Ihm.*

Axiochus, -ī, Ἀξίοχος, *cogn. vir.* TAB. cer. Pomp. (Corp. IV suppl.) 40 (*a. 57*), 24 Sex. Pompeius Axiochus. 19 Sex. ⟨P⟩om. Axsioc. 73, 8 ⟨Sex. Po⟩mpei Axsiocī. *eundem memoratum esse puto in signaculo Pompeiano* CORP. X 8058, 68 Pompei Axiochi. *Diehl.*

axioma, -atis *n.*, ἀξίωμα. GELL. 16, 8 *tit.* quid significet et quid a nostris appellatum sit quod 'axioma' dialectici dicunt (*graece passim eodem capite*). PS. APVL. herm. p. 265 quam (*speciem orationis*) Sergius effatum, Varro proloquium, Cicero enuntiatum, Graeci protasin, tum axioma, ego verbum e verbo, tum protensionem tum rogamentum; familiarius tamen dicetur propositio. BOETH. mus. 2, 5 quae quasi axiomata Graeci vocant. *nota*: MART. CAP. 4, 327 in coetum superum veniens primordia fandi advehit et scholicum praestruit axiōma. *saepius graece scrib., velut* CIC. Tusc. 1, 14 DON. Ter. Eun. 653 AVG. quaest. hept. 2, 80 p. 148, 9 PRISC. gramm. III 211, 20. *Ihm.*

Axioma, Ἀξίωμα, *cogn. mul.* CORP. XIII 12392 Arria Axioma.

Axiōn, Ἄξιων, *nom. myth., Priami filius, de quo cf. Bethe, PW. II 2628, 2.* HYG. fab. 90 p. 86, 22, 5.

Axionicus, -ī, Ἀξιόνικος, *haereticus Valentinianus.* TERT. adv. Val. 4.

Hannaxus **Axionnis** fil. CORP. XIII 323 (*prope Lugudunum Convenarum*). *cf.* Axiounus.

Axiopolis, is, Ἀξιόπολις *vel* Ἄξιον πόλις, *statio et castellum Moesiae inferioris, appellatum videtur ab* Axio *quodam flumine. cf. Domaszewski, Corp. III p. 1351, et Tomaschek, PW. II 2628 et 2630, 2.* ITIN. Anton. Aug. p. 224 Axiupoli (*v. l.* auxiupoli *et* axiopoli *sim.*). TAB. Peut. 8, 3 Axiopolis. NOT. dign. or. 39, 21 (*sub duce Scythiae*) milites superve⟨n⟩tor⟨es⟩, Axiupoli (*v. l.* axiopoli). 30 (*v. l.* auxiupoli). CORP. III 14214[16] (*in Moesia inferiore*) qui natus fuit Axiop(oli).

Axios *v.* 2. Axius.

Axiothea, -ae, Ἀξιοθέα, *cogn. mul.* CORP. IX 4731 (*Reate*) Pompeiae Axiotheae. *cf.* Axitheus.

Axiounus, -ī *cogn. vir. celt.* CORP. XII 3215 (*Nemausi, periit*) L. Domitio L. f. Vol. Axiouno pr. IIII vir. bis. *cf.* Axionnis. *Diehl.*

1. axis, -is *m.* [*i. q. lituan.* aszis '*axis*', *cf. c. cambr.* echel gr. ἄξων *theodisc.* ahsa *anglos.* eax *ind.* ákṣaḥ '*axis*'. *Th.*]. axis *exemplum vocalis brevis positione productae afferunt grammatici* (CHAR. gramm. I 11, 22 DIOM. I 428, 8 *passim*). *genus masc. testatur* CAPER gramm. VII 101, 13. *abl. antique in* -i *exiisse, post mutatum in* -e *docet* VARRO Char. gramm. I 122, 25 *sqq.* axi *in nostris codd. non traditum nisi* CIC. Tim. 37 (axi axii axu) VITR. 9, 8, 8. axeis *in acc. plur. reicit* VARRO Char. gramm. I 129, 19 *sqq.* PAVL. FEST. p. 3 axis, quem Graeci ἄξονα dicunt, plures habet significationes. nam et pars caeli septentrionalis et stipes teres, circa quem rota vertitur, et tabula sectilis axis appellatur. SERV. Aen. 2, 512 axis ... est aut plaustrum septentrionale aut pars septentrionis aut spiritus quo mundus movetur (*cf. p. 1638, 5 sqq.*). GRAMM. suppl. 226, 19 axis tribus intellegitur modis: ipsa videlicet pars, ubi plaustrum vehitur, axis appellatur; est etiam pars caeli i. septentrio, vel linea intellegibilis a polo usque ad polum, circa quam volvitur caelum. *similia in* GLOSS., *qui vertunt praeterea* ἄξων, aex (*anglos.*), polus. *in codd. passim scriptum est* acsis acxis, *vulgariter* adsix, *ut cod. Vind.* AVIEN. Arat. 86. [*hisp.* eje *M.-L.*]

I ***stipes rotarum:*** A *in curru* (*pluralis poeticus inde a* PROP.): CATO agr. 97 amurca decocta axem unguito (cap. 110). PACVV. trag. 398 volucri currit axe quadri⟨iu⟩ga. SALL. hist. frg. 3, 36 saxaque ingentia et orbes axe (ingentia turbae saxa *codd.*) iuncti per pronum incitabantur axibusque eminebant in modum erici militaris veruta binum pedum. VERG. georg. 3, 107 volat vi fervidus axis. 3, 172 nitens sub pondere faginus axis instrepat. Aen. 5, 820 sub axe tonanti *Neptuni*. 12, 379 rota praecipitem et procursu concitus axis impulit effunditque solo. PROP. 3, 11, 24 duo in adversum missi per moenia *Babylonis* currus, ne possent tacto stringere ab axe latus. OV. am. 3, 2, 70 admoto proxumus axe subit. met. 15, 522 rota, perpetuum (*adv.*) qua circumvolvitur axem. LIV. 37, 41, 7 ab axibus rotarum ... deligabantur falces. VITR. 10, 2, 12 epistylia ... inclusa uti axes in rotis. SEN. Thy. 661 victaeque falsis axibus ... rotae *Oenomai*. MELA 3, 52 falcatis axibus utuntur (VAL. FL. 6, 387). LVCAN. 8, 200 moderator equorum, dexteriore rota laevum cum circumit axem, cogit inoffensae currus accedere metae. PLIN. nat. 28, 141 antiqui *axungia* axibus vehiculorum perunguendis maxime ad faciliorem circumactum rotarum utebantur. 15, 34. 16, 229 ilex ... maxime fida iis quae terantur, ut rotarum axibus, ad quos lentore fraxinus sicut duritia ilex et utroque legitur ulmus. VAL. FL. 7, 286 patrios extorruit axes *Hippodamea*. SIL. 2, 81 fumantem rapidis quatiebat cursibus axem *Amazon*. 8, 282 fumat male concitus axis. 16, 411 perfracto volvitur axe (453). 16, 418 rapido praetervolat incitus axe. STAT. Theb. 4, 244 fractis ... axibus Oenomai. 6, 455 axibus axes inflicti radiisque rotae. 6, 481 Chromis Hippodamum metae interioris ad orbem ... axe tenet prenso. 6, 526 rapit igneus orbes axis. 7, 780 axe trementi. 10, 479 sanguineus lavat imber et impedit axes. 12, 735 Mavors impulerit currus, rapido mortemque fugamque axe vehens. silv. 4, 3, 27 hic quondam piger axe vectus uno nutabat cruce pendula viator. SVET. Iul. 37 paene curru excussus est axe diffracto. IVV. 1, 60 pervolat axe citato. 3, 258 si procubuit qui saxa Ligustica portat axis. VVLG. III reg. 7, 30 rotae ... et axes aerei. 7, 33 rotae ... et axes earum et radii et canthi. Sirach 33, 5 praecordia fatui quasi rota carri et quasi axis versatilis cogitatus illius. CLAVD. carm. min. 30, 168 prodidit Oenomai deceptus Myrtilus axem. rapt. Pros. 2, 161 fessis serpentibus impedit axem *Plutonis gigas*. 20, 106 sonoro stridunt axe *Martis* nives. CARM. epigr. 269 quod si fort⟨e t⟩uus non me vitaverit axis (*Terminus ad bubulcum*), excutiere rotis. SIDON. carm. 2, 492 resolutis axibus obex *Oenomai*. *pro ipso curru* (*cf.* VERG. *supra l. 32*. GLOSS. per axem: per currum): PROP. 3, 4, 13 spoliis oneratos Caesaris axes. OV. fast. 4, 562 alifero tollitur axe Ceres. trist. 4, 3, 30 Hectora Thessalico vidit ab axe rapi. EPICED. Drusi 319 religatus ad axem *Hector*. SEN. Tro. 415 Peliacus axis pondere Hectoreo tremens. VAL. FL. 6, 409 in sua versi funera concurrunt dominis revocantibus axes. SIL. 1, 436 stridoribus axis *Martis*. 2, 187 servat cursum perfractis ossibus axis. 16, 360 Pelorus (*equus*) non umquam effusum sinuabat devius axem. 16, 377 Callaicum. 16, 407 aversum. 17, 490 stridens sub pondere belliger axis. STAT. Theb. 1, 274 Mavortius axis Oenomai. 2, 724 qua te (*Pallada*) biiugo temone frementem intemeratarum volucer rapit axis equarum. 6, 285 volucri. 7, 763 hos ... terit impius axis *Amphiarai*. 12, 543 tardavit currus et ab axe superbo explorat causas victor. IVV. 4, 117 dignus Aricinos qui mendicaret ad axes. PELAGON. 252 si forte ab axe fuerit percussus *equus*. HIER. epist. 64, 19 currere mundum ... incessabiliter velut rotam in suo axe torqueri. CLAVD. carm. min. 7, 5 ducuntur ab axe iugales. SEDVL. op. pasch. 1, 14 triumphi caelestis axe resplendens *Elias*. *proverbialiter*: OV. Pont. 4, 9, 10 si fatis genitus

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

melioribus essem et mea sincero curreret axe rota. PERS. 5,72 cum rota posterior curras et in axe secundo. MART. 2, 77, 2 utilis unguendis axibus esse potes *i. nil vales.* *in curru Solis* (*et pro ipso curru*): OV. epist. 4,160 purpureo tepidum qui movet axe diem (fast. 3,518). am. 1, 13, 2 *Aurora* flava pruinoso quae vehit axe diem. 1, 13, 29 optavi quotiens ut ventus frangeret axem. met. 2, 59 ignifero. 2,107 aureus axis erat, temo aureus, aurea summae curvatura rotae. 2, 148 male optatos nondum premis inscius axes. 2, 317 temone revulsus axis. 4,634 pontus ... fessos excipit axes. GERM. 150 Phoebi violentior axis *Leone*. frg. 4, 112 Phoebei. SEN. Herc. O. 678 patrioque puer constitit axe. 1387 incensus ... Phoebeus axis. 1443 ora Phoebeus modo afflabat axis. Phaedr. 316 dum tremunt axes *Lunae* graviore curru (*inest Phoebus*). apocol. 4 Sol ... primos a carcere concitat axes. VAL. FL. 5,431 at iuga vix Tethys sparsumque recolligit axem. SIL. 15, 250 Hesperio quam gurgite tingueret axem *sol.* 16, 231 necdum ipse ascenderat axem *sol.* STAT. Theb. 6, 321 cum ... rapido Sol natum imponeret axi. silv. 4, 3, 136 *Caesar* si flammigeros teneret axes. MART. CAP. 1, 25 Apollinei. 9, 914. AVIEN. Arat. 787 ignifer axis ... mortales sprevit habenas. 734. CORIPP. Ioh. 3, 26. 225. 4, 1168. *Plaustri sideris septentrionalis*: ACC. trag. 566 sub axe posita ad stellas septem. VARRO ling. 7, 74 *vocant* nostri eas septem stellas boves et temonem et prope eas axem. LVCR. 6, 720 gelidis ab stellis axis. VERG. georg. 2, 271 caeli regionem in cortice signant, ut quo quaeque modo steterit, qua parte calores austrinos tulerit, quae terga obverterit axi. 3, 351 medium Rhodope porrecta sub axem (SERV. auct.: annotandum, vetuste axem pro septentrione positum). AETNA 241 axem scire Helices. OV. epist. 6, 106 a gelido cui venit axe nurus. Ib. 34 gelido tepidus flabit ab axe notus (*adynaton*). trist. 1, 3, 48 versaque ab axe suo Parrhasis arctos erat. 2, 190 Parrhasiae gelido virginis axe premor. 3, 2, 2 quaeque Lycaonio terra sub axe iacet. 3, 10, 12 has gentes axe tremente premi. 4, 4, 62 sub eiusdem sideris axe. 4, 8, 41 sub axe boreo. 5, 2, 64 haec gelido terra sub axe iacet (Pont. 2, 10, 48. 4, 14, 62. 4, 15, 36). Pont. 4, 7, 2 sub axe. 4, 13, 40 nivali ... sub axe. MANIL. 4, 591 asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu. GERM. 227 arctos axem actu torquet. SEN. Med. 712 sub axe frigido ... Suebae. CVRT. 7, 3, 7 gelidissimum septentrionis axem ... spectant. LVCAN. 2, 237 Parrhasis obliquos Helice cum verteret axes. 8, 174 axis inoccidiuus. VAL. FL. 5, 205 orte nivalis Arcados axe deae. 7, 457 suffixerat axe Booten *Medea*. SIL. 3, 614 ab Arctoo currus aget axe per urbem. STAT. Theb. 7, 7 axemque nivosi sideris. 8, 372 truncus honor plaustri nec idem riget igne reciso axis. AVIEN. Arat. 692 Threicio. 952 Lycaonio. 1695 Bistonio. orb. terr. 54 axe Lycaoniae. 904 ora 131. CLAVD. 15, 458 ite recepturi, praedo quem sustulit axem ereptumque notum. OROS. hist. 1, 2, 3 sub axe septentrionis. SIDON. carm. 2, 244 axe sub ursae. PRISC. periheg. 18 boreae ... sub axes. 82 aquilonis ab axe. 687 sub axibus. *audacter ibid.* 941 Medica ... tellus, cuius ad axes Geli sunt Mardique. IORD. Get. 3, 20 prolixioribus diebus solem ad orientem per axis marginem vident redeuntem. *nota*: SEN. Herc. O. 1281 quondam Getico durior Haemo nec Parrhasio len[t]ior axe *Hercules*. *cf.* CALP. *p. 1640, 20.* *de aliis sideribus et pro his ipsis*: OV. am. 1, 6, 65 pruinosus (-os *vulgo*) molitur Lucifer axes. MART. 8, 21, 3 lento ... axe venis (*ad Phosphorum*). CLAVD. 1, 243 iam per noctivagos dominetur Olybrius axes. 17, 275 Manlius igniferos radio descripserat axes. rapt. Pros. 2 praef. 35 sidereos. 2, 192 rutilos. MART. CAP. 1, 93 rapidis praevolat axibus *Mercurius*.

B *in variis machinis*: VARRO rust. 1, 52, 1 *tribulum fit* ex axibus dentatis cum orbiculis, quod vocant plostellum poenicum. 3, 5, 15 in insula *ornithonis* est columella, in qua intus axis, qui pro mensa sustinet rotam radiatam. VITR. 9, 8, 8 *in horologio hiberno* tympano medio axis versatilis est. 9, 8, 9 saburrae pondus ... versat axem, axis autem tympanum. 10, 2, 2 (*in trispasto*) chelonia, in quae coiciuntur sucularum capita ut faciliter axes versentur. 10, 2, 5 axis includatur habens in medio (-um *GH*) tympanum amplum, quod nonnulli rotam appellant. 10, 2, 7 tympanum in axe. *ibid.* tympanum et axem. 10, 4, 1 (*in tympanum ad hauriendam aquam*) ad tornum aut circinum fabricatur ⟨axis⟩. *ibid.* tabulae transversae tangentes axem. 10, 4, 2. 3. 4. 10, 5, 2 (*in hydraletis*) in uno capite axis tympanum dentatum e⟨s⟩t inclusum. 10, 9, 5 traicitur per latera parietum *navis* axis habens extra navem prominentia capita, in quae includuntur rotae (*machina ad iter metiendum*). 10, 9, 7 rotae agent axem, axis vero tympanum. 10, 11, 8 (*in ballista*) rotundi ... axis. 10, 14, 1 *testudinis ἁμαξοπόδες* ..., in quibus versantur rotarum axes conclusi lamnis ferreis. CELS. 8, 20 scamnum, cui ab utraque parte axes sunt, ad quos habenae illae deligantur. CALP. ecl. 7, 51 rotulum (rutilum *codd. plerique*), tereti qui lubricus axe inpositos subita vertigine falleret ungues excuteretque feras. CLAVD. 5, 508 volucer te torqueat axis *ut Ixiona*. SORAN. p. 118, 13 (*in machina ad inspicienda muliebria*) axem torquere. *translate*: TERT. anim. 12 *Anaxagoras* initium ... omnium commentatus animum et universitatis oscillum de illius axe suspendens. *cf.* CARM. poet. min. V 108, 95 (*modo sit antiquum*) pendet ab axe suo vitae variabilis ordo. *pro rotatione*: COMM. apol. 834 prophetabit Helias tempore partito medio ebdomadis axe.

II ***linea mathematica,*** *circum quam* ***globus*** *verti cogitatur. huc pertinere videtur etiam* VITR. 3, 5, 7 axes volutarum ne[c] crassiores sint quam oculi magnitudo, *dictum de capitellis Ionicis. item* PAVL. FEST. p. 25 axe adglomerati universi stantes id est cohortibus aut legionibus. *cf.* ambaxio. *saepissime de caeli mundive vertigine, v. Kauffmann, PW. II 2631* (*pluralis poeticus inde ab* LVCANO *in usu est*); *describitur*: CIC. Arat. 296 hos (*orbes*) aequo spatio devinctos sustinet axis, per medios summo caeli de vertice tranans. GELL. 3, 10, 3 circulos ... *Varro* ait in caelo circum longitudinem axis septem esse, ex quis duos minimos, qui axem extimum tangunt, *πόλους* appellari dicit. VARRO AT. carm. frg. 12 aetherio mundum torquerier axe. VERG. Aen. 4, 481 ubi caelifer Atlas axem umero torquet stellis ardentibus aptum (6, 797 OV. *l. 56*). OV. fast. 4, 174 perpetuo caelum versetur in axe. met. 2, 516 ubi circulus axem ultimus extremum spatioque brevissimus ambit. MANIL. 1, 279 aera per gelidum tenuis deducitur axis libratumque regit diverso cardine mundum. 1, 287 sed cum aer omnis semper volvatur in orbem, quoque semel coepit, totus volet undique in ipsum quodcumque in medio est, circa quod cuncta moventur usque adeo tenue, ut verti non possit in ipsum nec iam inclinari nec se convertere in orbem, hoc dixere axem, quia motum non habet ullum, ipse videt circa volitantia cuncta moveri. 1, 443 Arctosque latentes, axem quae mundi stridentem pondere torquent. 3, 308 medius recto praecingitur ordine mundus aequalisque super transversum vertitur axem. 3, 357 sub vertice caeli, quem gelidus rigidis fulcit compagibus axis. GERM. 19 axsis (*sic codd.*) at inmotus semper vestigia servat libratasque tenet terras et cardine firmo orbem agit. extremum geminus determinat axem quem Grai dixere polon, pars mersa sub undas Oceani, pars celsa sub horrifero aquilone. 512 hos orbes ... rectus per medios percurrens traicit axis. GELL. 2, 30, 5 austri ... ad partem axis infimam depressi. APVL. mund. 1 polos ..., a quibus velut a cardinibus derectio quaedam profecta axis est dictus, divisor et disterminator mundi orbem terrae in medietate constituens. HYG. astr. 1, 3. 1, 8 p. 27. 4, 11 p. 108, 7. ARNOB. nat. 2, 58 axis eum (*mundum*) sustineat extremis cardinibus nitens. ISID. orig. 3, 35 axis est septentrionalis linea recta quae per mediam pilam sphaerae tendit (nat. 12, 3) et dicta axis quod in ea sphaera ut rota volvitur vel quia ibi plaustrum est (13, 5, 3). *legitur apud prosarios et poetas* (*inde ab* OV. *pro ipso caelo, caeli regionibus et de terris sub his positis*): GLOSS. sub aetheris axe: sub divo. axe sub dio: sub patente caelo. sub axe Pontico: sub illa parte ubi Pontus est. VARRO Men. 202 ut sidera caeli divum, circum terram atque axem quae volvuntur motu orbito. 271 ventique frigido s⟨e⟩ ab axe eruperant (erumpebant *codd.*). CIC. Tim. 37 *terra* traiecto axi sustinetur. ac. 2, 123 terra cum circum axem se summa celeritate convertat et torqueat. nat. deor. 1, 52 quid potest esse minus quietum ... quam versari circum axem caeli admirabili celeritate? LVCR. 6, 1107 in Aegypto est, qua mundi claudicat axis. VERG. Aen. 2, 512 aedibus in mediis nudoque sub aetheris axe (SERV. hoc est sub divo, quod inpluvium dicitur). 6, 536 Aurora ... iam medium aetherio cursu traiecerat axem. 6, 790 Caesar et omnis Iuli progenies, magnum caeli ventura sub axem. 8, 28 gelidique sub aetheris axe (*nocte*). OV. ars 2, 94 Icare ... ubi es quoque sub axe volas? (SEN. Herc. O. 1531). met. 1, 255 timuit ne forte ... aether conciperet flammas longusque ardesceret axis. 2, 75 poterisne, *o Phaethon*, rotatis obvius ire polis, ne te citus auferat axis? 2, 297 Atlans ... vix ... umeris candentem sustinet axem (6, 175 aetherium). 4, 214 axe sub hesperio (LVCAN. 3, 359 SIL. 1, 130. 16, 290) sunt pascua Solis equorum. fast. 3, 106 geminos esse sub axe polos. 3, 368 gravis aetherio venit ab axe fragor (trist. 1, 2, 46). trist. 4, 3, 3 summo positae ... in arce *stellae Vrsarum*. Pont. 4, 10, 43 notus, adverso (*scil. boreae*) tepidum qui spirat ab axe. MANIL. 1, 375. 577. 589 extremo proximus axi circulus (LVCAN. 1, 412 SIL. 15, 638 AVIEN. Arat. 93). 1, 606 *duo circuli* qui ... transverso ... polo rectum ducuntur in axem. 1, 613 adverso ... in axe. 1, 618 medium summumque. 1, 624 occultum. 3, 324 ad extremos ... axe⟨s⟩. VITR. 6, 1, 4 proximi ad axem meridianum (SEN. nat. 5, 16, 6 COLVM. 4, 23, 2) subiectique solis cursui. 6, 1, 6 spatium proximum imo cardini ab axis linea in meridianis finibus. 6, 1, 7 quae nationis sunt inter axis meridiani cardinem ac (ab *codd.*) septentrionalis medio positae. 9, 1, 2 *caelum* volvitur continenter circa terram atque mare per axis cardines extremos. 9, 5, 4 septentriones circum axis cardinem versantur. GERM. 24. 64 Arctoe semper inocciduis servantes ignibus axem. 358 sub axe diverso. SEN. Herc. O. 908 sub axe Libyco. 1108 quidquid subiacet axibus. 1184 Scythico sub axe. 1251 quis te sub axe frigido pontus Scythes ... genuit. [1441]. 1524 quique sub plaustro patiuntur ursae quique ferventi quatiuntur axe. COLVM. 3, 1, 4 sub axe frigido, aestuoso procellosoque. 3, 21, 8 meridiano axe. 4, 24, 3 sub utroque axe. LVCAN. 1, 57 sentiet axis onus *Caesaris in astra relati.* 2, 586 medius (*opp.* arctos, boreas. 3, 69. 10, 250. 287 medio consurgis ab axe. SIL. 8, 650). 3, 423 medio cum Phoebus in axe est. 4, 62 suo (*euri*). 4, 333 Cancrique sub axe. 5, 24 plaga ... torrens claususque vaporibus axis. 5, 632 tunc superum convexa tremunt atque arduus axis intonuit. 6, 464 axibus ... rapidis impulsos Iuppiter urguens miratur non ire polos. 6, 481 terra quoque inmoti concussit

digitized by Thesaurus Linguae Latinae

